Digitized by Google

201
56 G
20



PRAXEOS MEDICAE

VNIVERSAE PRAECEPTA

AVCTORE

IOSEPHO FRANK

IOANNIS PETRI FILIO, AVGVSTISSIMO IMPERATORI ET TOTIVS ROSSIAE AVTOCRATORI A CONSILIIS STATVS, EQVITE ORDINIS ST. ANNAE, ST. WLODIMIRI, THERAPIAE SPECIALIS ET CLINICES IN CAESAREA VNIVERSITATE VILNENSI PROFESSORE EMERITO, PLVRIMARVM ACADEMIARVM ET SOCIETATVM MEDICARVM SODALI.

PARTIS TERTIAE VOLVMEN PRIMVM, SECTIO PRIMA,

CONTINENS

DOCTRINAM DE MORBIS CAVITATVM ORIS.

LIPSIAE

SVMPTIBVS BIBLIOPOLII KUEHNIANI

CIↃIↃCCCXXX.



DE MORBIS
CAVITATUM ORIS.

Introductio.

Doctrina de morbis labiorum, buccarum, organorum salivae, dentium, gingivarum, alveolorum, linguae, ossis hyoidis, palati, veli, penduli palatini, uvulae et tonsillarum, ab auctoribus medico-practicis unis tractatibus de parotide, ptyalismo, dentitione, odontalgiâ, glossitide, aphthis, stomacace, stomatorrhagia et cynanche adtingi solet. Lacunae chirurgis adimplendae relinquuntur. Hi rursus commissi ponderis partem in odontiatros conjiciunt. Sequitur inde unitatis doctrinae defectus. Huic quidem defectui Jourdain, opere [1]) quodcunque aliud ejusdem argumenti vel prius [2]) vel postea [3]) editum, deficien-

 te,

1) *Traité des maladies et des opérations réellement chirurgicales et de la bouche et des parties qui y correspondent. Paris* 1778. Versio German. *Nürnberg* 1784. 2 *Bde.*

2) Rolfink diss. de affectibus oris et faucium. Jen. 1635.

3) J. B. Gariot *traité des maladies de la bouche d'après l'état actuel des connoissances en médecine et en chirurgie, qui comprend la structure et les fonctions de la bouche, l'histoire des maladies des dents, les moyens d'en conserver la santé et la beauté, et les opérations particulières à l'art du dentiste. Paris* 1805. — C. F. Angermann *System der Physiologie, Pathologie und Therapie des Mundes, nach dem Franz. des Gariot mit Anmerkungen und Zusätzen. Leipzig* 1806. —

te, occurrere conatus est: ast eximius vir monographiam suam doctrinae de reliquis corporis humani morbis alligare minime potuit. Jacent itaque adhuc pathologia et therapia morborum cavitatum oris, veluti rami a trunco recisi. Maximi tamen sunt momenti: nam 1° valent cavitates oris ut signum in morbis fere omnibus [4]); 2° earum morbi sunt communissimi molestissimique; 3° laedunt non solum officium masticationis, deglutitionis, sensum gustus, qualitatem vocis et loquelae; sed exercent quoque imperium in functiones respirationis, digestionis atque nutritionis;

Hernandez *mémoire sur les questions suivantes, faites par la société de médecine de Lyon, en frimaire an. XIV. —: quels sont les signes diagnostiques et prognostiques que peuvent fournir dans les maladies aigües et chroniques, l'état de la langue, des lèvres et des dents? — quelle conséquence doit-on en déduire dans la pratique? Toulon* 1808. 8. — Ringelmann *der Organismus des Mundes, besonders der Zähne, deren Krankheiten und Ersetzung. Nürnberg* 1824. — O. Taveau *hygiène de la bouche ou traité des soins qu'exigent l'entretien de la bouche et la conservation des dents. 2. édition. Paris* 1826. — Reinhard *die Krankheiten des Mundes, besonders der Zähne und deren Verhütung und Heilung nach O. Taveau frei bearbeitet. Ilmenau* 1827.

4) Buchner resp. Zimmermann diss. de ore, ut signo. Hal. 1752. — Boehmer diss. de stomatoscopia. Vitemb. 1786. — Laforgue *la sémiologie buccale et buccamancie. Paris* 1806.

nis; et 4° subjiciuntur majori e parte potestati artis salutaris, aliàs saepe angustis limitibus circumscriptae. Ecce tot argumenta eaque validissima, doctrinam, ad quam tradendam nos sine ambagibus accingimus, peculiari studio prosequendi!

Caput I.

De morbis labiorum.

§. I.

Functiones. Semiotica. Enumeratio.

1. „Labia ab opifice maximo, non sine ratione creata. Os nempe claudunt, ne fiat inspiratio per os sed per nares, nisi tempore necessitatis, naribus occlusis. Neque ob hanc caussam os claudunt, verum ne externa, quae nocere poterint, ingrediantur. Jam dentibus et gingivis propugnaculum est valde decorum, ut patet in iis, quibus dentes quasi nudi cum labiis curtis aut discooperientibus cernuntur. Efficiunt quoque labia sic occlusa, ne aer externus, continuo dentes, tum gingivas contingat, et consequenter citius laedat. Juvant similiter ad salivae retentionem, ne continuo defluat; sed voluntarie, prout honestum est, expellatur: similiter et sputum. Jam etiam magnum juvamentum ad formationem loquelae Functiones.

loquelae habent“ [1]). Mirum itaque non est, quod, cor si excipias, partes adeo motui perpetuo ut *labia* damnatas, vix invenies. Moventur sugendo, comedendo, bibendo, fumum nicotianae attrahendo, loquendo, orando, cantando, ridendo, flendo, exscreando, oscitando, sibilando, instrumenta musica pneumatica tractando, dentes candidos monstrando nigrosque occultando, atque oscula delibando. Magnus illorum cum utero animadvertitur consensus [2]).

Semiotica. 2. Praeterea labia speculum sistunt sanitatis et morborum [3]). „Elegans *labiorum forma* in sanis decorem, in morbis leviorem vim et mentis constantiam adesse testatur: At si talis est, qualis *subridentium*, in hystericis et epilepticis nervorum distentio non continuo periculosa subest, etsi in febre acuta magis terrere debet. Ut vero in

1) Forestus observat. et cur. med. Lib. XIV. obs. 1. schol.

2) Sachs a Lewenheimb de consensu labiorum faciei cum labiis uteri. Miscell. acad. nat. curios. dec. 1. a. 1. 1670. p. 79. Cur mutua amasiorum oscula labiis impressa, tum praecordia, tum genitalia afficiendo, amorem ac libidinem tam facile irritent, hanc reddit rationem Th. Willis (descript. nerv. cap. 22.), quia scilicet nervorum quinti paris ramificatio inferior has partes in medio ac imo ventre constitutas agitet, ipsasque in parem cum labiis affectionem trahat. Imo G. F. Rallio (de generat. animal. sect. 5. p. 164) nullum est dubium, quin juvencularum uterus osculis aliisque amoris illecebris citius, quam aliàs consuetum est, ad maturitatem disponatur.

3) Kortum diss. de signis ex labiis. Duisburg. 1795.

in hac *labia tremula* vomitum decretorium [4]), *exalbida* [5]) magnam debilitatem et periculum, *arida*, *fissa*, in squamas vel pustulas diffluentia, aestum magnum et res aegri desperatas, perraro judicium bonum, praenunciant; sic mors in propinquo [6]) est, si *subvertuntur* atque *distorquentur*, et malis cum signis sunt, aut si *subalbida*, *livida*, *frigida*, *dependentia*, *resoluta* [7]) apparent, interdum horrenda convulsio [8]) sequitur. At si *contrahuntur* [9]), alvus biliosa fere subest" [10]).

3. Labia, praeter vulnera, haud paucis obnoxia sunt morbis [11]), vitiis nimirum primae conformationis, exanthematibus, impetiginibus, nevrosibus, varicibus, haemorrhagiis, inflammationi, sulcis, suppurationi, tuberculis, excrescentiis, tumoribus, ulceribus et carcinomati. Enumeratio.

§. II.

Vitia primae conformationis.

1. Pax fabulis de nationibus ore destitutis [1]). Monstra tamen visa sunt non solum labiis [2]), sed Defectus.

et

4) Hipp. epid. III. sect. 2. aeg. 5. — Galen. Cris. III. cap. 3.
5) Epid. VI. sect. 8. 6) Aphor. IV. 49. Coac. §. 1.
7) Aphor. VIII. 13. Progn. §. 3. Rhas. ad Mans. X. 21.
8) Coac. §. 2. 9) Epid. VI. sect. 8. Coac. l. c.
10) C. G. Gruner semiotica physiolog. et patholog. gener. complex. Halae 1775. p. 586.
11) Seiler diss. de labiis oris eorumque vitiis. Vitemb. 1809. — Leurs *Prysverhandelingen bekroont door het genootschap d. Bevordering d. Heelkunde te Amsterdam. Eerste Deel.* §. 97. et: *Samml. auserl. Abhandl. für prakt. Aerzte. B.* 18. p. 210 sq.
1) Plinii histor. natural. Ed. J. G. F. Franz. Lips. 1778. Lib. VI. cap. 30. Lib. VII. cap. 2.

et oris cavo [3]) orbata. Os semel genam dextram occupabat [4]). Illius loco pedunculus carnosus ad apicem orificio rotundo instructus obvenerat [5]). Labium superius saepe brevitate peccat ita, ut dentes inde cooperiri nequeant [6]). Aliàs labii istius dumtaxat pars brevitate una cum tenuitate laborat. Manus chirurgica hìc opem fert [7]).

Atresia. 2. *Labiorum atresia* [8]) longe rarius vitium primae conformationis est, quam effectus syphilidis [*]), variolarum et ambustionis [9]). Medetur plerumque incisio.

3. Le-

2) Littre in *Mémoires de l'acad. des sciences. Année* 1701. p. 124.

3) Colombe in Reil's *Archiv für die Physiologie. B.* 4. p. 213.

4) Orrichius in Act. soc. R Havniensis T. II. p. 159.

5) Vicq d'Azyr in *mém. de la soc. de méd.* 1776. p. 315.

6) Schenk obs. med. Lib. I. de capite humano. Obs. 410. — Otto *Handbuch der patholog. Anatomie.* p. 206.

7) „*Am besten schneidet man diese Stelle mit einer Scheere aus, giebt der Wunde die Gestalt eines* V *und vereiniget sie mittelst einer blutigen Nath*" (Richter *Anfangsgründe der Wundarzn. B.* 2. p. 330).

8) Acta acad. nat. cur. Vol. II. obs. 96. — Hornstein observ. Lib. IV. obs. 55. — *Histoire de l'académie des sciences. Année* 1703. — Ruysch Thesaurus IV. no. 55. — Verduyn obs. chirurg. vid. Halleri Biblioth. chirurg. T. I. p. 528.

*) Rust *Magazin für die gesammte Heilk. B.* 25. *Heft* 2. p. 251.

9) Bell *System of Surgery T.* 4. — Boyer *traité des*

3. Legitur de ore ab una ad alteram aurem extenso [10]) deque labio inferiore, non solum, ut dicunt, Leopoldino [11]), sed ultra mentum pendente [12]). Aliàs labium superius excavationem *) aut rugam **) exhibet. Magnitudo, excavatio, ruga.

4. Vulgatissimum labiorum vitium *scissura* est, Lab. leporinum.

maladies chirurgicales et des opérations qui leur conviennent. T. 6. p. 182. *Paris* 1818.

10) Friderici de monstro humano rarissimo. Lips. 1737. — Süe in *mém. de l'Acad. des sciences. An.* 1716. p. 62.

11) Constat Imperatorem Leopoldum I. labio inferiore praemagno instructum fuisse.

12) Acrell *chirurgische Vorfälle B.* 1. p. 64. *Tab. III. fig.* 3.

*) „*Le bord libre de la lèvre supérieure présente quelquefois à sa partie moyenne une échancrure qui rend la lèvre plus étroite dans cet endroit que dans le reste de son étendue. Lorsque cette échancrure est assez large pour devenir un objèt de difformité, on peut y remédier en emportant par une double incision en forme de* A *toute la partie échancrée et amincie, et en réunissant les parties dont on aura enlevé une portion.*“ Boyer l. c. p. 206.

**) „*La lèvre supérieure est sujette à un autre vice de conformation qui tient à l'étendue trop considérable de sa membrane interne. Cette membrane forme alors un bourrelet plus ou moins grand et qui surtout est très remarquable et desagréable dans le rire. On peut remedier à cette difformité en emportant une portion de cette membrane. J'ai pratiqué cette opération sur un jeune homme avec le plus grand succès.*“ Boyer l. c.

est, dicta *labium leporinum* [13]). Permulti de eo numerantur scriptores [14]). Vitium istud praesertim

13) *Synon.* Lagostoma; Lagochilus. Germ. *Hasenscharte, Hasenlippe, Hasenmund.* Belg. *Haazenmond.* Dan. *Hareskaar, Haremund.* Suec. *Harmun, Klufwen Oefwerläpp, Harmynthet.* Angl. *Hare-lip.* Gall. *Bec de lièvre.* Ital. *Becco di lepre, labbro leporino.* Hisp. *Sico de liebre, labio-hendido.* Lusit. *Beiço de lebre, Beizo rachado.*

14) *Observationes* colligerunt V. Trincavella lib. V. obs. 2. — Schenk lib. I. p. 443. — Sandifort obs. anat. patholog. lib. IV. c. 3. p. 29. Tab. VI. — Mohrenheim *Beobachtungen B.* 2. p. 77. — Loder *Journal für die Chirurgie. B.* 2. p. 270. — idque in *actis academicis* F. D. Hérissant *mém. de Paris a.* 1743. *Hist.* p. 86. Ed. oct. *a.* 1743. *Hist.* p. 118. — Z. Vogel nova act. acad. nat. curios. T. III. p. 161. — *Dissertationes* de labiis leporinis exstant auctoribus J. Ph. Hofmann Heidelberg. 1686. — Schacher Lipsiae 1704. — Volckmar Harderovici 1793. — Schwalbe Helmstadii 1744. — Bidermann Argentorat. 1770. — Ferrand Parisiis 1771. — *Ex professo scripserunt* Sonsis *memoria chirurgica sul labbro leporino complicato. Cremona* 1793. — P. Robin *Essai sur le bec-de-lièvre. Paris* 1803. — Fr. J. Ring *Abhandlung von der Hasenscharte. Frankf.* 1803. — P. N. Haguette *sur le bec-de-lièvre naturel. Paris* 1804. — Fr. J. Anna *Beschreibung und Abbildung eines Wolfsrachens. Radstat* 1805. — J. H. G. Ottmer *Nachricht von einer ausserordentlichen Hasenscharte. Helmst.* 1805. — C. Nicati specimen anatomico-pathologicum de labii leporini congeniti natura et origine. Utrecht. 1822.

tim labium superius adtingit. Est perpendiculare aut obliquum, liberum aut arcu alveolari adhaerens, simplex aut vitiis analogis maxillae superioris et palati junctum [15]), singulum aut duplex [16]). Laedi-

15) Steno in Bartholinii act. med. Havniens. Vol. I. obs. 110. p. 200. — La Chaud, Gérard, de la Peyronie et de la Faye *observ. sur un bec-de-lièvre avec écartement des os de la voûte du palais. Mém. de l'acad. de chirurgie T. I.* p. 613. 614. 617. — Levret *l'art des accouchemens* p. 242. — Van Doeveren spec. obs. acad. Lib. I. — Mohrenheim l. c. — Sandifort obs. anat. patholog. Lib. IV. cap. 3. p. 9. Tab. VII. fig. 1. et 2. Museum anat. Lib. I. — Voigtel Fragment. Semiolog. obstetric. p. 67. Tab. IV. fig. 2. — Fr. H. Autenrieth diss. supplementa ad historiam embryonis humani, quibus accedunt observata quaedam circa palatum fissum, verosimillimamque illi medendi methodum (compressio). Tub. 1794. — Martini *Etwas zur Geschichte des Wolfsrachens* in Rust's *Magazin der Heilk. B.* 16. p. 524. et *Nachtrag zu früheren Beobachtungen.* ibid. *B.* 19. p. 442. — Martens *über eine sehr complicirte Hasenscharte operirt von* J. G. Eckoldt. *Leipz.* 1804.

16) S. Reisel de labiis leporinis geminis, oculis clausis et coecis, et fovea cranii in vertice. Miscell. acad. nat. curios. dec. II. a. 8. 1689. p. 135. — Roonhuysen *Heelk. Aanmerk.* p. 194. — Haller opp. minor. Vol. III. p. 36. — Storch *Hebammenkunst.* p. 352. — Van Doeveren l. c. cap. 3. §. 3. Tab. V. — Oehme de recens nator. chirurg. §. 6. — Acrell *chir. Vorfälle.* — Lafiteau in *médecine éclairée T.* 3. — Chorin in Dessault's *auserles. Wahrnehmungen. B.* 1. p. 105. *Tab. V.* — Sandifort museum Vol. I.

Laeditur inde forma faciei, impediunturque masticatio, loquela et, ubi palatum simul scissum est, deglutitio. Praeterea dentes fissurae oppositi antrorsum inclinantur, carie corripiuntur, saliva continuo ex ore fluente. Etsi labium leporinum vitiis congenitis [17]) (saepius ex laesa imaginatione matrum gravidarum repetendis [18])) et ali-

sect. 3. p. 110. no. 200. sect. 4. p. 164. no. 64. — Titius Progr. de labio leporino duplici complexo observatio. Vitemb. 1794. — Sonsis l. c. et Bruonatelli *Giornale fisico medico. T. I. no.* 6. — *Philosophie anatomique des monstruosités humaines par* Geoffroy Saint Hilaire. *Paris* 1822.

17) W. A. Kellner infans, praegrandi labio leporino deformatus obesus nascitur. Act. acad. nat. cur. Vol. 5. p. 288. — De la Faye *observations sur les becs-de-lièvre, venus de naissance, ou l'on expose les moyens de corriger cette espèce de difformité. Mém. de l'acad. de chirurg. T. I.* p. 605. — Martin *le jeune lettre sur un vice de conformation apporté en naissant.* — Sedillot *rec. périod. de la soc. de méd. de Paris. T.* 45. p. 21. — F. Cellier *diss. sur la division labiale de naissance. Paris* 1802.

18) „*In drei Fällen behaupteten die Mütter der Kinder, sich, was man so nennt, versehen zu haben. Sie giengen nehmlich mit einander, ungefähr in demselben Monath der Schwangerschaft, vor einer Schmiede vorbei, vor der ein unbändiges Pferd zum Beschlagen gebremset war (d. h. man hatte seine Oberlippen mittelst einer Zange fest gefasst und so gehalten, dass ein derber Wulst davon vor der Zunge hervorragte). Zwey Mütter wollten recht hingesehen, und sich ent-

aliquando haereditariis [19]) adnumeretur, potest tamen et vulnerum et ulcerum effectum sistere [20]). Cura a chirurgia expetenda [21]). Multum circa vitae

setzt, die dritte nur einen flüchtigen Blick unter Ausstossung eines Schreies hingeworfen haben. Die beiden erstern gebaren nun Kinder mit doppelten Spalten, die dritte eines mit einer Seitenspalte." MARTINI l. c.

19) RODERICUS A CASTRO de universa mulierum medicina. P. I. Lib. II. cap. 5. p. 53. — TREW in nov. act. nat. cur. T. I. obs. 103. p. 445. — In schedis Patris mei invenio: „*Hasenscharte von Vater auf Kind. Den 2. Dec. 1811 war der Thürmer von Wiener-Neustadt bey mir, um mich wegen seinem erst vor vier Tagen mit einer Hasenschart sammt gespaltenem Gaumen gebohrenen Kinde um Rath zu fragen. Er selbst, der Vater, ist mit einer Hasenscharte, jedoch ohne gespaltenen Gaumen, zur Welt gekommen.*"

20) DE CASTELLA *observation sur un bec-de-lièvre accidentel, compliqué de fracture de la machoire supérieure. Bulletin de l'Ecole de méd. et de la soc. de Paris. A. VII.* (1811) p. 165.

21) Cfr. Compendia chirurgiae. *Adde:* C. C. SIEBOLD de singulari et curatu perdifficili labio leporino. Nov. act. acad. nat. curios. Vol. VI. p. 223. — QUESNAY *observ. sur un bec-de-lièvre, où l'on decrit un moyen, dont on se servit pour suppléer aux aiguilles qui avoient manqué. Mém. de l'acad. de chirurg. T. I.* p. 613. — J. VAN DER HAAR *Aanmerkingen over de nuttigheid en noodzaaklijkheid van een voorbereidend verband, voor het opereeren van haazenmonden, en den kanker der lippen. Verhandel. van het Genootsch. te Rotterdam. Deel 7.* p. 262. — STÜCKELBERGER

vitae epocham pro operatione maxime idoneam disce-

Beschreibung einer Maschine zur Operation der Hasenscharte. Museum der Heilk. B. 2. p. 271. — A. von Beinl *Beschreibung eines zur Operation der Hasenscharte verbesserten Instruments, sammt beygefügter Zeichnung. Beobacht. der med. chirurg. Josephsakad. zu Wien. B. 1. p. 139.* — Don Miguel Ruiz *disertacion quirurgica del labio leporino y su curacion. Memor. Acad. de la R. Soc. de Sevilla. T. 7. p. 135.* — P. Fine *remarques sur l'opération qu'exigent les becs-de-lièvre et les tumeurs chancreuses de la lèvre. Annal. de la soc. de méd. prat. de Montpellier. T. 21. p. 159.* — Terras *observ. sur un bec-de-lièvre operé avec succès. Mém. de l'acad. de chirurg. T. 5. p. 873.* — Caron et Gagney *observ. sur l'opération du bec-de-lièvre.* ibid. *T. 5. Mém. p. 292. et 295.* — Enaux *observ. sur l'opération du bec-de-lièvre nouv. mém. de Dijon. An. 1783. Semestr. 2. p. 19.* — Louis *mém. sur l'opération du bec-de-lièvre, ou l'on établit le premier principe de l'art de réunir les playes. Mém. de l'acad. de chirurg. T. 4. Mém. p. 385. T. 5. Mém. p. 292. 303. 873.* — Belmain *observ. sur le bec-de-lièvre et sur la réunion des plaies aux joues et aux lèvres, par le seul bandage unissant.* ibid. *T. 5. p. 296. 298.* — Ferrand *observ. sur le bec-de-lièvre, sans suture.* ibid. *T. 4. Mém. p. 419.* — Abbadie *opération du bec-de-lièvre sans suture.* ibid. *T. 5. Mém. p. 302. 303.* — Bajon *observ. sur un bec-de-lièvre opéré avec succès sans suture.* ibid. *Tom. 5. Mém. p. 877.* — Malgouryé *observ. sur opération du bec-de-lièvre, sans le secours des sutures, remplacées par l'usage du bandage unissant de* Louis. *Annales de la soc. de méd. prat.*

disceptatum est [22]). Nisi labium leporinum lactatui obstet, iis potius adstipulamur, qui ea haud festinandum esse docent [23]); idque eo magis quum ipsa interdum natura succurrat [24]). De *scisso palato* alibi [25]).

§. III.

Exanthemata. Impetigines. Nevroses.

1. Labia cum cute communia habent *erysipelas* [1]), *urticariam*, *scarlatinam*, *morbillos*, *variolas*, Exanthemata.

de Montpellier. T. 25. p. 366. — Verdier *observ. sur un bec-de-lièvre double, opéré en deux temps. Mém. de l'acad. de chirurg. T.* 5. *Mém. p.* 315—881. — Locher diss. cogitata quaedam de operatione labii leporini. Jen. 1792. — Reil diss. de modis variis quibus labium leporinum curatur. Hal. 1798.

22) Levret *l'art des accouchem.* §. 1321. — La Faye in *mém. de l'acad. de chirurg. de Paris. T.* 3. edit. 8. p. 201. — Busch *remarque sur l'age le plus propre à l'opération du bec-de-lièvre.* ibid. *T.* 5. p. 307. — Richter *Anfangsgründe der Wundarzneyk. B.* 2. §. 368. — Boyer l. c. p. 187. — D. Spasowicz diss. de Labroraphia. Vilnae 1823. p. 5.

23) „*Nous concluons qu'on ne doit pas opérer le bec-de-lièvre chez les enfans très-jeunes, et qu'il est préférable d'attendre leur troisième ou leur quatrième année.*“ Boyer l. c. p. 188.

24) F. Jahn *über die Heiloperationen der Natur* in Horn's *Archiv für med. Erfahr. Jahrg.* 1829. *März. April.* p. 318.

25) Cap. XXXIII. §. CXXIII. no. 2.

1) Huc spectat morbus de quo tumultuatus est W. G.

riolas, *varicellam* et *carbunculum*. De quo ultimo morbo, et de *aphthis*, alibi [2]).

Impetigines. 2. Ad *impetigines* labiis infensas spectant *hydroa febrile* [3]); *ecchymoma* (cujus memorabile exemplum ad labium inferius enarravimus [4])), *pemphigus* (internae adeo labiorum superficiei infensus [5])); *tinea faciei*, *lepra nodosa* [6]) et *herpes rodens* [7]).

Nevroses. 3. *Nevralgiam facialem* aliquando in *labiis* nidulari et saepe musculos levatores anguli oris et buccinatores convellere, monuimus [8]). Monuimus etiam in *chorea Sti Viti* os interdum ad aures fere deduci et quasi ad gustandum osculandumque componi, labiaque convelli [9]). Nec reticuimus in *epilepsia* mox labia contracta et elon-

Tilesius (*Beschreibung und Abbildung des sogenannten dresdner Auswischers*) in Rust's *Magazin für die gesammte Heilk. B. 27. Heft* 1. p. 78.

2) Cap. XXXV et XXXVI.

3) J. Vallisneri labiorum crustae periodicae curatae. Ephem. acad. nat. curios. cent. 7 et 8. p. 411. — Baier diss. de pustulis labiorum. Altd. 1709.

4) Editionis secundae P. I. Vol. III. Sect. II. cap. IV. §. X. no. 3 (13).

5) Ibid. cap. XIV. §. XXXVI. no. 4.

6) „*Es sind Geschwüre an der obern Lippe zuweilen ein Zufall des Aussatzes* (elephantiasis)." J. Pearson l. infra citando.

7) §. VII. No. 4.

8) P. II. Vol. I. Sect. II. cap. VI. §. XXVIII. no. 1.

9) Ibid. cap. X. §. XLVII. no. 3.

elongata in acutum exporrigi rostrum, mox retrotracta oris rictum ad aures fere usque produci; spumamque tenacem, ductilem, albam, saepe cruentam ore expelli labiaque obducere [10]). De *paralysi faciei* disserendo [11]) impotentiae labium superius attollendi, angulum oris elevandi, os claudendi et effluxum salivae aut regressum ciborum impediendi, et *anaesthesiae* labii praesertim superioris meminimus. Affectionibus paralyticis (et aliquando rheumaticis [12])) adnumeranda est oris *tortura* [13]). Diximus tandem *trismum infantum* [14]),

10) Ibid. cap. XI. §. LIII. No. 4.

11) Ibid. cap. XII. §. LX. No. 6.

12) Mense Julio a. 1828. in semi-thermis St. Pellegrini consilium meum expetiit vir mediae aetatis *oris torturâ* laborans. Morbum primo intuitu pro paralysi habui. Sic quoque judicaverant medici, qui aegrotum ante me viderunt. Re autem propius examinatâ, perspexi caussam rheumaticam subesse contractionem musculorum faciei unius lateris excitantem. Patet hunc casum speciem *nevralgiae facialis* sistere, a prosopalgiâ proprie dicta, ob doloris defectum, distinctam.

13) *Synon.* Parastremma. Germ. *Krummer Mund, Mundkrampf.* Belg. *Trekking des Monds.* Dan. *Krampetraeking i munden.* Suec. *Mundrag, Mundridning, Snedmynt.* Angl. *Wry mouth.* Gall. *Bouche tournée.* Ital. *Bocca storta.* Hisp. *Distorcion de la boca.* Lusit. *Tortura da boca.* Chr. Roesler de tortura seu distorsione oris, ex praecedente luctu ejusque curatione. Miscell. acad. nat. curios. dec. I. a. 3. 1672. p. 544. — J. Weismann tortura oris spasmodico-apoplectica, ob senium valde periculosa, in integrum sublata. Ephem.

tum [14]), veluti ab annulo coloris plumbei circa labia annuntiari morboque evoluto labia ita coarctari, ut diduci nequeant. Postremo pluries de *labii inferioris tremore* (aliquando habituali [15]), culpa frigoris, praesertim febrilis, morborum cerebri, irae, fletus imminentis, vomitus saburrarum quaestio fuit.

§. IV.

Varices. Haemorrhagia.

Varices. 1. Observationes a MANGETO [1]), JOURDAIN [2]), BERTRANDI [3]), J. P. FRANK [4]) aliisque traditae, *vari-*

acad. nat. curios. cent. III et IV. p. 288. — F. J. BAJER oris tortura curata. Nov. act. acad. nat. curios. Vol. 6. p. 236. — J. MITCHELL *an instance of spasmodic affection of the tongue and mouth successfully treated. Med. chir. transact.* Vol. 4. p. 25.

14) P. II. Vol. I. Sect. II. cap. XIII. §. LXV. No. 2.

15) ALEXANDER VERONENSIS scribit, Francisco Viario patritio Veneto, labium inferius, dum loquitur, semper tremere (FORESTUS l. c.).

1) Bibliotheca chirurgica T. IV. p. 30. (Plura exempla varicum labiorum refert interque haec duo infantum sex mensium).

2) Op. c. T. 2. p. 179.

3) *Opere anatomiche e chirurgiche T.* 2. p. 21. (Editores monent: „*Noi abbiamo osservato varici al labbro inferiore in così gran numero e tanto ammucchiate, che formavano un tumore grosso quanto un' uovo di gallina*").

4) Epitom. de cur. hom. morbis T. IV. p. 150. (Comes Colloredo, Collegii Germanici Ticinensis alumnus,

varices haud secus os quam anum insignire docent. Denominatio itaque *haemorrhoidum oris* [5]) non incongrua. Varicem venulae ad internam ac supremam labii inferioris sinistri partem positae, in aegroto haemorrhoidum fluxui obnoxio, copiosum per intervalla (vigentibus aestivis caloribus et accedente vini potu) cruorem stillasse constat [6]).

2. E labiis feminae fluxit sanguis omni mense loco catameniorum sine vasorum manifesta laesione [7]). Legitur de haemorrhagia labii inferioris annua et spontanea [8]), deque alia singu- Haemorrhagia.

 lis

a. 1794. „has nobis varices ad labium oris superius, conspiciendas exhibuit. Universum hoc labium quasi saccum ex tenui membrana formatum, sanguine pellucente refertum, lividum, ac tam amplum sistebat; ut ex alto propendens, oris ostium impleret, ac labium inferius obtegeret. Plures hoc ipso varicoso e sacco venae, non tam turgidae, quam planae, latae, ac lividae, versus nasum ascendere, ac similes palati fornicem obsidere cernebantur, eximii tandem manu viri (A. Scarpa) eo ipso cum sacco labiali, feliciter, et quin sanguinem hucusque sua sponte aparsisaent, exstirpandae").

5) Chr. Helwich de haemorrhoidibus oris. Miscell. acad. nat. curios. dec. III. a. 9. obs. 118. p. 208. — Ch. A. Jost diss. de haemorrhoidibus oris. Lips. 1812.

6) Trew in commerc. litter. Norimbergense. 1735. p. 57, 130.

7) Ladelius in ephem. acad. nat. curios. cent. I et II. p. 120. obs. 48.

8) Ch. E. Berdot observationes. Obs. 5. in Actis Helveticis.

lis mensibus ad libras quatuor aut quinque recurrente [9]). Mirae haemorrhagiae spontaneae ex labio tam inferiore [10]), quam superiore *) observatae fuere. Ex utrisque labiis sanguis irae caussâ prorupit [11]). Quandoque cruor alternatim ex labiis aliisque cavitatum oris partibus pullulat [12]). Vulnera labiorum facillime cruorem largiuntur. Cunctae ejusmodi labiorum haemorrhagiae (*Cheilorrhagiae*, *Gnathorrhagiae* [13])) probe a *labiorum eruentatione*, quae aut scorbuti aut morbi maculosi haemorrhagici symptoma est, distingui debent. Distinctio haud ardua, propter absentiam reliquorum signorum. Praeterea hìc sanguis e gingivarum tela stillat; in cheilorrhagia directe e vasis. „Vesicae cruore repletae ne suo volumine obsint, incidantur; — quae sanguinem eructant, vel ferro, vel cauterio actuali auferentur oportet. Cum vero ea, quam cauterium inducit, eschara dum plures post dies a parte sauciata separetur, novo

9) Riverius obs. commun. p. 660.

10) Zacutus Lusitanus de med. princip. hist. Lib. II. histor. X. opp. fol. 183.

*) Martini in Rust *Magazin der gesammt. Heilkunde B.* 19. *Heft* 3. p. 454.

11) De Scanderbeckio fertur, quod ira valdopere excandescenti, tumuerint labia, caluerint, rubuerint ac sanguinem secreverint (Cornac Lib. I. p. 27. Cfr. Andr. Libavius de cruent. cadav. Thes. 205).

12) Bootius obs. med. de affectibus omissis. c. 7.

13) Dreyssig *med. Diagnostik. Erfurt* 1801. *B.* 1. p. 265.

novo sanguinis profluvio non raro occasionem largiatur; cauterio plerumque praeferenda est loci, qui sanguinem profundit, suscepta, chirurgicae ad artis praecepta compressio" [14]). Leviori in malo aqua frigida, acetum, aluminis, vel pulvis [15]), vel solutio, aut solutiones sulphatis ferri vel acetatis plumbi, item alcohol, loco ex quo sanguis manat admovenda. *Cheilorrhagia haemorrhoidalis* et *catamenialis* non praepostere cohibenda [16]).

§. V.

Inflammatio. Abscessus. Gangraena. Tuberculum. Excrescentiae.

1. Praeter *inflammationem* labiorum excitatam a vulneribus *), ictibus insectorum, contusioni- Inflammatio.

14) J. P. Frank l. c. p. 159.

15) R. Pulv. aluminis crudi unciam semis — laccae pictorum drachmas duas. M. D.

16) Jure monet Helwich (l. c.) periculosum esse oris fluxum periodicum ac vicarium adstringentium ope supprimere; et exemplum Ohmbii adducit, cui auppresso oris profluvio, haemorrhoides vesicae — et his iterum suppressis, febris cum exanthematibus scorbuticis secuta est.

*) Boacher *observ. sur une playe à la lèvre supérieure. Mém. de l'acad. de chirurg. T.* 3. *Mém.* p. 417. — Garengot *observ. sur une playe à la lèvre supérieure, reçue par un coup de pot de fayance.* Ibid. *T.* 3. *Mém.* p. 417. — Desormeaux *observ. sur la réunion d'une plaie à la lèvre.* Ibid. *T.* 5. *Mém.* p. 294. — Le Mercier *plaie considérable à la lèvre guérie*

BIBLIOTECA NAZIONALE V.E. ROMA

sionibus, ambustione, suctione vulnerum, attactu cyathi impuri, mercurio, dentibus acuminatis, fractis, luxatis, cariosis, morbisque maxillarum, alia datur communissima indolis *catarrhalis*. Haec quum epidermidis desquamatione et fissuris telae labiorum stipari soleat, vulgo *sulcus labiorum* audit [1]). Caussa frigus, ventus. Etsi haec inflammatio sub motu partis affectae sat dolorifica sit et nonnunquam ex fissuris ei sociis cruor manet; nihilominus in homine alioquin sano nil inde timendum. Secus latente quadam labe; tunc etenim exulcerationes mali moris sequi possunt. Inflammatio labiorum traumatica exposcit ut caussa localis irritans abigatur, aut saltem ut ejus effectus temperentur. Febris et florida aegroti condi-

sans suture. Ibid. *T.* 5. *Mém.* p. 301. — Belmain *observ. sur le bec-de-lièvre, et sur la réunion des plaies aux joues et aux lèvres, par le seul bandage unissant.* Ibid. *T.* 5. *Mém.* p. 296.

1) *Synon.* ΧΕΙΛΗ ἐρυσιπέλατα. Paul. Aegin. Lib. III. c. 46. Cheilocace. Labrosulcium. Gall. *Gerçures de lèvres.* De hoc vitio videatur Bootius de affectibus omissis cap. X. (Descriptio potius stomacaci et cancro, sic dicto, aquatico quadrat). — Van der Wiel obs. cent. II. No. 13. in scholiis. — Ephem. acad. nat. curios. cent. VII. VIII. obs. 77. — Rayger diss. de labrosulcio seu cheilocace. Altd. 1698. — Ploucquet (Zwingli) diss. de cheilocace. Tüb. 1794. — Castella in *Bulletin de la soc. de médec.* 1811. no. 8. App. ad *Journal de méd. continué.* 1811. *Sept.* p. 165.

conditio *phlebotomiam* postulant. Aliàs *hirudinum* ad angulos maxillarum applicatio sufficit. Recenti in malo *fotus frigidus;* in provectiori *cataplasma emolliens.* Sulcus labiorum simplex curatur illinendo labiis peculiare unguentum ab illis nomen desumens [2]), idque scopo partem affectam ab injuriis externis tuendi. Requiritur praeterea quies. Virorum venatrices abstineant a more labia perpetuo mordendi, ut eis colorem coccineum concilient. Si labiorum sulcus in scrophulosis, scorbuticis, syphiliticis obveniat, aut cum uteri vitiis nexum habeat [3]), ad methodos specificas recurrendum. Martem sibi laudem promeruisse legimus [4]).

2. Phlogosis labiorum aliquando in *abscessum* transit; immo interdum abscessuli veluti sponte nascuntur. Utroque in casu dolor conspicuus. Interea cataplasmate emolliente in usum deducto abscessus facile rumpitur ac eliminato pure Abscessus.

2) R. Cerae albae, spermatis ceti ää drachmam semis. Olei amygdalarum dulcium unciam unam. Liquefiant leni igne in mortario marmoreo, affundendo guttatim aquae destillatae vel rosarum vel naphae drachmas sex. M. D.

3) „Fissurae in labio inferiori in muliere frequenter apparentes ob siccitatem matricis salacitatis signum praebent“ (Forestus l. c.).

4) J. Wolff de duobus experimentis *tincturae martis solaris* usum salubrem casu ostendentibus, videlicet in labiis oris paulisper fissis et pustulis linguae. Miscell. acad. nat. cur. dec. III. a. 1. 1694. p. 21.

pure sine alia cura sanatur. Et *gangraenae labii* exstat exemplum *).

Tuberculum. 3. Superficies interna labii, praesertim inferioris, quandoque *tubercula* pisi magnitudinis et ultra, vesicularis formae, indolentia, coloris-que plumbei exhibet. Constant ex sacco firmo, liquorem diaphanum continente. Tubercula ejusmodi interdum aperiuntur, ac liquore evacuato, collabuntur, collapsae clauduntur ac rursus replentur. Generatim insontia sunt [5]), aliquando carcinomatica [6]). Si rebellia, forfice excindenda. Methodus haec omnium expeditissima est et taediosis conaminibus aut setaceum per tuberculum ducendi [7]), aut tuberculum lanceolae apice aperiendi indeque saccum caustico destruendi [8]), anteponenda.

Excrescentiae. 4. Labia *excrescentiis* subjiciuntur tam *carneis*, quam *corneis*. *Excrescentia labiorum carnea* firma est, pressioni renitens, ab initio indolens, cuti concolor, haud raro pedunculo subtili instructa, scirrho longe citius crescens, inaequalis, modo congenita (naevus), modo acquisita [9]).

*) Carret *observation sur une gangrène de la lèvre, attaqué infructueusement par le feu, et suivie de la mort. Rec. des actes de la soc. de santé de Lyon. an.* 1. p. 302.

5) Leure l. c. 6) Van der Wiel l. c.

7) Hill *cases of surgery.*

8) Acrel's *chirurg. Krankengeschichten im Lazarethe zu Stockholm.* 1772.

ta [9]). *Excrescentia labiorum cornea* [10]) verrucae formam aemulatur, dura est, indolens, brunea, nigra, lenteque crescit. Una et altera excecanda.

§. VI.

Tumores. Ulcera.

Tumores.

1. *Tumores cystici* labiis non alieni. Intumescunt quoque labia propter morbos dentium et maxillarum. Botulorum instar tumuisse visa sunt a fuga impetiginum et a suppressione menstruorum [1]). Tumorem labii superioris ad habitum scrophulosum spectare, nemo ignorat, quod facile intelligitur, si copiosas in eo latentes glandulas spectamus [2]). Quousque talis tumor (pronunciationi aliquando obstans) mollis manet, nil timendum. Contra ubi descrescens huc illuc indurari incipit. Imminet tunc exulceratio.

Ulcus scrophulosum.

2. Ex ulcusculis tunc plurimis confluentibus, singulum efformatur labii *ulcus*, indolens, marginibus duris inaequalibus ex rubro lividis, fundo pallescente instructum, pus tenue serosum largiens ac vicina lentissime depascens. Ulcus hoc (probe a sic dicto *cancro aquatico* [3]) distinguendum)

9) Gesscher *Proeve der voornaamste langduurige Gezwellen.* — Leurs l. c.

10) Germ. *Das Horn, hornartiges Lippengewächs.*

1) Jourdain l. c. T. II. p. 193.

2) L. Heister de glandulis labii superioris. Act. acad. nat. curios. Vol. I. p. 400.

3) Cap. XXXVI. §. CXLII. 3.

guendum) aetati puerili addictum est. Habitum scrophulosum universalem socium agnoscit. Iste ante omnia methodo, debito loco indicanda [4]), emendandus. *Aethiops antimonialis*, minimis [5]) iisque diu continuatis [6]) dosibus intus porrectus, maximam in hoc labii ulcus vim exercet. Quousque inde spes successus affulget, *ab auxiliis topicis abstinendum.* Aliàs sine ambagibus ad destructionem ulceris ope *ferri candentis* confugiendum. In ulceribus enim labiorum curandis, media vix datur via, aut mitissime (inprimis ope cataplasmatis ex radice *dauci carotae* [7])), aut acerrime incedendum est.

Ulcera syphilitica.

3. *Ulcera syphilitica labiorum* sunt vel *primaria*, vel *secundaria*. *Illa* applicationem immediatam contagii syphilitici ad partem rubram labiorum, utpote tenuissima epidermide dotatam, sequuntur. Tali applicationi ansa praebetur basia oribus, ulceribus syphiliticis obsessis, imprimendo, partes genitales similiter contaminatas lamben-

4) P. III. Vol. III. Sect. II. cap. de scrophulis.

5) Quarta, dimidia pars grani de die pro infante sex, vel decem annorum.

6) Per menses sex vernales et aestivos, unius alteriusve anni.

7) Cfr. Denis *von krebsartigen Geschwüren im Gesichte, die durch Umschläge von Möhren geheilt wurden*, ex Hautesierk *recueil d'observations T.* 2. p. 455. in *Samml. auserl. Abhandl. für pr. Aerzte B.* 1. *St.* 4. p. 22.

lambendo, papillas mammarum lue exesas sugendo et contagio venereo conspurcatam supellectilem, cochlearia videlicet, fuscinas, cyathos, tubos nicotianae fumo dicatos, calamos scriptorios, instrumenta musicalia pneumatica in usum ducendo. Elapso nychthemero uno alterove ab infectione, ecce praevio pruritus ardentis sensu pustula parva ad labium alterutrum, quae mox disrupta liquorem acrem fundit. Sequitur inde ulcusculum formae potius rotundae, cum marginibus plus minusve dentatis et verticalibus fundoque griseo lardacco. Ex eo ichor viscosus odore sui generis praeditus et contagiosus manat. Partes ulcus ambientes durae, rubrae, ardentes dolentesque. Ulcus ipsum magis in latitudinem quam in profunditatem serpit. Serius ocyus ei tumor parotidum vel glandularum submaxillarium adsociatur. *Ulcera syphilitica labiorum secundaria* luis universalis sistunt symptoma. Comparent potius sub forma sulcorum, caeterum allatis notis ulcerum venereorum insignitorum. Haec methodo generali; illa (saltem quousque recentia) auxiliis topicis, juxta praecepta in tractatu de syphilide exponenda, tractantur.

4. *Ulcera scorbutica et mercurialia*, quoniam rarissime, sin unquam, immediate in labiis nascuntur, sed primum circa gingivas aliasque oris interni partes evoluta ad illa solum propagantur, hic silentio praetereuntur. Ulcera scorbutica.

§. VII.

§. VII.

Carcinoma.

Notio. Scriptores.

1. *Carcinoma labiorum* post mammarum illud communissimum. Praeter scriptores de carcinomate in genere [1]), de labiorum cancro plurimi in specie egerunt [2]).

Symptomata.

2. Incipit morbus in uno alterove labio, plerumque inferiori, tuberculo minimo attactui renitenti, durissimo, irregulari, cuti concolori. Acce-

1) Inter eos argumentum praesens praecipue illustrarunt Leurs l. c. J. Pearson *practical observations on cancerous complaints; with an account of some diseases which have been confounded with the cancer. London* 1793. et *Samml. auserl. Abhandl. für pr. Aerzte B.* 16. *St.* 3. 4. — H. Earl *über die krebsartige Krankheiten durch örtliche Reizung* ex *London medic. and chirurg. transactions. Vol. XII. P. II.* in Rust's *Magazin für die gesammte Heilk. B.* 19. p. 6.

2) Fürstenau diss. de carcinomate labii inferioris absque sectione persanato. — Ferrand diss. de labiorum cancro. Paris. 1768. — Fels diss. de carcinomate labiorum observationes aliquot. Erfurt. 1789. — J. Chr. Loder cancri labii inferioris feliciter exstirpati historia. Jen. 1794. — Stark diss. de cancro labii inferioris. Jen. 1812. — E. F. A. Baumann *über den Krebs im Allgemeinen nebst Anzeige eines sehr wirksamen bisher geheim gehaltenen Mittels gegen den Lippen - und Gesichtskrebs. Leipz.* 1817. — C. Porcyanko diss. de cancro labiorum. Vilnae 1818. — J. N. Roux *mémoire sur le cancer des lèvres, et sur une nouvelle méthode opératoire. Revue médicale* 1828. *Janvier.* p. 30.

Accedit ocyus serius pruritus et dolor pungens, maxime lancinans. Tumor augetur ac labium induratur, colorem proprium cum rubro magis seu violaceo et coeruleo commutando. Vasa sanguifera circumferentiae tument ac varicosa fiunt. Dolores invalescunt et tandem cutis huc illuc rumpitur ulcusque marginibus retorridis, duris notatum efformatur, ex quo statim carunculae squalidae, livescentes aut cinerei coloris progerminant. Superficies materia albicante glutinosa scatens, ipso attactu vel motu sanguinem fundit. Accedit profluvium salivae lentescentis, ichori admixtae, lente quidem sed perpetuo textum cellulosum, carnes, vasa et nervos depascens. Glandulae sublinguales, inframaxillares tument et obdurescunt. Ulceratio limites haud agnoscens ad commissuras labiorum, nasum genasque proserpit. Corrumpuntur gingivae, vacillant sponteque decidunt dentes contaminaturque maxilla. Aeger jam edentulus, exeso toto ambitu oris vultuque sceleton faciei exhibens, ipso adspectu horrorem injicit. Indies et glandulae vicinae induratae in cancrum apertum abeunt, aut ante expansae in insignem molem, occludunt fauces adeo, ut miseri quasi strangulati pereant. Aliàs tabes aegrum acerbissimis affectum doloribus ad lentum interitum perducit.

3. Terribilis hic morbus maxime viris aetatis provectioris familiaris est; rarius eo laborant femi- Caussae.

feminae, rarissime sin unquam infantes *). Communissimus est inter plicosos, praesertim rusticos. Excitatur in praedispositis a caussis phlogosin labiorum provocantibus, praeterea a calamis fumo nicotianae sugendo dicatis, maxime a sic dictis *zigarre* 3), concurrente simul oris impuritate. Forte salivae conditio calculosa quoque accusanda. Constat saltem calculos duros, asperos, nigricantes in ulcere cancroso labii inferioris latitasse 4). Tandem et contagii suspicio locum obtinuit 5).

Diagnosis. 4. Querelae contra propensionem medicorum, mox ulcera labiorum pro cancrosis declarandi, alte sonant. Respiciunt potissimum ulcera syphilitica 6). Neminem rerum dictarum memorem talem amplius in errorem lapsurum fore speramus. Non ita pro distinctione cancri ab *herpete rodente labiorum* spondemus. Valeat interea sequens, juxta ALIBERT 7) monita elaborata, tabula:

Labio-

*) Eorum *cancer* sic dictus *aquaticus*, nec huc, nec ad cancrum spectare, suo loco demonstrabitur.

3) Sic unanimi consensu LEURS, EARL, ROUX.

4) BLASIUS obs. med. Part. VI. obs. 15. p. 82. Tab. IX. fig. 2 et 4.

5) GOOCH *med. and chir. observations.*

6) Se tale ulcus pro cancro habuisse candide fatetur VAN DER HAAR (*Genees- en heelkundige Waarneemingen* §. 74). Confusiones similes apud scriptores patefecit VAN WY (act. societat. servandis civibus T. IV. p. 41).

7) *Maladie de la peau.* In — fol. p. 66.

Labiorum.

Herpes rodens.	*Cancer.*
a. Labium alterutrum indiscriminatim afficit.	a. Labio inferiori maxime addictus.
b. Ardorem gignit.	b. Dolorem lancinantem excitat.
c. Pustulae halone rubro circumdatae.	c. Caro fungosa ex ulceris fundo pullulat.
d Margines irregulares.	d. Margines callosi revoluti.
e. Varices rarae.	e. Varices fere constantes.

5. Cancer labiorum, etsi conspicuus, curam contra JOURDAIN sententiam [8]) admittit, dummodo aeger adhuc vigeat nihilque scorbutici habeat, atque malum necdum gingivas, glandulas submaxillares et ossa adtigerit. Reditus quidem morbi, inprimis imperfecte exstirpati, ad labia non solum sed ad partes adhuc nobiliores, puta linguam, facilis [9]); ast, propria testante experientia, nec absolute necessarius, nec semper proximus. Prognosis

6. Nisi causa cancri labiorum localis, e. c. dens [10]), illico removeri possit, quo citius id fieri potest [11]) ad partis affectae *totalem* [12]) *exstirpa-* Cura.

8) Op. c. T. II. p. 172 sq.

9) HALLER biblioth. chirurg. T. II. p. 171.

10) JOURDAIN l. c.

11) „*Je früher die Operation verrichtet wird, desto gewisser gelingt sie.*“ RICHTER l. c. p. 325.

stirpationem deveniendum. Cultrum hoc in opere causticis anteponimus [13]). Summa autem post operationem requiritur labii quies. Necessitas potus ciborumque, et affluxus salivae magnum sane hic curae sistit obstaculum. De pharmacis adversus cancrum labiorum jactatis non loquimur, persuasi, ubi juverunt, ulcera alterius generis latitasse [14]). Illa pharmaca alioquin in tractu de carcinomate ad trutinam vocanda erunt. Magni tandem

12) „*Die mehresten Wiederfälle der Krankheit sind wahrscheinlich der Verabsäumung dieser Regel und nicht der Unheilbarkeit der Krankheit zuzuschreiben .... Nicht alles das, was exulcerirt, geschwollen und hart ist, sondern auch das was missfärbig ist, muss ausgeschnitten werden. Auf der äussern Oberfläche der Lippe fällt der missfärbige, d. i. rothe oder blaurothe Umfang des Uebels leicht in die Augen, nicht aber so leicht auf der innern Oberfläche der Lippe, welche daher jederzeit sorgfältig untersucht werden muss.*“ Richter l. c. p. 324.

13) „*Aber auch selbst in dem Falle, wo die Etzmittel statt finden, verdient das Messer den Verzug.*“ Richter l. c.

14) Venerea sane fuerant ulcera labiorum, quae afferuntur, ad mercurii adversus cancrum labiorum miraculosam vim ostendendam, apud Ackenside (*medical transactions published by the college of physicians in London* 1768), Heister (*Heelkundige Onderwyzingen. Deel* 2. p. 770), B. Gooch (*medical and chirurg. observations as an appendix to former publication. Norwich* 1773. p. 145) etc.

tandem facimus artem, qua cutis labiorum resarcitur [15]).

Caput II.

De morbis buccarum.

§. VIII.

Momentum. Semiotica.

Momentum.

1. Mutationes quibus buccae ab infantia ad senium usque, utroque in sexu perpetuo subjiciuntur [1]); nidus quem barbae, unis maribus [2])

15) Casp. Tagliacoti chirurgia nova de narium, aurium, *labiorumque* defectu per insitionem cutis ex humero resarciendi. — Cfr. Lallemand *Heilung einer Gesichtswunde mit Substanzverlust, durch einen Lappen aus der benachbarten Haut* in Gerson's *Magazin der ausl. Lit. der gesammt. Heilk. B.* 7. p. 371. ex *Archives générales* 1824. et Morgans *Fall einer künstlichen Lippenbildung* ibid. *B.* 11. p. 346. ex Lancet *Vol.* 9. 394. — Gräfe's *und* Walther's *Journ. für Chir. und Augenheilk. B.* 2. *Heft* 1. p. 10. *B.* 6. *Heft* 2. p. 375. — Delpech *chirurgie clinique de Montpellier. T.* 2. Append. — J. F. Dieffenbach *chirurg. Erfahrungen, besonders über die Wiederherstellung zerstörter Theile des menschl. Körpers. Berlin* 1829. p. 46—49.

1) „*Dans les premiers temps de la vie, où la face offre si peu de développement, surtout de haut en bas, les joues sont saillantes, et presque hémisphériques. Mais*

bus [2]) (si peculiares casus, inprimis sterilitatis [3]) et

à mesure que la face se développe, qu'elle prend de l'étendue verticalement, la convexité de ces parties diminue; alors aussi quelques traits s'y désinent, et l'on y voit, chez beaucoup d'individus, cette dépression qui sied si bien à certains visages et que l'on nomme fossette des joues. Dans la première enfance, les joues diffèrent peu chez les deux sexes .... mais vers la septième année, les joues perdent chez le jeune garçon une partie des formes arrondies qui se conservent chez la jeune fille. ... Chez l'homme, à l'époque de la puberté, succèdent au duvet de l'adolescence des poils qui augmentent, pendant quelque temps, de force ou de consistance. ... Avec le progrès de l'age, et aussi par l'effet des passions et des maladies, les joues perdent leur configuration, leur fermeté, leur coloration etc.; *des rides les sillonnent de toutes parts. La perte des dents de chaqun mâchoire, en rendant la face plus courte, est cause que les joues de ceux qui ont eu de l'embonpoint sont souvent pendantes au-dessous du bord inférieur de la machoire. ... Enfin dans la vieillesse, les joues ne présentent plus cette coloration, qui est un des plus beaux attributs de la jeunesse et de la santé*" (Villeneuve art. *joue* in *dict. des sciences médicales. T.* 26. p. 409).

2) Chr. Beckmann diss. de barbigenio hominis mere maris. Jen. 1608.

3) „In Abderis, Phaetusa, Pythese uxor, priore quidem tempore faecunda erat, cum autem maritus ipsius in exilium abiisset, menses multo tempore suppressi sunt. Postea rubores et dolores ad articulos oborti sunt. Haec autem ubi contigissent, et corpus virile factum est, et *hirsuta* penitus evasit, et *barbam* produxit,

et amenorrhoeae [4]) excipiantur) addictae, suppeditant; speculum animi quod sistunt [5]); viae quas ductibus Stenonianis concedunt; nexus quem cum parotide, dentibus, alveolis, gingivis et lingua alunt, atque campus quem semioticae exhibent; illas memorabiles reddunt.

2. „*Genae rubentes* vel in ipsis sanis suspectae sunt. Qui rubor, si subito post coenam oritur, occultam viscerum labem vel convulsionem, in tabidis exacerbationem, in feminis cancrum uteri [6]) denotat, et praeter haec familiaris hypochondriacorum, hystericarum vel haemorrhoidibus laborantium est. At in acutis inflammatio cerebri [7]), laterum, pulmonum [8]), cum maxime si tussis et spiratio difficilis urget, de- Semiotica.

 cretoria

et vox aspera facta est . . . Idem hoc etiam contigit Namysiae, Gorgippi uxori, in Thaso.“ Hippocrates lib. VI. sect. 8. Epid.

4) J. Burlin diss. de feminis ex mensium suppressione barbatis. Altd. 1664.

5) „*Certains enfoncemens plus ou moins triangulaires qui se remarquent quelquefois dans les joues, sont le signe infaillible de l'envie ou de la jalousie. — Une joue naturellement gracieuse, agitée par un doux tressaillement qui la relève vers les yeux, est le garant d'un coeur sensible, généreux, incapable de la moindre bassesse. — Si, sur la joue qui sourit, on voit se former trois lignes parallèles et circulaires, comptez que ce caractère est un fonds de folie.*“ Lavater.

6) Baglivius prax. I. §. 2.

7) Hippocrates Epid. VII. 19. 20. 8) ibid.

cretoria narium haemorrhagia [9]) vel suppuratio pectoris fere suhest, et prae ceteris timeri dehet, si juvenes, qui delicatiori pectore [10]) sunt, occupat. Porro pessimum signum est, uhi in morhis longis et lentis rubor et febricula continua [11]) quovis vespere insurgit, respiratus difficilis, tussis crehra, sputa exigua, pallida, viridia, livida, spumantia, oculi concavi, ungues manuum incurvi, digiti summi vehementer calidi, pedes tumidi, et cihorum fastidium oriuntur, et phlyctaenae hinc inde efflorescunt. Tunc empyema et tabes adsunt. Similiter *maculae genarum lividae* vel *nigricantes*, item *tumores* *) in acutis febribus mortem; at *subflavae* in feminis haud raro graviditatem denunciant. Etiam buccarum *furunculus* [12]) quartanam abigisse dicitur" [13]).

§. IX.

Exanthemata. Impetigines. Neuroses.

Exanthemata.

1. Inter *exanthemata* praecipue *erysipelas*, *anthrax* et *variolae* in genas debacchantur, haecque, relictâ interdum gangraenâ [1]). Amplus textus

9) Hippocrates Epid. VII. 26. — Gal. Praefat. ad Postum. c. 13.

10) Lieutaud *précis de la méd. prat. T. I. sect.* 1. p. 8.

11) Hippocrates Progn. §. 16.

*) H. F. Delius tumor singularis malae sinistrae ante obitum. Act. acad. nat. cur. Vol. IX. p. 393.

12) Vogel Praem. Gott. Pens. I. no. 15. p. 6.

13) Ch. G. Gruner semiot. P. II. §. 849.

1) A. Knoeffel de gangraenae in genis infantum cura-

tus cellulosus magnaque adipis copia quibus buccae gaudere solent, illis morbis fulcrum et pabulum suppeditare videntur. Praeterea constat cutim buccas obducentem admodum delicatam, et sensilem esse, vasisque capillaribus, cruorem facile admittentibus, abundare.

2. *Impetigines*, has ipsas propter caussas genis familiares, sunt: *erythema* tam *pernio*, quam *gutta rosacea* et *tinea* vulgo *crusta lactea*. Tandem buccae, in *polypioniâ* aeque ac in *tabe*, scenam ludunt, ob celeritatem videlicet, qua adeps ibi vel deponitur vel absorbetur. *Indurationem textus cellulosi* recens natorum in genis praecipue obviam esse monuimus. Cur textus cellulosus buccarum, etsi laxus, collectioni tamen seri minus faveat, non intelligimus. Impetigines.

3. *Musculi* buccinatores, masseteres, zygomatici majores et minores, nec non levatores anguli oris, in *trismo*, *paralysi* et *convulsionibus* (*risu* praesertim *sardonico*) haud secus laeduntur, ac *nervi* ex maxillari superiore et inferiore, ex infraorbitali et portione dura paris septimi, in *prosopalgia*. Neuroses.

§. X.

Haemorrhagia. Fluxio. Fistulae.

1. Haemorrhagia arteriosa in ipsis genarum vulneribus [1]), etsi quandoque periculo plenis [2]), rara Haemorrhagia.

tione. Miscell. acad. nat. curios. dec. I. a. 4 et 5. 1673 et 1674. p. 50.

rara est [1]); contra communis illa e venis superficiei internae buccarum, *stomatorrhagia buccalis* dicta. Ad malae utriusque faciem internam, in aegrota, cujus pater simili prorsus morbo laboraverat, copiosae varices ex improviso exortae sunt. Has ubi dentibus disruptas sugebat mulier, haud majores sequebantur molestiae: si vero hoc usa non esset auxilio; extensus, magis magisque tumor varicosus [4]), ad ipsam usque uvulam, ut pars haec turgeret, livesceret, valdeque doleret, extendi consueverat [5]). Hoc ab ipso tumore ad fauces extenso, tum linguae, tum pharyngis, tum laryngis interceptis functionibus, suffocationis non raro imminuit, uvulae dumtaxat ad apicem sectione illico removendum, periculum [6]). Cibum ore revolvere, masticare, quin sanguis

1) Duphenix *observ. sur une plaie compliquée à la joue. Mém. de l'acad. de chirurg. T.* 3. p. 431.

2) Ex levi vulnere sub barbae tonsione in gena ducis militum Rossici Igelstroem orto, genae ulcus carcinosum vidi, viditque a simili caussa in mento gangraenam J. B. Gründel miscell. acad. nat. curios. dec. II. an. 4. 1685. p. 327.

3) Villeneuve l. c. p. 414.

4) Tumoris varicosi buccarum exemplum quoque exstat apud Blancard collect. med. phys. cent. VII. no. 92.

5) Kramer in *Nürnbergische gelehrte Unterhaltungen B.* 2. *Abth.* 1. p. 58. (Aegrota fuit hysterica simulque hemiplegia correpta).

6) J. P. Frank Epitom. de cur. hom. morb. Lib. V. Part. II. p. 151.

sanguis copiosus hunc omnem penetraret, aegrotus non potuit, ac vires hoc quotidiano a profluvio, cujus nullibi vestigia hucusque patebant, sic plurimas amisit; donec detecta, postremam ductus salivalis, in oris cavum patentis, ad partem varix, ferri demum candentis auctoritati cessit [7]).

2. *Fluxionis*, vulgari nomine [8]), intelligi solet, tumor genae alterutrae aut utriusque, rapide ingruens et crescens. Est ille modo ad genas circumscriptus, modo ad palpebras, nasi alas, regiones parotidum, collum et gingivas extensus; laesis inde masticatione et loquelâ, cum expuitione salivae, solito plerumque crebriore. In partibus affectis sensus ponderis, tensionis et rigiditatis, percipitur. Earum color modo normalis, modo pallidus [9]), ruber, splendens. Saepe symptomata febrilia observantur, cum oris sapore depravato, lingua spurca, halituque foetente. Adolescentes, adulti, et puerperae [10]), frequentius huic morbo obnoxii sunt, quam infantes et senes. Grassatur tempore frigido humidoque, praesertim in regionibus uliginosis. Provocatur saepe a dentium, Fluxio.

7) Richter's *chirurg. Biblioth. B.* 12. p. 178.

8) A verbo *fluere*, propter majorem sanguinis aliorumque humorum ad partem affectam affluxum (Barthez in *Mémoires de la soc. d'émulation de Paris. Ann II*).

9) Gall. *inflammation blanche de la joue.*

10) Est sane quaedam affinitas inter fluxiones genarum albas, et phlegmatiam albam puerperarum.

tium, alveolorum et gingivarum vitiis. Nec semper alienus est morbis encephali, sinuum maxillarium, ozaenae et parotidum. Quamobrem *fluxio genarum proprie dicta*, a *tumore buccarum symptomatico* [11]) probe distingui debet. Fluxio illa affectionem rheumaticam sistit, in homine alioquin sano, *simplicem*, aliàs *complicatam*. Morbus utroque in usu facile ad *phlegmonis* gradum attollitur, uti ex partis affectae rubore coccineo, calore urente, dolore acuto ac pulsante, elucet. Fluxio simplex spatio quatuor vel septem dierum, non sine *recidivae* et *metastaseos* [12]) periculo, *resolutione* terminari solet. Haec interea resolutio non semper perfecta est, vidimusque (praesertim in scrophulis) rebelles, quid quod insanabiles *tumores*, inde relictos [13]). Tumores ejusmodi

11) Roesler de dentis eradicatione; ab extractione haemorrhagia, et post ejus curationem *tumor circa genam* et collum lethalis. Miscell. acad. nat. curios. dec. I. ann. 3. 1672. p. 534. — Flajani *observation sur une tumeur à la joue droite formée par un corps étranger.* Sedillot *rec. périod. de la soc. méd. de Paris T.* 61. p. 77.

12) L. Schroeck de hydrocele a catarrho orta et post *genae tumorem* se prodente. Miscell. acad. nat. curios. dec. II. ann. 3. 1684. p. 69.

13) Tenon *observation anatomique sur une tumeur à la joue. Mém. de l'acad. de Paris. ann.* 1760. *hist.* p. 60. — M. Preuss tumor chronicus malae sinistrae. Ephem. acad. nat. cur. cent. 7 et 8. p. 446. — Th. Bower *an account of an extraordinary tumor lately*

modi aliquando *cariem* maxillae sociam habent [14]). In valetudinariis fluxiones genarum plerumque ad diem decimum quartum protrahuntur. Nec rara hìc est formatio *abscessus;* potissimum si morbus male curetur. Per malam curam intelligimus morem partem affectam, mox a morbi initio stuppâ, lanâ, sacculis cineres vel herbas aromaticas continentibus, cataplasmatibus emollientibus etc. cooperiendi, vel ei unguenta illiniendi. Satis enim est locum affectum ab aura frigida, linteo subtili fronti alligato, tueri, imperato simul *regimine*, in limine morbi *antiphlogistico*, versusque finem *diapnoico*. Quodsi phlegmonis indicia appareant, febrisque adsit, sanguini eo minus parcendum quo floridior aegrotus. *Phlebotomiam* hìc *hirudinibus* anteponimus, utpote quae, circa partem affectam applicitae, irritant, ac locis remotis admotae, effectu destituuntur. — Si fluxio genae *primaria* aegre resolvitur, *vesicatorium* nuchae, *species ex herbis aromaticis* sacculis contentae calidae genis, admoveri debent. Juvat praeterea sudorem *diaphoreticis*, salivamque masticatione *radicis pyrethri*, elicere. Nec *pediluvia acria* negligenda. Ubi *suppurationis* vestigia cernuntur, abscessus cataplas-

cut off the cheek of a person in Scotland. Philos. transact. y. 1717. p. 713.

14) M. B. Valentini contumax malae tumor et excretum inde ossiculum. Miscell. acad. nat. curios. dec. II. ann. 5. 1686. p. 185.

plasmatibus emollientibus *solum mali foco appositis*, et, si intus vergat, oris fotu analogo, maturandus est. Dum spontanea illius ruptura, ob gravia symptomata, aut ob periculum erosionis ductus salivalis, expectari nequit, ad cultrum, juxta chirurgiae praecepta [15]), confugiendum.

Fistulae. 3. *Fistulae buccarum* effectum sistunt nunc abscessus, cariei et necroseos sinus maxillaris; nunc perforationis genarum culpâ anthracis, adustionis et vulnerum; nunc jacturae substantiae propter extirpationem tumorum varii generis [16]), inprimis indolis carcinomaticae [17]); nunc morborum

15) „*Si l'abscès a son siège entre les gencives et la joue, on peut l'ouvrir dans l'intérieur de la bouche, et donner à l'incision une assez grande étendue; mais lorsqu'il est placé dans l'épaisseur de la joue, près des tégumens, il faut que l'incision soit faite en dehors, et n'ait que l'étendue nécessaire à la sortie du pus, afin que la cicatrice soit moins grande et par conséquent moins apparente.*" Boyer l. c. p. 228. — „*Abscesse in den Backen . . . . müssen . . . wo möglich immer innerlich im Munde geöffnet werden. Bey Beobachtung dieser Regel vermeidet man nicht allein die Ungestaltheit der äussern Narbe, sondern auch die Speichelfistel, falls das Eyter den Speichelgang angefressen hat.*" Richter *Anfangsgründe der Wundarzneyk. B.* 2. §. 359.

16) Genarum sarcomatis et steatomatis exempla obveniunt apud Helwig (obs. 30), Heister (*Wahrnehmungen no.* 4), Acrell (*chirurgische Vorfälle B.* 2. p. 400) etc.

17) „*Les tumeurs cancéreuses des joues ont cela de par-*

rum parotidis ductusque Stenoniani [18]); nuncque vitiorum dentium [19]). Foedum semper constituunt malum, continuo salivae per genas depluentis profluvio, et alimentorum sub pastu exitui ansam praebens. Chirurgia illud sanare aut saltem levare docet [20]).

CAPUT

ticulier qu'elles ne se montrent pas toujours à l'extérieur. C'est dans quelques cas à la face interne des joues, dans la membrane muqueuse de la bouche et dans le tissu cellulaire qui l'unit au muscle buccinateur, qu'elles se dévoloppent. Elles doivent être emportées de bonne heure, parceque elles acquièrent promptement un accroissement qui rend l'opération beaucoup plus difficile ou même impossible." BOYER l. c. p. 230.

18) Cap. IV. §. XIX. 2.

19) MAPPUS diss. de fistula genae terminata ad dentem cariosum. Argent. 1675.

20) M. B. VALENTINI parotis cum fistula quae feliciter curanda. Miscell. Berolinensia T. I. p. 141. — HEVIN *observations sur la fistule à la joue, guérie par une contre-ouverture. Mém. de l'acad. de chirurgie T.* 4. *Mém.* p. 344. — LAMORIER *observation une fistule à la joue, guérie par une contre-ouverture, et la contre-ouverture guérie par les injections avec l'eau de Balcrue.* ibid. *T.* 4. *Mém. p.* 340. — MAIGROT *observat. sur une fistule à la joue, à la suite d'un dépot dans le sinus maxillaire, guérie au moyen d'une contre-ouverture.* ibid. *T.* 4. *p.* 346. — BUBERTRAND *sur une fistule à la joue, guérie par l'ouverture inférieure du sinus.* ibid. *T.* 4. *Mém.* p. 349.

Caput III.

De morbis systematis salivalis in genere.

§. XI.

Doctrinae extentio. Momentum. Semiotica.

Doctrinae extentio.

1. Morbos *partium salivae secretioni et ductioni inservientium*, glandularum videlicet parotidum, submaxillarium, sublingualium earumque ductuum excretoriorum, una cum illorum morborum effectibus, secretione nimirum salivae aucta, imminuta et depravata, nec non excretione incongrua, explanare aggredimur.

D. momentum.

2. *Doctrinae* ejusmodi *momentum* palam fit perpendendo: organa salivalia, utpote conflata ex acinis conglomeratis, textu celluloso, membranis serosis, arteriis [1]), venis [2]), vasis lymphaticis [3]) et nervis [4]), morbis singulis istis partibus generatim

1) Ex ramis externae carotidis, inprimis ex linguali, maxillari externa, maxillari interna et transversa faciei.

2) Terminantur in jugularem.

3) A capite, genis atque collo truncum versus provenientes plus minus inter se communicant.

4) A secundo, ac tertio ramo quinti paris, nec minus a nervo communicante faciei seu dura nervi acustici portione.

tim addictis, obnoxia esse; — encephalum et specum cervicalem [5]) illis directe imperare; — nexum exstare inter organa salivalia, et ceteras ejusdem generis glandulas, thyreoideam praecipue, mammas, hepar, testiculos, prostatam et ovaria; — illorum morbos arcte alligatos esse morbis labiorum, buccarum, dentium [6]), linguae [7]), faucium, aurium [8]); — ac denique *salivam*, a *sputo* (ex ejus mixtione cum humore a glandulis oris ex vasis exhalantibus emanato oriente) probe distinguendam, sistere liquorem vitalem [9]), electricum [10]), quo vitiato, actum plus minusve est de solutione et condimento ciborum, de perceptione appetituum et saporum, de facilitate loquelae et deglutitionis, deque bonitate digestionis et chylificationis. Fuitque praeterea saliva objectum opinionum praecon-

5) Saltem parotidibus propter nervos ex tertio pari cervicali.

6) Maxillaris inferioris quinti paris ramorum ad alveolos distributio rem explicat.

7) Ex communicatione noni vel lingualis medii cum ramis nervi lingualis e quinto pari. Uterque enim nervus, nonus et lingualis, ramos ad glandulam submaxillarem et sublingualem dirigit.

8) Nervus faciei communicans auditus organa cum glandulis salivalibus conjungit.

9) Condonandum revera si veteres crediderint salivam a nervis eorumque succo ortum ducere!

10) C. Fr. Bellingeri in electricitatem salivae, muci etc. experimenta habita. August. Taurinorum 1828. cap. I. p. 6—12.

conceptarum omnis generis [11]), et est contagiorum non-

11) Quis nescit, NICANDRUM, GALENUM, PLINIUM, SERAPIONEM, AEGINETAM, AVICENNAM etc. persuasum habuisse, quod hominis jejuni saliva interficiat serpentes? quam fabulam risui tradidit FR. REDI (observ. de viper. in experiment. natural. p. 232. et Miscell. acad. nat. curios. dec. I. ann. 1. Append. p. 35). — Contra tussim sequentis a PLINIO (hist. natur. Lib. XXXII. cap. 8. fol. 566) *remedii sympathici* mentio fit: „est rana parva, arborem scandens et ex ea vociferans. In hujus os si quis exspuat ipsamque dimittat, tussi liberari narratur." Et juxta KENELM. DIGBY (demonstr. immortal. anim. ration. Part. 2. p. 219): „Si quis in ignem et carbones ardentes inspuit, ardorem et taediosam siccidatem faucium inde acquirere creditur. Quodsi vero in aquam frigidam inspuit, promptissimum auxilium contra ejusmodi ardorem et siccitatem habere dicitur." — Pro *Philtris* salivam inservire docuit adhuc FRID. HOFFMANNUS (dissert. citandis)! Ex SUETONIO adducit QUERCETANUS (diaet. polyhistor. sect. I. cap. 5. p. 42) Vitellii Imperatoris patrem scorti vilissimi salivam cum melle sibi inunxisse, ad gratiam ejusdem aucupandam. — Despuitione quoque repercuti morbos et quidem *fascinationes*, crediderunt veteres; hinc PLINIUS (op. c. Lib. XXVIII. cap. 4. p. 495) scribit; „Despuimus comitiales morbos, h. e. contagia regerimus: simili modo et fascinationem repercutimus." Inde etiam putat H. MERCURIALIS (med. pract. Lib. I. cap. 26. fol. 120) consuetudinem emanasse, ut, ubi quis audit epilepsiam nominari, statim exspuat. Prolixius de hac materia agit G. W. WEDEL (misc. acad. nat. curios. dec. II. an. 6. obs. 213. p. 426. item Exercitat. medic. philo-

nonnullorum vehiculum [12]), morbi non unius auxilium [13]), multarumque aegritudinum signum.

3. Unde magnus vir [14]) docuit: „cujusve fere Semiotica.

log. dec. 4. Exercitat. 8) sub titulo *de morbo imputato*. De recens nato asphyctico, per inspuitionem in faciem excitato refert J. Schenk (obs. med. Lib. IV. fol. 587). — Puellam quandam *veneno nutritam*, tanquam rem venenatam halitu et amplexu alios venenasse, immo hujus puellae ope Reges Persarum alios interimisse, ex Ruffo et Avicenna recenset H. Mercurialis (de morbis venenos. et venen. cap. 9).

12) Certe rabiei caninae, verisimiliter morborum acutorum (Baglivius de salivae natur. in tract. de febr. motrice) ut pestis (J. G. Böttcher tract. de peste cap. 1. p. 12. — J. Bohn, de officio med. duplic. P. I. cap. 16. p. 325), typhi etc.

13) Canes vulneratos linguâ, salivali madore imbutâ, vulnera lambere videmus, subsequente eorum consolidatione. Lateretne simul processus electricus? Legatur de saliva ut remedio ophthalmiarum — Fr. Hoffmann (diss. citando); impetiginum — Galenus (de simplic. medicam. facultat. Lib. X); clavorum et verrucarum — F. Plater (prax. med. T. III. p. 330) Blancard (institut. med. P. III. c. 12. opp. med. T. I. p. 374); haemorrhoidum — Verduc (pathiolog. chirurg. T. 2. cap. 42. p. 1070), G. W. Wedel (miscell. acad. nat. curios. dec. II. ann. 1. obs. 2. ann. 6. obs. 213); *podagrae* — Franc. Sylvius (prax. med. Lib. I. cap. 30. fol. 186), Riedlin (linear. med. aun. 1700. mens. Januar. obs. 18. p. 68) etc.

14) Fr. Hoffmann diss. de necessaria salivae inspectione ad conservandam et instaurandam sanitatem. Halae 1698. Et opp. omn. Supplement. II. p. 300.

fere morbi statum facilius et certius innotescere ex inspectione salivae, quam ex urinae et sanguinis venae sectione emissi.“ Jam alter [15]) edixerat: „qualis saliva talis chylus, talis etiam sanguis.“ Haecque omnia ad mentem Hippocratis [16]), Celsi [17]), aliorumque [18]). Desumi autem solent prognostica ex salivae et sputi *copia* aucta, imminuta, et *qualitate*, quae consistit in *colore*, *odore*, *consistentia* et *sapore*. Ratione *coloris* est sputum vel album, vel flavum, vel rubrum, vel nigrum, vel mixtum; ratione *odoris* est vel sine odore seu purum, vel foetidum, et ratione *saporis* est vel insipidum, uti in statu naturali, vel salsum, acre, austerum, acidum, amarum, dulce vel purulentum. Peti etiam solent haec signa a *consistentia* cujus ratione saliva seu

15) Baglivius opp. omnia Antwerp. 1715. diss. de experimentis circa salivam, ejusdemque natura, usu et morbis. p. 426. et de fibra motrice. cap. 16. p. 393.

16) De diebus judic. num. 2 et 8. De glandulis. In aphorismis, Praesagiis, Coacis. De humoribus; de humidorum usu et reliquis. Ex quibus tractatibus omnia ad salivam et sputum pertinentia collegerunt Honoratius Bicarssius (manual. med. p. 272) et Bernh. Valentin (medicin. nov. antiq. P. III. cap. 4. p. 150).

17) De medicina Lib. II. cap. 2 et 6.

18) H. Mercurialis de excrement. Lib. III. cap. 3. — J. Johnston syntagm. med. Lib. II. tit. 2. cap. 3. art. 4. p. 243. — Prosper Alpinus de praesagienda vita et morte aegrotantium. Lib. 4. cap. 9. p. 316.

seu sputum est vel tenue seu liquidum, vel spumosum, vel crassum seu viscidum, lentum seu glutinosum. Denique etiam a *modo spuendi* desumuntur; rejicitur enim sputum vel cito et facile, aut tarde et difficulter [19]).

§. XII.

Literatura. Ordo rerum.

1. Ut optimos inter plures [1]), de morbis systematis salivalis scriptores designamus A. Nuck [2]), Literatura.

19) Gurisch sive Schurigius op. citando. p. 122. — Fr. A. Weber diss. de signis ex sputo. Gott. 1774. — Ch. G. Gruner semiot. §. 536 sq.

1) J. Seidelius diss. de saliva, sputo et muco. Gryphisw. 1588. — C. Rayer diss. de salivae natura et vitiis. Argent. 1667. — J. Maurt. Hoffmann diss. de primaevae salutis unda nunc mortalitatis avarae salivae natura, usu et effectibus, notionibus ac proprietatibus. Altorf. 1676. — Jer. Lossius Rp. G. Heydenreich disp. de salivae natura et usu. Witteb. 1627. — Hoeger diss. de salivae statu morboso. Basil. 1690. — N. Eglingerus de saliva. Basil. 1695. — J. Lanzoni exercitationes de saliva humana ejusque natura, usu, et proprietatibus. Ferrar. 1702. et opp. omn. Lausann. 1738. — Duverney *observations sur la salive. Acad. des sciences de Paris. T. II.* p. 23. — J. S. Henninger diss. de saliva. Argent. 1705. altera ibid. 1707. — Th. Zwinger diss. de saliva sana et morbosa. Basil. 1710. — Th. Schwenke diss. de saliva. Lugd. Bat. 1715. — D. H. Dünwaldt diss. de admiranda salivae humanae vi in sanitatis conservatione et morborum curatione. Erford. 1716. — J. A. Fischer sialographia medica, utrum saliva sit excre-

Nuck [2]), Fr. Hoffmann [3]), M. Schurigius [4]) et J. B. Siebold [5]).

Ordo noster.

2. Clarissimorum virorum vestigia legemus, praeter mendam plus *effectibus*, vitiis videlicet salivae, quam *caussis*, morbis nimirum organorum salivalium tribuendi. De his itaque primum.

Caput

mentum, nec ne. Erf. 1726. — J. Swart diss. de saliva. Lugd. Bat. 1731. — G. de Papa de praecipuis humoribus, qui in corpore reperiuntur exercitatio. Florentiae 1733. Lugd. Bat. 1736. — B. Zieglerus de saliva. Lugd. Bat. 1738. — J. Oosterdyckschacht diss. de saliva. Traj. ad Rhen. 1741. — N. Fr. W. Praetorius diss. de saliva. Lugd. Bat. 1742. — R. Brocklesby de saliva sana et morbosa. Lugd. Bat. 1745. — Stock diss. de statu salivalium humorum naturali et praeternaturali. Jen. 1755. — C. L. Scheffleraus (A. Boehmer) de natura et morbis salivae, ejusque necessaria excretione rite promovenda. Hal. 1765. — A. van Riebeck diss. de saliva, Lugd. Bat. 1767. — L. Degagr quaestio de natura et usu salivae. Monsp. 1784. — J. J. Plenk Hygrologia corp. hum. sive doctrina chemico-med. de humoribus in c. h. contentis. Viennae 1794. Vers. cum notis Hermbstaedt. Berol. 1796.

2) De ductu salivali novo, saliva, ductibus oculorum aquosis etc. Lugd. Bat. 1685.

3) De saliva humana et ejus morbis. Hal. 1694.

4) Salivae humanae consideratio physico-medico-forensis, qua ejus natura et usus insimulque morsus brutorum et hominis etc. perpenduntur. Dresd. 1723.

5) Historia systematis salivalis physiologice et pathologice considerati, accedunt ex eadem ducta corollaria chirurgica. Cum II. Tab. aeneis. Jenae 1797.

Caput IV.

De morbis parotidum, earum glandulae accessoriae et ductus stenoniani.

§. XIII.

Argumentum generatim.

1. Morbos parotidum speciatim illustrarunt Fasch [1]) et potissimum Murat [2]). Literatura.

2. Spectant huc, praeter *vulnera* [3]): *parotidum tumor in febribus, exanthematibus morbisque cavitatum oris, — angina* et dicta *parotidea, — aliae parotitides — earum effectus suppuratio* et *induratio, — tumores chronici — concretiones calculosae, obliterationes.* Limites.

 3. Prae-

1) Diss. sistens parotides physiologice et pathologice consideratas. Jen. 1683.

2) *La glande parotide sous ces rapports anatomiques, physiologiques et pathologiques. Dissertation. Paris* 1802. Cfr. *Journal général de médecine T.* 15. p. 464. *Medicin. chirurg. Zeitung* 1811. *B.* 1. p. 381. et *Dictionaire des sciences médicales T.* 39. p. 357—391.

3) Memorabile hoc chirurgiae argumentum maxime dilucidarunt Amer. Paré *oeuvres Livr.* 10. *chap.* 26. — Boyer *traité des maladies chirurgicales T.* 6. p. 237. — Murat l. c. — Garnier in *Journal de médecine* 1807. *Octobre.* — Percy *Bulletin de la faculté de médecine* 1811. *No.* 3.

Monitum. 3. Praemittendum, veteres dixisse *parotides* [4]), non ipsas glandulas, sed quot quot sub auribus vel post eas obvenire solent tumores [5]), inprimis generis inflammatorii [6]). Celsus vocem graecam latinâ civitate donavit, qua adhuc fruitur.

§. XIV.

Parotidum tumores in febribus, exanthematibus et morbis cavitatum oris.

In peste. 1. *Parotidis*, ut *pestis* symptomatis, jam meminimus [1]). Sunt qui ejusmodi tumoris sedem non in parotidibus sed in vasis lymphaticis propinquis quaerant [2]). Sed et ipa glandula parotis sua agnoscit vasa lymphatica, forte hìc *bubonem facialem* referentia.

In febr. aliis, exanthem. etc. 2. De *parotide* in *febre nervosa* [3]), *typho* [4]) et

4) A Παρὰ prope, et οὖς, genitiv. ὠτὸς, auris.

5) Hoc argumentum doctissime pertractavit Fasch l. c. §. 1—6.

6) Galenus lib. III. De comp. med. cap. 3.

1) Editionis secundae P. I. Vol. II. sect. I. cap. I. §. III. 1. §. VI. 6. §. VII. 7.

2) „Samoilowitz *a observé, que lorsque les tumeurs se manifestent vers les parotides, c'étoit toujours au-dessous et jamais sur les glandes elles mêmes. Ne pourrait-on pas conclure de ce fait et du siège ordinaire des bubons pestilentiels, que ce sont les glandes lymphatiques du cou qui sont affectées dans la peste, et non pas la parotide?*“ Murat l. c. p. 370.

3) Editionis secundae P. I. Vol. I. sect. II. cap. V. § XXXI. 3.

4) P. I. Vol. II. sect. II. cap. I. §. II. 4.

et *scarlatina* [5]), diximus dixeruntque alii *). Suspicamur illius adventum, si aegroti, capitis gravitate, stupore et oris siccitate laborantes, in alterutro faciei latere, inprimis circa aurem (dolore acuto excruciatam), peculiarem exhibeant rubōrem. Et revera evolutio tumoris retro aurem incipit, et a collo super universam faciem lateris affecti extenditur, aliquando ita ut oris apertura, deglutitio, respiratio, et palpebrarum motus inde impediantur. Plurimi simul de colli et scapularum doloribus conqueruntur [6]). Sedes mali in cellulosa parotidem ambiente quaeri solet; interea et glandula ipsa affecta videtur [7]).

Cur

5) P. I. Vol. III. sect. I. cap. I. §. II. 3.

*) O. Valentini *discorso medico-chirurgico intorno alle parotidi che vengono nel corsò delle febbri acute. Perugia* 1736. — A. Mariotti *dei parotidi ne' mali acuti. Perugia* 1785. — Rivolti diss. de parotide. Viennae 1782. vid. Eyerel collect. diss. Stollii Vol. 3. — Maurichéau-Beauchamp *dissertation des parotides dans les maladies aiguës. Montpellier* 1803. — J. M. Scavini *recherches pathologiques sur les gonflemens de la parotide dans les maladies fébriles. Turin* 1808. — Autenrieth diss. de natura parotidum malignarum in morbis acutis. Tub. 1809.

6) „Rami ex secundo cervicali ad parotidem ascendunt: hinc accidit, ut in hujus glandulae inflammatione collum tam longe deorsum ad claviculam usque doleat.“ Siebold l. c. p. 130.

7) „Bichat *a observé sur un homme mort au bout de quinze jours d'une fièvre adynamique, que la tumeur,*

Cur parotides in morbis supra allatis nunc sint rarae, nunc familiares [8]), tam ex peculiare genio epidemiae, quam ex diversa methodo curandi, inprimis ex abusu calomel *) et vesicantium ad nucham [9]) explicandum est. *Prognosis* non a parotide sed a morbo primario repetenda. Generatim tamen parotides pro symptomate suspecto haberi queunt [10]). Raro sunt criticae [11]); interdum

dans ce cas, était plus étendue que la parotide: la peau s'usait, le tissu cellulaire était engorgé, rouge, infiltré de pus, et cette glande salivaire un peu rougeâtre. Mes recherches sur le siège de ces engorgemens ne sont pas entièrement conformes à l'opinion généralement reçue, et au fait énoncé par ce célèbre médecin. J'ai eu occasion de disséquer un certain nombre de tumeurs de la parotide. J'ai toujours vû que l'engorgement ne se bornait pas au tissu cellulaire sous-cutané, comme on le croit ordinairement, mais que l'altération se propageait jusque dans le tissu propre de cette glande, que ce tissu plus ou moins rouge étoit infiltré de pus. Je n'ai jamais trouvé de foyer particulier." Murat l. c. p. 370.

8) Sic in febre quadam Parisiis ab anno 1794 ad annum 1795 grassante (Pinel *nosographie philosophique T. I.* p. 77).

*) P. I. Vol. II. sect. II. cap. I. §. VIII. no. 9.

9) In typho non solum, sed et in ophthalmiis pluries observavi parotides illico post applicationem vesicatoriorum ad nucham obortas fuisse. Quam ultimam observationem et in femina Novocomi die 30. Maii 1827. confirmatam habui.

10) Sententia est Riverii (institut. med. Lib. III. sect.

dum tamen salutares, inprimis si facile in suppurationem transeant [12]). Displicent maxime parotides simul utrinque, evolutae, aut saltem sibi rapide succedentes. Item parotides voluminosae quatenus vasa sanguinea et tracheam comprimunt. *Cura* jam alibi tradita est [13]).

3. Capitibus de *dentitione prima laboriosa,* deque *secunda impedita;* de *odontalgia* inprimis *rheumatica;* et de *linguae cancro* et *inflammatione*, *parotidum* morborum cavitatum oris *symptomaticarum* quaestio fiet. Notandum eas plerumque a copioso salivae fluxu annuntiari, saepeque ptyalismum socium habere [14]). In morb. oris etc.

§. XV.

3. p. 106) et Foresti (observ. Lib. XII. obs. 16. schol.).

11) Rhodius observ. medic. Patavii 1657. Cent. I. obs. 81.

12) „Parotides in acutis, suppurationis expertes funestae." Hippocratis Coac. Praenot. Lib. II. — Addit Riverius (l. c.) nisi haemorrhagia aut diarrhoea superveniant.

13) P. I. Vol. I. sect. II. cap. V. §. XXXI. 28.

14) Cur idem in parotidibus sub curriculo febrium malignarum evolutarum rarius sin unquam contingit? Propter torporem forte nervorum? „Si ligatura injiciatur in nervum ad glandulam tendentem, aut transversum dissecetur nervus, non tamen ideo secretionem cessare observavimus, *sed tardiorem solummodo et magis lentam procedere.*" Nuck l. c. p. 23.

§. XV.

Angina parotidea.

Notio. 1. Tumor sat magnus, durus ac dolens, ad glandulas parotides (aliasve ejusdem generis) repente cum febre (notas rheumaticas exhibente), praecipue in juvenibus, non sine masticationis et plerumque deglutitionis difficultatibus evolutus, *anginam parotideam seu externam* constituit [1]).

Literatura. 2. Hujus morbi, HIPPOCRATI [2]) non ignoti, doctrina ex observationibus prodit nostris [3]) comparatis cum illis GASPARI [4]), TARGIONI TOZZETTI [5])

1) *Synonym.* Catarrhus Bellinsulanus SAUVAGESII. — Angina maxillaris CULLENII. — Sialadenitis psyctica, HILDENBRANDII. — Empresma parotidis, MASON GOOD. — ITAL. *Orecchioni, gotoni, gotazze;* GALL. *Oreillons, ourles.* ANGL. *Mumps, branks.* GERM. *Bauerwetzel, Tölpel.*

2) Epidemic. Lib. I. ait: „quod in Thaso sub Plejadibus, cum aquae multae, austro plerumque flante, decidissent, tubercula circa aures multis, circum alteram erant, quibusdam parum incalescebant, omnibus sine suppuratione: tuberculorum figura magna et laxa. Fiebant autem haec junioribus aetate vigentibus, mulieribus vero paucis. Tusses interea siccae, voces raucae, et, paulo post, inflammationes cum dolore in testiculum alterum, quibusdam in utrumque."

3) Anginae parotideae epidemias observavi *Ticini* 1792 et *Viennae* 1804. Ibi ipse una cum fratre multisque commilitonibus ea laboravi. Vilnae quidem annua constitutio pluries cynanchae parotideae favebat, sed veram ejus *epidemiam* non vidi.

4) Observation. Venet. 1731. (citatur a CULLENIO in ejus nosologia).

zetti [5]), Th. Laghi [6]), R. Russel [7]), Rochard [8]), B. Gooch [9]), Lieutaud [10]), Ch. G. Ludwig [11]), Louis [12]), Cozerez [*]), Mangor [13]), R. A. Vogel [14]), R. Hamilton [15]), Burserii [16]), J. Panzani [17]), J. Penada [18]), J. P. Frank [19]), V. ab

5) *Prima raccolta d'osservazioni mediche.* p. 176.

6) Historia epidemicae constitutionis, in qua parotides seroso glutine tumentes reddebantur, cum peculiaribus symptomatibus, quaeque constitutio ineunte anno 1753. Bononiae contigit. Commentaria Bonon. T. V. P. I. p. 117.

7) Oeconomia naturae in morbis acutis et chronicis glandularum. Lond. 1755.

8) *Maladie particulière des glandes, endémique à Belle-Isle en mer. Journal de médecine.* 1757. p. 379.

9) *Cases and practical remarks in surgery. Lond.* 1758.

10) Synop. univers. prax. med. Lib. II. sect. 2. p. 300. edit. Patavin. 1777.

11) Adversaria medico practica. Vol. III. p. 543.

12) *Encyclopédie. Articl. Oreillons.*

*) *Histoire et mémoires de l'académie des sciences de Toulouse T. I.*

13) Act. soc. med. Hafniensis Vol. II.

14) Praelectiones de cognoscendis et curandis praecipuis corp. hum. affectibus. §. 192.

15) *Von der mit einer Geschwulst der an der untern Kinnlade gelegenen Speicheldrüsen verknüpften Halsentzündung.* Ex *transactions of the R. society of Edinburgh* §. 2. et *London medical journal. Vol.* 9. *P.* 2. p. 190. in *Samml. auserl. Abhandl. für pr. Aerzte B.* 14. §. 1. p. 34.

16) Institut. med. pract. Vol. III. cap. XV.

17) *Beschreibung der Krankheiten, welche im Jahr* 1786 *in Istrien geherrscht haben. A. d. Ital. Lübben* 1801.

V. AB HILDENBRAND [20]) aliorumque [21]). Fuit illa quoque argumentum quarundam *dissertationum inauguralium* [22]).

Symptomata.

3. Invadit morbus sensu aegritudinis, membrorum lassitudine, artuum languore eorumque haud raro, dolore. Accedunt, horis praecipue vespertinis, horripilationes intercurrente calore vago. Nox sequitur inquieta. Ocyus serius aeger rigidi-

18) *Saggio d'osservazioni e memorie sopra alcuni casi singolari. Padova* 1793.

19) Epitom. de curand. hom. morb. T. II. p. 108.

20) Institut. practico medicae T. III. p. 128.

21) QUANDT in HUFELAND's *Journ. der pr. Heilk. B.* 5. *St.* 2. p. 180. — SCHAEFFER ibid. *B.* 8. *St.* 2. p. 61. — WARNEKROS ibid. *B.* 50. *St.* 3. p. 104. — DES GENETTES in *Journal de médec. continué.* 1810. *Dec.* p. 446. — GROFFIER in *annales de la société de méd. pratique de Montpellier T.* 8. *No.* 1. — NOBLE *History of an epidemic cynanche parotidea in medical and surgical journ. Vol.* 4. — RUST *Magazin für die gesammte Heilkunde B.* 20. p. 570. — DRÜFFEL in HORN's *Archiv für med. Erfahr. Jahrg.* 1827. p. 1023. — A. HAMERSLEY in *New-York medical repository. July* 1822. p. 413. — VALENTIN in *journ. général de méd. T.* 43. p. 109. *Janvier* 1822. — WIEDEMANN in RUST's *Magazin für die gesammte Heilk. B.* 17. *St.* 1. p. 137.

22) JACOBI diss. de angina parotidea. Gotting. 1796. — HOPFF diss. de angina parotidea. Gotting. 1799. — BRENNECKE diss. anginae parotideae descriptio pathologico-therapeutica. Helmst. 1801. — PICKEL diss. de angina parotidea. Wurceb. 1801.

rigiditatem subsequente dolore tensivo ad articulationem maxillae, lateris plerumque sinistri, percipit, eius motum hincque masticationem impedientem. Parum post simile malum et in parte opposita, raro simul utrinque, persentitur [23]). Inspectis locis dolentibus, tumor in glandularum parotidum ambitu observatur, isque renitens, modo sat planus, modo evidenter eminens, ac plerumque cuti concolor. Quo tumore evoluto, pristina redit alacritas. Sudor universalis proxima nocte manaturus, et illum dissipat. — Aliàs autem evoluto tumore febris magis magisque accenditur, tumorque ipse usque ad oculos (quorum motus interdum dolorificus [24])) extensus, efficit, ut aegri vultus amplius cognosci nequeat. Partes affectae praeterea rubore superficiali, interdum livore et oedemate notatae apparent. Nec rarum est glandulas tam maxillares quam colli [25]), simili

23) „Rarius utrasque malas simul obsidet tumor, saepius alteram primum, deinceps transfertur ad alteram.“ Laohi l. c.

24) Symptoma hoc sat constans, non nisi a Schaeffer (l. c.) notatum inveni („*dabei schmerzen bei den meisten die Augen, ohne entzündet zu seyn, wenn sie sie bewegen.*“)

25) „Tumor tactui nonnihil renitens, . . . tensivum dolorem movens, maxillares glandulas, atque in nonnullis *glandulas colli* attingens, sicuti in aliis tonsillas, quo praeterea mandendi, aut deglutiendi potestas imminuitur.“ Laohi l. c. (Ego autem hoc in morbo

simili ac parotides modo laborare, quo in casu tumor juguli illum facici aemulatur. Nihilominus aegrotus praeter denegatam omnino masticationem et impeditam plus minusve deglutitionem, nec non auris interdum cruciatum [26]), non multum

nunquam os ita aperire potui, ut tonsillae cerni potuissent!)

26) Symptoma hoc mihi aliquoties visum, peculiari modo in morbo condiscipuli, praematura eheu morte in patria abrepti, urgebat, uti sequens a Patre meo Ticini conscripta historia docet. „Die 15. Maji 1792. doctor Schmuck Heidelbergensis, auditor meus, viginti annorum, tumore et dolore corripitur ad parotides. Die 16. versus meridiem, aucto tumore, dolore, frigus moderatum per dimidiam horam, dein calor, ad vesperas *dolor acutus in aure sinistra*. Die 17. vocor ad aegrotum. Tumet utraque glandula maxillaris et parotis sat multum, dolor a compressione moderatur, rubor aliquis; dolor auris sinistrae, febris sat fortis, pulsus duri, frequentes, pleni. Fiat venae sectio ad libram; auri apponantur fomenta mollientia. Ad meridiem idem ac heri frigus, augetur dein calor, masticatio dolens; auris nunc dolor ad dextram magnus transit. Pulsus ad vesperas duri, pleni, fortes. Sanguis sine crusta fuit. Mittantur denuo unciae novem; auri applicetur denuo fomentatio. Detur, ob alvum clausam, clyster; bibatur limonada. Auri immittatur lac tepidum. Die 18. Dolor, febris moderata, pulsus minus frequentes, minusve duri; sed tumor magnus, mollescens, parum dolens. Ad vesperas tamen et collum dolet, et versus oculos dolor extenditur: pulsus molliores, mador aliquis. Die 19. mane febris minor, sudor aliquis, dolor nullus, sed masti-

tum patitur. Immo, morbo circa quartum diem ad acmen perducto, cuncta mala, apparentibus aut sudore copioso, aut urina cum sedimento, aut alvi repetita evacuatione, aut ptyalismo *), aut epistaxi larga, aut plurimis ex istis simul, sensim sensimque decrescunt, ac septimo die omnino evanescunt. — Quod nisi contingat, nova aerumnarum caterva expectanda est. Praevio enim horrore, febris plus quam unquam invalescit; ac, tumore parotidum, modo concidente, modo perstante [27]), *mares* funiculi spermatici et

catio adhuc impedita. Ad vesperas fere eadem. Die 20. febris minor ac heri, tumor fere idem, levis sudor. Die 21. Eadem, aliquid puriforme ex auro dextra fluit. Tumor videtur quidquam immiuui; pulsus minus febrilis, masticatio quidquam facilior. Die 22. scholam iterum frequentavii, licet facies non esset integre a tumore liberata, ac die 23. Maii masticatio adhuc esset impedita, nec non puriformis ex aure flueret materia."

*) Jam Steno (de glandulis oris §. 24) adnotavit, quod tumores genarum, ut et glandularum auriculas circum jacentium et glandularum colli indolentes a frigore autumnali vel etiam veruo excitati, et paucas intra horas in immanem molem excreacentes nonnunquam *multa sputitione* sublati fuerint.

27) „Novi ex chirurgi Pedemontani relatione, die Junii undecima 1785. mihi facta, hanc eynanchen cum testiculi tumore *insimul* et eodem tempore invasisse, quin venerea causa lateret, aut parotidis tumor disparuisset." Ex schedis Patris. — Ac re quidem vera, in epidemia Vindobonensi anni 1804. plures juvenes uno

et maxime scroti, nunc totius nunc dimidii alterutri lateris [28]) tumore, rubore et dolore (aliquando cum ardore urinae [29])) afficiuntur; *feminae*, doloribus lumborum, pubis, mammarum [30]) et inguinum [31]), cum intempestivo catameniorum fluxu, aut vaginae pruritu, excruciantur; vel *ambo* tussi aut dolore, epigastrii, sociis tensione, et vomitu, tentantur. Quae quidem mala, nunc pristina redeunte parotidum affectione, nunc ingruentibus tandem supra allatis evacuationibus, circa septimum, decimum vel decimum quartum diem

eodemque tempore cynanche parotidea et affectione testiculorum laborabant, quid quod nonnulli, hac solum detinebantur. Huc verisimiliter *febris testicularis* de qua MORTON (opp. T. II. p. 40) scribit, spectat.

28) „Ex eodem latere, quo parotis tumeret, testiculum tumefieri, observavit ROCHARD (l. c.); sed contrarium factum esse in juvene medico Smyrnensi, auditore meo, observavi.“ Ex schedis Patris mei. — Laborabat parotis dextra, et dein testiculus sinister.

29) Observavi saltem ante urinae evacuationem criticam, in viro angina parotidea primum, dein tumore testiculi laborante.

30) Nunquam in *mammis* feminarum, sub cynanches parotideae curriculo, tumores vidit HAMILTON (l. c.); ast in epidemia a COZEREZ (l. c.) descripta id peculiare erat, quod in sexu virili, testiculus, in feminis *mamma*, et illius quidem lateris, quo ad collum affectio disparuerat, tumore afficiebantur.

31) Ad *inguina* in feminis metastasin contigisse observat BOTONIUS apud BURSERIUM (l. c.). Simile a. 1816. Vilnae vidi exemplum.

diem etiam pedetentim evanescere solent; aut interdum derepente fugatâ, capitis saevum dolorem, delirium, convulsiones, ipsamque mortem [32]) post se trahunt.

4. Morbo descripto inprimis obnoxii sunt mares *) ab absoluta pubertate usque ad trigesimum vitae annum. En cur potissimum in doctrinarum universitatibus domibusque educationi tironum militum generosioris stirpis, adolescentium aulicorum etc. dicatis obvenire soleat. Interea nec feminis, nec infantibus nec senibus omnino parcet. Hi solum rarius, quam mediae aetatis homines, ad partes genitales laborant [33]). Delectatur morbus maxime tempore vernali et autumnali. Ibi, jam praecedente hieme peculiaris ad morbos glandularum dispositio observata est [34]). Noxis praeterea adnumerari debent nebu- Causae.

ae

32) Casus lethales narrantur a Russel et Hamilton (ll. cc.). — Burserius (l. c.) de epidemia Laghii, quatenus funeribus destituta loquendo, prudenter hino addit: „Nolim tamen, quis plus aequo sibi confidat, et temere aspernetur ejus benignitatem; quum fieri aliquando possit lethalis ad pulmones, aut cerebrum metastasis."

*) Inter 80 aegros *una* dumtaxat femina erat apud Hamersley l. c.

33) Impuberes et senes plane immunes esse docuit Laghi l. c.

34) „Mense Martio 1792. hic Ticini frequens inter infantes fuit hic parotidum tumor, nec adulti eodem liberi manebant. Jam vero initio praeterlapsae hiemis morbi

lae densae, pluviae diuturnae, aer nocturnus inclusus (puta carcerum *)) et frigus aestuante corpore susceptum. Sunt loca humida ubi morbus noster veluti endemicus observatur [35]). De contagio vix suspicio [36]).

Diagnosis. 5. Aliter sentientes *scarlatinam* nostro cum morbo confundunt, quod praeterea ex declaratione, eum saepe in desquamationem et anasarcâ transire atque *quid exanthematici* habere abunde elucet [37]). Immo scarlatinae maxime tribuendum videtur,

frequenter ad glandulosum systema ruebant, ac plura erysipelata, thyreoideae tumores observabantur." Ex schedis Patris.

*) Hamersley l. c. 35) Rochard l. c.

36) Laghius tamen putaverat epidemiam quam descripserat ex Africa, ubi pestilens morbus grassatus erat, ventorum flatu ad nos perlatam fuisse. Quod si verum esset, vires sano contagii eundo valdopere decrevissent!

37) Apud Burserium (l. c. §. 361. not.) sequens epistola legitur Doctoris Josephi Pratolongo, Genuae quondam summa cum laude praxin exercentis quemque octuagenarium adhuc novi, ac ut patria mei amicum, etsi puer, veneratus sum. „*L'unica malattia, che possa dirsi presentemente epidemica in questa città, è quella . . . degli orecchioni. In qualcheduno oltre le parotidi si sono gonfiate enormemente le parti genitali con febbre considerabile, ed in qualche altro ho veduto al gonfiore delle parotide sopravenire un anasarca in tutto simile a quella, che qualche volta sopravviene alla scarlatina . . . Crede VS. Illma, che questa malattia possa annoverarsi tra le febbri erut-*

videtur, quod illi *anginae* nomen impositum fuerit; per se enim angina sic dicta parotidea nonnisi fortuito deglutiendi difficultate stipatur, tumore videlicet parotidum aut valde extenso, aut eo glandularum submaxillarium rupto [38]). — Quomodo itaque morbus rectius definiendus? — *Pro febre rheumatica partes systema glandularum conglomeratarum efformantes vicissim tentante*[39]*; hìcque phlogosin erysipelaceam excitante.* Morbus hic probe distinguendus est a *scarlatina* (junioribus addictâ, faucibus infensâ, contagiosâ) a *fe-*

tive?" Epistola ejusmodi praeter quam quod suspicionem movet, genitalium tumorem de quo agitur nihil aliud quam *oedema scroti* fuisse, testatur quoque vim scarlatinae in parotides jam diu constare. Ex eo autem quod scarlatina saepe cum angina parotidea confusa est, neutiquam cum Warnakrosa (l. c.) concluderem, genuinam quoque anginam parotideam esse scarlatinae progeniem.

38) Ex epitome (l. c.) elucet, patrem meum morbum de quo agitur *cynanchem externam* salutasse. Verum in schedis suis historiam aegroti narrando, qui angina parotidea laboravit et nunquam de faucium dolore, aut deglutiendi difficultate conquestus est, concludit: „hano morbi speciem *per accidens* cynanchem producere."

39) Convenio itaque quoad rem cum Hildenbrand (l. c.), ubi ait: „Parotitis psyctica nascitur ex iisdem prophasibus, quas rheumati producendo idoneas esse abunde comperimus" . . Et: „initium a doloribus vagis, ac niaus eminens in metaschematismos conspicuam cum rheumate analogiam demonstrat."

a *febribus pestilentialibus* [40]) (gravissimis plerumque symptomatibus ingruentibus, tardius parotidum tumoris insignitis praeterque modum contagiosis) et a *fluxione* (e gena emanante tumore nec duro nec circumscripto notata). Debet praeterea angina parotidea dividi in *simplicem* et *complicatam. Simplex* est, ubi mitissime decurrit; *inflammatoria*, ubi in plethoricis cum pulsu pleno duro ac phlogoseos notis evolvitur. *Gastrica* tunc solum admittetur *complicatio*, ubi absentia tensionis et doloris epigastrii, nec non cephaleae et delirii testantur turbas primarum viarum, maxime vomitum, non ex affectione pancreatis aut cerebri pullulare. Quae praeterea affectio (forte et illa plexus coeliaci), in dijudicanda *complicatione nervosa* prae oculis esto. Item symptomata nervea accidentalia [41]).

6. *Progno-*

40) „*Der dirigirende Arzt, welcher damals über die zu Ostrowa gleichzeitig mit der Pest grassirenden Ohrendrüsengeschwülste noch keine Aufklärung hatte, schlug vor: die von den Aerzten bisher für unbedeutend gehaltene rheumatische Geschwülste mit der grössten Aufmerksamkeit zu behandeln, die Kranken von den Gesunden abzusondern.*“ Pfisterer *Geschichte des Pestausbruches zu Ostrowa.* Vid. *Beobacht. und Abhandl. von Oesterreichischen Aerzten B.* 2. p. 233.

41) Febrem anginae parotideae comitem interdum characterem nervosum seu malignum induere posse ex morbi curriculo apparet. Ipse epitomes de cur. homn. morb. auctor, sententiam tumores parotidum in cy-

6. *Prognosis*, quoad periculum, ex dictis Prognosis.

 erui-

nanche externa *sine malignitatis suspicione* obvenire, aeheda adjecta temperavit, scribens: „Interdum tamen aliqua malignitas hic subest, talisque interdum fuit illa, quam HAMILTON describit.“ Interea sub anginae parotideae etsi inflammatoriae curriculo *fortuito turbae nervorum* obvenire posse, ipsa morbi, quem perpessus sum, historia testatur. Hanc praeterea utpote a patre conscriptam, atque novum testimonium ejus erga filium curae largientem, in medium afferam. „Die 28. mensis Martii 1792. filius natu major, bene valens, ad noctem, corpore quidquam integumentis privato evigilavit, et dolorem in sinistra et inferiori mandibulae parte, et sub deglutitione observat. Die 29. tumor illinc, attactu quidquam non valdopere dolens, ac levis rubor se prodit. Febris etiam aliqua in pulsu frequenti, quidquam pleno, maxime vero ad noctem in horripilationibus, calori intermixtis, ac in levi capitis dolore, faciei quodam rubore comparet. Die 30. ut praecedenti aerem adhuc liberiorem frequentat; sed ad vesperam, augente tumore ad glandulam maxillarem ac tensione, sub non magno deglutitionis obstaculo, febre tamen manifesta, pulsuque pleno, frequenti lectum petit, uncinamque salis amari assumsit. Alvus inde semel mota. Die 31. pulsus plenior, subdurus, capitis moderatus dolor, ac rubor faciei observantur. Nunc ad dextram quoque glandulam maxillarem aliquis dolor, vix tumor sine rubore conspicuo. Venae sectionem ad uncias decem praescribo, cum haustu salino, nitri drachma una et roob sambuci. Linimentum volatile tumori illinitum, eo quod ardorem inducat, ab aegrotante rejicitur, mox tamen iterum apponitur. Bibitur infusum sambuci.

eruitur. Sunt qui de suffocatione testentur *), idque

Sangnis sine corio observatur. Post meridiem nausea, brevi tamen disparens, sudor multus. Ad vesperas pulsus pleni, molliores, dolor capitis, fauces non dolent, nec tumor multos dolores infert, sed tamen masticationem impedit. Sequitur vox admodum irrequieta et multa corporis jactatio. Die 1. Aprilis hora quinta matutina somnus ingruit. Hora decima evigilat; mador cutis adest, pulsus molliores, minus frequentes redduntur. Ab hesternis vesperis nec alvum, nec urinam deposuit; dolor capitis nullus, ad tumorem maxillaris glandulae nullus, neque ad fauces. Post meridiem optime se habet: pulsus molles, vix febriles, dolor nullus, mens hilaris, amicorum consortio delectatur. Appetitus tamen nullus. Versus noctem quum alvum post meridiem, urinamque abundanter excrevisset, pulsus quidquam pleniores redduntur, et frequentiores; dolor capitis aliquis, calores horroribus mixti. Hora decima noctis melius se habere persentit; sed nox sequitur inquietissima, jactationes multae, calor, capitis dolor; alvus quater et liquida cum flatibus multis; a potu nauseae urgent. Die 2. mane hora secunda cum dimidia talem adhuc invenio. Pulsus pleni, duri, calor magnus, dolor capitis ad frontem, a motu acutus, rubor faciei, tumor ad maxillam idem, non magnus, nec dolens, respiratio libera, *multae ideae mentem*, sine deliriis tamen, *agitant*. Versus quartam horam cum dimidia venae sectionem praescribo. Vix quinque vel sex unciae sanguinis effluxerant, quum (consuetam aliàs) ac levem *lipothymiam* pateretur, ac pulsus debiliores redderentur, et vomituritio et alvum deponendi stimulus accederet. Post dimidiam horam sopiuntur ista, pulsus iterum

idque praesertim inter infantes **). Mirum *suppurationem*, vel in ipsa angina parotidea inflammatoria raro contingere. Visi tamen sunt *abscessus* tam parotidum [42]), quam glandularum submaxil-

elevantur. Ab hesterna die ad hodiernam sexies alvum liquidam deposuit. Versus horam decimam somnus aliquis, sudor moderatus, vel potius vapor; capitis dolor nullus, pulsus minus plenus nec durus. Die 3. non sudat, fere sine febre est. Nausea quaedam, quam aqua menthae mox moderat. Tumor ad glandulam maxillarem vix ullus, nec dolor. Subsequentibus diebus somnus aegrotanti, ut post alios morbos, multus, et sanitas perfecta sensim rediit."

*) *Erstickung, veranlasst durch angina parotidea* (Rust's *Magazin für die gesammte Heilkunde B. 28. Heft 1.* p. 187).

**) Wiedemann l. c.

42) „*Unter der grossen Anzahl von Patienten, die ich an dieser Krankheit gehabt habe, war nur ein einziger, bei dem sich die Geschwulst in eine Vereiterung endigte. Es geschahe dieses im Jahre 1761 bei einem Soldaten von ohngefähr neunzehn Jahren. Die Geschwulst war auf der linken Seite, und von einer entsetzlichen Grösse, indem sich solche von ohngefähr einem Zoll über den zitzenförmigen Fortsatz des Schlafbeins bis zu der Schulter erstreckte. Man öffnete sie durch einen Einschnitt, durch welchen ohngefähr eine Kanne Eiter herausfloss. Der Sitz des Eiters war blos in dem Zellengewebe, da die Speicheldrüsen selbst von der Vereiterung nichts gelitten hatten. Es sonderten sich aus der grossen Höhlung dieses Abscesses grosse Stücken von dem verdorbenen Zellengewebe ab, worauf sich dann die locker gewordenen Haut-*

maxillarium [43]). Affectio testiculorum aliquando ejus *consumptione* terminatur [44]). Periculum crescit prout morbus in organa nobiliora irruit. Pessima itaque sic dicta *metastasis ad cerebrum.*

Cura. 7. In angina parotidea *simplici* aeger terminum morbi patienter expectet lecto commissus, modice tectus, partibus tumentibus *non* cataplasmatibus, sed linteo duplicato, vel lanâ subtili coopertis, juscula vegetabilia assumens, infusum florum sambuci bibens, clysteribus, si opus sit, alvum movens, silens, et a propiori cum altero sexu

decken bald mit den darunter liegenden Theilen vereinigten, und der Patient in kurzer Zeit hergestellt wurde" Hamilton l. c. p. 50.

43) Schaeffer l. c. p. 60.

44) Hamilton historiam aegri enarrans (l. c. p. 47), ubi parotidum et testiculorum affectionem altera ad cerebrum secuta est, ait: „*Der merkwürdigste Umstand bei diesem Falle war, dass der rechte Hode, der, wie ich bereits erwähnt habe, zweymal so gross als der andere war, und der am ersten gelitten hatte, nachdem die Geschwulst sich in beiden Hoden verzogen, und die Krankheit zu Ende war, nur die Hälfte von seiner natürlichen Grösse hatte. Er nahm auch nach und nach immer mehr ab, bis endlich statt desselben ein leerer Beutel übrig war, der aus den blossen Häuten bestand. Der drüsigte Theil des Hodens ist anjetzt ganz verschwunden, man kann auch den Nebenhoden nicht fühlen. . . . . Ich sahe nach der Zeit noch ein anderes Beyspiel von einer Verzehrung des Hodens, die nach der hier gedachten Krankheit erfolgte.*"

sexu consortio, quo morbi vis maxime ad partes genitales adtrahi videtur, abstinens. Si *complicatio inflammatoria* adfuerit, ea *phlebotomi* una alterave debellanda. *Hirudinibus* nec circa parotides, nec circa mammas nec ad scrotum locus est. In genere a nimia sanguinis aliorumque humorum evacuatione, utpote morbi emanationem extus impediente, et intus determinante, abstinendum [45]). *Complicationem gastricam* parvis *tartari emetici* dosibus, quippe simul saburras eliminantibus et transpirationem promoventibus, aggredimur. In *complicatione nervosa, vinum, radix serpentariae, camphora, carbonas* et *acetas ammoniae*, conduxerunt [46]). Inquietudines et jactationes generis nervosi, *opium*, sub *pulveris Doveri* formâ, compescit [47]). Quo primum autem complicationes fugatae sunt, mox a pharmacis desistendum, „sua enim stadia morbus perficit“ [48]).

8. Prae-

45) „*Die Erfahrung zeigte mir bald . . . dass starke Ausleerungen, durch die man die Geschwulst zu vermindern und die Zertheilung derselben zu befördern suchte, öfterer Schaden als Nutzen anrichteten. Es zeigte sich nehmlich, dass die Versetzungen, welche bei den bösartigen Gattungen dieses Uebels von den Speicheldrüsen nach den Hoden, und von da nach dem Gehirn zu erfolgen pflegen, weit häufiger und gefährlicher sind, wenn man vorher starke und häufige Ausleerungen vorgenommen hat.*“ Hamilton l. c. p. 41.

46) Hamilton l. c. p. 45.

47) Grana duo, tria horâ somni.

48) Burserius l. c. §. 362.

Continuatio argumenti.

8. Praecepta tradita etiam valent ubi morbus in partibus internis saevit. Quod si detumescentibus simul glandulis salivalibus contingeret, istarum regioni mox *linimentum volatile* illiniendum et *vesicatorium* retro aures ponendum. Praeterea partium internarum phlogosi, nisi *phlebotomiis*, saltem *hirudinibus* prospiciendum. Hae pro re nata temporibus, pectori, epigastrio, inguini admoveri possent, quum ejusmodi loca suctioni non obstent, fugaque affectionis localis hìc optetur potius, quam timeatur.

§. XVI.

Parotitides aliae.

Notio.

1. Praeter *parotidem rheumaticam*, seu *anginam parotideam*, duae potissimum adhuc exstant parotidum *phlogoses*, *mercurialis* videlicet et *arthritica*, speciali disquisitione omnino dignae.

Parotitis mercurialis.

2. *Parotitis mercurialis* a SCHENK [1]), ASTRUC [2]), SAUVAGES [3]), OPPERT [4]) aliisque ad *cynanches* seu *anginas* revocata est. Ac re quidem vera majori huc spectat jure quam sic dicta angina parotidea. Hìc etenim fauces non nisi per accidens patiuntur, ibi morbus eos una cum parotidibus detinet. Nosologorum cavillationes effugiemus, effectus mercu-

1) Observat. Lib. VI. obs. angina hydrargyrosi.

2) De morbis venereis Lib. IV. cap. 8.

3) Nosol. method. Morb. Class. III. Gen. XX. 13.

4) *Bemerkungen über die* angina faucium mercurialis, *als Nachkrankheit syphilitischer Uebel. Berlin* 1827.

mercurii in parotides et fauces, loco neutro, capite videlicet de *ptyalismo* illustrando.

3. Observationibus propriis compertum habemus, mares adspectu quidem fortes, re ipsa autem valetudinarios, inter annum aetatis quadragesimum quintum et sexagesimum nunc fugato herpete humido, nunc deficiente solito podagrae insultu, nunc evanido sedimento habituali arenaceo urinae, praevio plerumque corporis aestuantis refrigerio, in magnum incidere frigus febrile, quod a calore urente excipitur, cum siti, inquietudine, dolore capitis et aliquando sopore. Paucas post horas, ecce intolerabilis dolor ad articulationem maxillae et ad aurem, *lateris dextri* — si aeger vitio hepatis chronico laboret; *sinistri* — si affectio diuturna cordis vel vasorum majorum lateat. Mox tumor ad contiguam parotidem evolvitur, durus, socia intumescentia erysipelacea cutis annexae. Malo indies crescente aegroto tandem facultas os et palpebras operiendi denegatur. Ex illo halitus foetens manat. In nonnullis circa quartum morbi diem aut copiosus sudor cum exanthemate veluti miliare (hydroa sudamine), aut regularis podagrae insultus, aut urina cum sedimento copioso lateritio, morbum profligant. In aliis vero perseverante febre auctoque ad summum parotidis tumore, signa suppurationis hîc in conspectum veniunt. Aperto ocyus serius, ad maturitatem perducto *abscessu*, pus multum, tenue, et aliquando foetidum exit, lamel- Parotitis arthritica.

lamellis cellulosae mixtum. Immo et serius ex orificio ulceris, taediosae curationis, integra ejusdem cellulosae frustula emergunt. Sanatio non nisi conspicua relicta cicatrice obtinetur. Morbo descripto nomen *parotitidis arthriticae* imposuimus, nec aptius inveniri posse existimamus. — An ex affectionibus arthriticis parotidum, minoris gradus, *materies calcarea et calculosa*, aliquando istis in glandulis reperta [4])? An inde *peculiaris salivae conditio arenacea*, de qua infra [5]), *dentiumque tartarus?* Certe nulla parotitis saepius induratione terminatur quam haec nostra arthritica. Eam hucusque feliciter juxta praecepta anginae parotideae medendi, non neglectis *pediluviis acrioribus*, curavimus. Etsi in illo morbo proclivitatem ad metastases, ut dicunt, minime observaverimus; attamen methodum antiphlogisticam, non ultra quam ad vim mali frangendam absolute necessarium fuit, adhibuimus. Denegatae resolutionis compensationem in eo invenimus, quod aegroti, sanato tandem parotidis abscessu, meliori longe quam antea fruebantur valetudine. Inter plura ad parotides commendata *emplastra* [6]), tum *diaphoreticum Mynsichtii*,

4) F. Plater observ. Lib. III. p. 707. — Morgagni de sed. et causs. morb. Epist. XI. art. 15.

5) Cap. VII. §. XXX. 3.

6) Describuntur a Wedelio (de compos. med. extemp. p. 195) et a P. J. Fabbro (Lib. III. univ. sapient. de morbis capitis. p. 245).

sichtii, tum *meliloti* cum *gummi ammoniaco in aceto soluto malaxati*, tumque *diachilonis simplicis* maxime proficua invenimus. Criseos enim tempore admota, resolutionem inflammationis non impediebant, aliàs suppurationis negotium sollicitabant.

§. XVII.

Parotitidum exitus.

1. *Suppurationem* futuram in descriptis hucusque parotidum tumoribus arguimus, ubi resolutio ultra consuetum tempus protrahitur et ubi insolitum augmentum capiunt. Certitudinem latentis abscessus fluctuationis plus minusve extensae perceptio affert. Quae si omnino evidens sit, de abscessu telae cellulosae testatur. Suppuratio enim in ipsa glandula latens, fluctuationem obscuram exhibet. Haec autem illius non semper respuit connubium. Talis complicatio cognoscitur, si eliminato pure ex abscessu superficiali, tumor et tensio partis affectae nihilominus perseverent. Ne hîc sectionem aponevroseos parotidem ambientis omittas [1]). Generatim vero aperturâ abscessus Suppuratio.

1) „*Quand l'abcès intéresse la parotide, il est essentiel, dit* J. L. Petit, *de faire une ouverture qui comprenne les tégumens et la membrane blanchâtre qui couvre immédiatement cette glande salivaire. Ce célèbre chirurgien cite à ce sujet un exemple remarquable; la membrane n'avoit pas été incisée, les accidens persistaient; son ouverture, qui donna issue à trois cuillerées de*

sus non festinandum, nisi symptomata urgeant, et expectandum donec omnis, quae locum fluctuantem circumdare solet, durities evanuerit. Hoc, sed solum hoc in casu, cataplasmata emollientia, locum obtinent. Quodsi aut tumor, tensio et phlogosis abscessum parotidis concomitantes cerebro, auribus [2]), respirationi, deglutitioni insidias struerent; aut pus ex parotide descensum minaretur ad trachearn, oesophagum et pectoris cavum [3]), sectione non amplius cunctandum.

pus, mit en quatre jours le malade en voie de guérison." Murat l. c. p. 375.

2) De abscessu parotidis in aurem aperto testatur Bano (Act. R. soc. med. Hafniens. Vol. 2. p. 251).

3) „*Henry a observé sur le cadavre d'une petite fille, en disséquant les muscles fléchisseurs de la tête, une tumeur qui s'étendait depuis l'apophyse mastoïde jusqu'à la moitié du cou: elle avoit écarté ou detruit les muscles voisins, s'était fait une issue à la partie inférieure; la matière purulente avoit coulé le long de la trachée- artère, et s'était épanchée dans la poitrine en suivant la direction de ce conduit aérien* (*ancien journal de médecine T.* 12. p. 443). *Ce ne sont pas les seules altérations que les abcès de la parotide peuvent occasioner. Les mémoires de l'académie des curieux de la nature* (Ephemerides T. III. obs. 29), *l'ancien journal de médecine T.* 30. p. 455) *la chirurgie moderne de* Ravaton (*T. I*) etc. *nous fournissent des exemples assez remarquables.*" Murat l. c. p. 374. Addere adhuc potuisset observationes Bäck — (Heuermann *chir. Operat. B.* 2. p. 355 — 362). Acrel (*Schwedisch. acad. Abhandl.* 1752. p. 292).

dum. Quae ubi profunde fit, interdum paralysin faciei, torturam oris, ectropium, fistulam salivalem post se trahit. Haec interea fistula aliquando ipsius abscessus sistit effectum. Eo aut sponte aut arte aperto, praecipue in hominibus arthriticis, semper inquirendum num forte *calculus salivalis* in parotidis substantia non lateat, a quo relicto repetitae ejus glandulae phlogoses expectandae forent.

2. *Gangraenam parotidis* semel dumtaxat observavimus, post intempestivam hujus glandulae sectionem in febre nervosa idque lethali cum eventu. Sunt vero qui de ea ut de re quotidiana loquuntur [3]). Gangraena parotidis phlogoseos effectus, Gangraena.

3) „*La gangrène est une terminaison ordinairement plus effrayante, que dangereuse: quelquefois elle se manifeste subitement; d'autres fois elle est précédée de gonflement, de fièvre, de délire, de rougeur, de chaleur extrême et autres symptômes inflammatoires, et, en moins de quarante-huit heures, la gangrène paraît et intéresse profondement la glande. Dans quelques cas et après que la maladie semble jugée, on apperçoit inopinément une parotide éminente, douloureuse, avec bouffisure générale de la face. Si le développement de la tumeur est considérable, la déglutition devient difficile, la tête pesante; à ces premiers symptômes, se joint l'assoupissement mêlé de plaintes et d'agitations: l'embarras du cerveau augmente à proportion de l'accroissement de la parotide; bientôt la gangrène se manifeste dans une partie ou dans toute l'étendue de la tumeur qui devient molle, pateuse, de couleur*

fectus, continuationem methodi antiphlogisticae et emollientium exposcit, donec eschara decidat. Quae lente et cum virium lapsu evolvitur gangraena, causticis ad tumorem, incisione escharae, et remediis internis, vim vitae sustinentibus, curanda. Dolores post lapsum escharae et vigente suppuratione aliquando in parte affecta orti, ab affectione singuli filamenti nervei repeti, ejusdemque sectione tolli solent [4]).

Induratio. 3. Communissimus parotitidum exitus *induratio*

terne; cet état est quelquefois annoncé par le froid du tronc des extrémités, par la dépression du pouls, les syncopes, l'altération de la face et autres symptômes qui précedent trop souvent la mort." Murat l. c. p. 376.

4) „*Après la chute des escarres, la suppuration devient louable; mais quelquefois le malade éprouve, au bout de quelque jours, des douleurs qui s'étendent de la plaie aux parties voisines; le pouls devient plus accéléré: nul changement apparent ne se manifeste cependant à la plaie. On a remarqué que cet accident tenait ordinairement au tiraillement, à la section imparfaite de quelques filets nerveux, ou à l'irritation qu'ils éprouvent par le contact de l'air, des pièces d'appareil ou des substances médicamenteuses qui servent aux pansemens; des mouchetures légères faites dans toute la circonférence de l'ulcère, ont fait cesser les douleurs; le tranchant de l'instrument, rencontrant sur son trajet le nerf qui causait ces accidens, le chirurgien en est averti par un cri que pousse le malade à l'instant où le bistouri passe sur la région qu'il occupe.*" *Journal de médecine T.* 13.

ratio est. Explicatur ope lymphae coagulabilis in parenchyma glandulae depositae [5]). Diagnosis tumoris inde nati potissimum habita ratione morbi praegressi instituitur. Tumore isto benignior non datur; nisi enim mole sua conspicuam deformitatem, vel masticationis impedimentum ciet, nullum plane portendit malum. Est ceterum difficillimae curae. Indicatio nimirum vasa lymphatica excitandi ut humorem extravasatum absorbeant, raro hìc votis respondet. Interea conamen juxta praecepta mox tradenda [6]) fieri posset.

§. XVIII.

Tumores parotidum chronici.

1. Tumores parotidum chronici, quippe ex morbis diversis iisque saepe reconditis pullulantes, magnas respectu diagnoseos exhibent difficultates, partim saltem a J. Zeller [1]), E. G. Schmidt [2]) Doctrinae difficultas.

5) „Lympha plastica per vim inflammationis expressa, in telam cellularem inter acinos glandulae exsudata, sed in pus *non* mutata, aegri tunc mole non adaucti, inter se connectuntur, ut difficile a se invicem, vel cultro anatomico, separari possint. Cellulae autem telae cellularis in ipso glandulae parenchymate dilatatae, hac lympha coagulabili turgent, atque voluminis incrementum organi efficiunt.“ Walther opusc. mox citando.

6) §. XVIII. No. 3.

1) Diss. de morbis ex strictura glandularum praeter naturam natis. Tubing. 1694. in Halleri collect. disput. ad morb. cur. facient. Vol. VI.

Schmidt [2]) et Ph. Fr. a Walther [3]) superatas.

Hypertrophia. 2. *Hypertrophiae* potius quam *sarcomatis* nomen morbo, dudum jam noto *), convenire puta-

2) *Abhandlung von den grossen Geschwülsten am Halse, die von verhärteten Drüsen, Parotides et Submaxillares genannt, zu entstehen pflegen.* Braunschw. 1755.

3) De induratione et exstirpatione glandulae parotidis. Bonae 1820.

*) „*Un enfant d'un an avait sur la joue gauche une tumeur presque aussi grosse que le poing, et qui s'étendoit depuis l'oreille jusqu'à l'angle des lèvres. Cette tumeur qui avoit crû, pour ainsi dire, depuis la naissance de l'enfant, étoit molle, blanche, indolente, mobile et comme composée de grains glanduleux; elle paroissait de plus parsemée de gros vaisseaux sanguins qui formoient de-ca et de-là sur la peau des lacis en spirale, ou des tourbillons rougeâtres. Cet enfant étant mort, mais par une cause étrangère à cette maladie, M. Tenon eut recours à l'autopsie cadavérique; après avoir enlevé les tégumens qui recouvraient la tumeur, et separé les parties environnantes, il trouva qu'elle n'était autre chose que la glande parotide qui, sortie de ses limites ordinaires, avoit pris un accroissement considérable; des grosses artères qui venaient des carotides et des maxillaires externes se rendaient à cette glande, et y entraient par sa partie inférieure. Il y a tout lieu de penser que la quantité de sang que ces artères portoient à la parotide, fut la cause de son prodigieux accroissement. Si l'on eut connu la véritable nature de la maladie, on auroit pu tenter d'en borner les progrès au moyen d'un légère compression qu'on aurait pu augmenter par degrés selon*

putamus, in quo scilicet „nutritione adaucta, vasisque sanguiferis advehentibus in diametro suo dilatatis, organon increscens majorem quam par est, materiae nutrientis copiam, sed sibi homogeneam in se suscipit, atque hinc volumine extenso partes vicinas, praesertim vasa adjacentia, nervosque et musculos juguli, quin immo ligamenta articularia, maxillae inferioris capitulum ad fossam glenoideam ossis temporum adnectentia, et ipsa denique ossa comprimit, functionesque horum organorum variis modis laedit atque perturbat“ [6]). Tumor ejusmodi, non multum durus, attactum, etsi rudiorem, sine dolore admittit. Sat cito volumine, pro vario tempore vario [7]), augetur. Absque magna difficultate elevari potest. Color cutis ei supra jacentis immutatur. Caussae malum excitantes latent. Forte vitia pulmonum, cordis vasorum majorum et colli, reditum cruoris a venis jugularibus impedientia

les circonstances.“ Histoire de l'acad. des sciences pour l'année 1760. Et Sabatier similem casum nomine *d'exuberance de la glande parotide* descripsit. Vide Murat l. c. p. 380.

6) Walther l. c.

7) „Cl. Ohle tumorem crescente luna increscere, decrescente descrescere observavit: quod certe in multis tumoribus locum habet, proterve id negantibus medicis sic dictis rationalibus eruditioni suae mirum quantum insuperbientibus et facta communia negantibus.“ Walther l. c.

dientia huc spectant. Praeterea notandum hypertrophià parotidum laborantes plerumque progeniem sistere syphilide et arthritide mulctatorum, saepeque notas rhachitidis aut scrophularum prae se ferre, anteaque interdum tineam capitis*), herpetem, psoram perpessos esse. „Status iste morbosus sat gravis, ab initio molestus et faciei venustati multa ex parte obnoxius, progressu temporis periculosus, in fine lethalis. Pericula autem, quae portendit, non ex substantiae parotidis intumescentis corruptione, scilicet quae locum non habet, sed ex mechanico potius effectu, quem mole aucta in partes sibi vicinas exercet, compressione nempe proficiscuntur" [8]). Principiis obsta *compressione tumoris* — *hirudinibus* repetitis vicibus retro aures et sub maxillae angulo collo adplicitis, — *fonticulo* ad brachium lateris affecti, aut retro apophysin mastoideam lapide caustico chirurgorum, excitato, — *eccoproticis* tempore incrementi tumoris propinatis, — ac *auxiliis* demum *labem universi corporis emendantibus.* Graviori in malo *setaceum* non quidem, per ipsam parotidem [9]), sed per cutem superimpositam, ducendum est.

3. Prae-

*) „*La parotide est familière aux enfans, dit* Viger (*grande chirurgie des tumeurs*), *lorsque la gale du cerveau se déprime ou se desèche.*" Murat l. c. p. 377.

8) Walther l. c.

9) „Setacei in parotidem immissio periculo non prorsus caret; vasa enim in illius parenchymate majora laedi,

3. Praeter partem quam scrophulae sibi in hypertrophiâ parotidum vindicant, exstat quoque istiusmodi glandularum tumor proprie *scrophulosus* dicendus. Stipari solet glandularum colli lymphaticarum adjacentium infarctu, quin immo glandularum aliarum salivalium intumescentiâ. Tumores plerumque gregales sunt (non solitarii), molles ad attactum, mobiles et nunquam ita ac ceteri ejusdem glandulae voluminosi [10]). Hic est ubi *mercurius* [11]) (ad lenem salivationem usque), *antimonium* [12]), *conium maculatum* [13]), maxime autem eorum connubium [14]), sibi laudem promeruere. Item *solutio idriodatis potassae* [15]), Tumor scrophulosus.

 fomen-

acuque perforari possunt, insequente haemorrhagia gravissima vix sedanda." Walther l. c.

10) Walther l. c.

11) Alberti diss. de singulari mercurii dulcis usu in desperatis quibusdam morbis. — Agricola chirurgia parva. — Heister institut. chir. T. 2. — Juncker conspect. chirurg. Tab. XX. de parotidibus.

12) Knacstedt *med. chirurg. Beobacht.* 1797. *No.* 96.

13) Störk libellus de cicuta p. 141. — J. Erhart diss. med. de cicuta. Obs. 10. — Loder's *Journal für die Chirurg. B.* 2. p. 706.

14) R. Extracti conii maculati drachmam unam. Pulveris aethiopis antimonialis grana decem. Misc. assidue et divide in pilulas aequales no. LX. Puer decennis capiat unam de die a mense Maio usque ad initium Octobris; idque, si opus fuerit, per nonnullorum annorum curriculum.

15) R. Idriodatis potassae grana triginta sex. Aquae com-

fomentationes siccae tepidae ex *speciebus emollientibus*, *ex herba cicutae*, *hyoscyami*, *belladonnae*, *daturae*, tumori impositae, *cataplasmata* ex iisdem parata, *vapores* ex infuso sive decocto earundem plantarum, emplastra *de cicuta et mercurio*, *de gummi ammoniaco*, *de sapone*, *de galbano crocato* et similia.

Tumor scirrhosus.

4. *Scirrhus parotidis* sese exhibet tumore lente augmentum capiente, nodoso, irregulari, ovato, durissimo, circumscripto, fere immobili, ante, pone et infra auriculam locato atque foveam triangularem inter maxillae inferioris ramum ascendentem et processum mastoideum ita occupante, ut ejus axis lineam rectam sequatur [16]), a processu mastoideo ad angulum maxillae inferioris decurrentem, aut parum ab ista linea divergat, nisi quod parotis (quod rarum hîc) insigniter tumens, pyramidem referat, basi sua ramo ascendenti maxillae inferioris incumbentem, apice autem libere prominentem. Tunc quoque auriculam elevat, ut ista a capitis latere quasi separata, medio tumori incumbat et valde promineat, meatu auditorio externo oblongato et extenso. Tumore ad acmen perducto, doloribus lanci-

munis destillatae unciam. Misce. Dosis pro adulto a guttis tribus ad quindecim in cyatho aquae destillatae saccharatae.

16) „Quod vix non pathognomonicum signum.“ Walther l. c.

lancinantibus tentatur. Accedit interdum *oedema* [17]); et aliquando rubor lividus in exulcerationem desinens, adspectum mox genuini *cancri*, mox, in infantibus praesertim, *fungi haematodis* [18]) exhibens. Tunc jam haemorrhagiae effrenes, fistulae salivales, febricula depascens, oedema extremitatum et mors expectari debent. — Praepedireturne funestus hìc rerum exitus usu *mercurii*, *arsenici*, *conii maculati*, et, si haec non juvarent, *extirpatione partis affectae?* — *Mercurius* scirrhum haud resolvet, sed excitatâ in glandula mox phlogosi, praemature in cancrum convertet. *Arsenicum* et *conium maculatum*, venenorum more, vires vitales pessumdando, mortem properabunt. *Exstirpationem* quidem *parotidis scirrhosae* plurimae suffulcire videntur observationes [19]). Penitior autem earum analysis dubia

17) In Ephem. acad. nat. cur. (dec. III. ann. 7 et 8. obs. 31) tumor parotidis *oedematoso-scirrhosus* describitur.

18) Miratur Walther (l. c.) Wardrop de fungo haematode, in parotidibus evoluto locutum haud esse. „In infantibus, inquit, talis tumor molis insignis est, ut totius capitis ambitum vix non aequet, respirationem, liberum sanguinis per vasa juguli transitum, deglutitionem et maxillarum diductionem pari modo offendat, et miseros dira morte parvulos tandem extinguat.“

19) Kaltschmid diss. tumoris scirrhosi trium cum quadrante librarum glandulae parotidis extirpati. Jen. 1752. — Ollenroth in Arnemann's *Magazin für*

dubia de recta scirrhi diagnosi, deque totali glandulae exstirpatione relinquit [20]). Praeterea introitus

die Arzneywissenschaft B. 1. p. 429. — Casp. a Siebold parotidis scirrhosae feliciter extirpatae historia. Erf. 1791. — et: diss. de scirrho parotidis ejusque cura. Wurceb. 1793. — Orth diss. de scirrho parotidis. Wurceb. 1793. — Zang *Darstellung blutiger Operationen. Wien* 1814. *Th. 2. No.* 39. — Ohle *Erfahrungen über die Ausrottung der Speicheldrüse* in *Zeitschrift für Natur- und Heilk. von Dresden B. 1. St.* — Walther l. c. — Weinhold in *Allgemeine Literaturzeitung vom Jahr* 1823. *No.* 212. — Beclard in *archives général. de médec. T. 4. Paris. Janvier. Avril.* — Clellan ex *american medical review and journal* 1826; in Gerson *Magaz. der ausl. Literat. der gesammt. Heilk.* 1828. *Jan. Febr.* p. 141. — Heyfelder in Gräfe's *und* Walther's *Journal für die chirurg. und Augenheilk.* 1827. *B.* 10. *No.* 4. p. 575. — Cordes ibid. 1828. *B.* 11. *Heft* 1. — Cfr. quoque J. Sculteti armament. chirurg. c. observat. quibusd. curiosis J. Tillinoii obs. 17. — Pole in *Memoirs of the med. soc. of Lond. Vol.* 3. 1793.

20) „. . *es bleibt überhaupt in allen Fällen, wo die Operation leicht, und mit einem glücklichen Erfolge verrichtet wurde, die Frage, ob das, was man ausrottete, wirklich die Speicheldrüse war.*“ Richter *Anfangsgr. der Wundarzneyk. B. 4. Kap.* 12. §. 401. — „*Nous pensons avec Richter . . . que souvent on a cru extirper la parotide, tandis qu'on n'enlevait que des glandes lymphatiques engorgées.*“ Boyer *traité des maladies chirurgicales* etc. *T.* 6. p. 261.“ — „. . . *on voit que la plupart des chirurgiens s'en sont laissé imposer, qu'ils n'ont fait qu' une extirpation partielle,*

tus scalpelli in reconditam nervis et vasis sanguineis turgidam parotidem, caedem sapit. Antevertat *carotidis ligaturâ* haemorrhagiae periculum; vulnerationis illud restat, chirurgos conscientiosos absterrens [21] a).

5. *Tumores cystici* vel in ipsa parotide [21] b), vel circa eam [22]) oriuntur. Formam exhibent rotundam, globosam, saepe tamen ex anteriori facie planam et compressam. Duritiem parotidum hypertrophiae, scrophulae et scirrho propriam, minime adtingunt. Sunt potius elastici, reniten- Tumores cystici.

tes

ou plutôt qu'ils ont enlevé des tumeurs anomales appliquées sur la parotide et non cette glande." Murat l. c. p. 386.

21 a) „*Die Ausrottung der Speicheldrüse ist offenbar mit einer grossen Gefahr, ansehnliche Blutgefässe und Nervenäste zu verletzen, verbunden. . . . Dazu kommt, dass der Wundarzt nicht einmal hinreichend berechtigt zu seyn scheint, eine so missliche Operation zu unternehmen*". Richter l. c. — Boyer (l. c.) postquam cautelas ad exstirpationem parotidis enucleaverit, concludit: „*il est plus sage encore de ne pas tenter l'opération*" — Et Murat (l. c.): „*je pense . . . que si l'on avait la hardiesse d'entreprendre une operation semblable on compromettrait la vie de l'individu qu'on voudroit y soumettre.*"

21 b) Tales tumores descripsere Acrel (*chir. Vorfälle B.* 2. p. 404), Sandifort (museum anatomicum. Vol. I. p. 232), C. Siebold (Baldinger's *neues Magazin B.* 15. p. 385) et van Wy (Jansen *und* Jonas *med. Magaz. der holländischen Literatur St.* 1. p. 66).

22) Walther l. c. hist. 3.

tes mollesque ad attactum. Qui in ipsa glandula latent tumores cystici minus habere solent volumen, minoremque mobilitatem. Sunt praeterea inaequales, irregulares, adeoque molles ut ad attactum fluctuationem, etiamsi obscuram, praebeant. Tumores cystici glandulam ambientes omnium maximi observantur, ac valde mobiles, nisi forte ex aliqua parte musculis aut ipsi parotidi adhaereant. In illis haec glandula ita comprimitur, ut extenuata, consumpta, vix non evanescat *). Nullum datur praeter extirpationem auxilium.

Tumores alii.

6. Dari *tumores steatomatosos parotidum*, ex adipe scilicet in acinorum interstitiis morbose collecto, contenditur [23]) negaturque [24]). Cur *lypoma* in parotide uti in reliquis corporis humani partibus oriri haud posset, non intelligimus. A *carie syphilitica ossis petrosi*, summus parotidis tumor nobis obvenit [25]). Ipsa autem syphilitica ulcera parotides glandulas attingere posse constat [26]). — *De tumore parotidis ex impedito effluxu salivae*, mox infra.

§. XIX.

*) Murat in *Journal général de médecine, de chir. et pharm. T.* 26. p. 288. — Boyer *traité des maladies chirurgicales T.* 6. p. 254.

23) Barth. Siebold l. c. 24) Walther l. c.

25) Vilnae. Aeger simul erat scrophulosus, unde etiam pro scrophuloso declaratus erat tumor. Latens simul syphilis tarde nimis detecta est.

26) Nuck l. c. p. 74.

§. XIX.

Morbi glandulae parotidis accessoriae illiusque ductus excretorii.

Morb. gland. accessor.

1. *Glandula parotis accessoria* ejusque *ductus excretorius* morbos cum ipsa parotide communes habet. Praeterea illa scirrho [1]) et concretionibus calculosis [2]) tentatur.

Morbi ductus excretorii.

2. *Morbi ductus Stenoniani* (illis ductuum salivalium sat similes [3])) sunt: *deflexio a praescripto curriculo* [4]), — *vulnera*, laesis videlicet buccis excitata [5]), ac sub masticationis praesertim negotio, salivam exiguo interdum foramine fundentia [6]); — *inflammatio*, quandoque refrigerii

1) B. Siebold l. c. p. 74.

2) J. G. Walter *anat. Museum beschrieben von* Fa. A. Walter. *Berlin* 1796. *Th.* 1. p. 139.

3) Nuck l. c. p. 85.

4) Kerkring spicilegium obs. 68. („deflexerat ductus... versus laryngem, ibique humoris sui, qui ore excipi solet, exitum non inveniens, tumorem ingentem excitaverat, lentâ materia redundantem").

5) Cap. II. §. X. no. 3. — Casp. Marti diss. de loco praeternaturali orificii salivalis sanato. Basil. 1764. — *Mémoires de l'acad. de chirurg. de Paris T.* 3. p. 431. et *T.* 5. p. 263.

6) Aquapendente inventi ductus Stenoniani adhuc nescius de vulneribus genarum sermonem instituens (opp. Part. II. cap. 31. fol. 901) „versus aurem, inquit, foraminulum angustissimum, vix oculis conspicuum, apparet, per quod, ubi patientes mandunt, tanta copia exit limpidae aquae, quae est veluti lachryma ab oculis emissa, unde et quomodo effluat, ego certe nescio."

rii culpâ orta, stipata tumore a parte anteriore parotidis incipiente ac sub forma chordae tensae ad os protracto, hujus in latere affecto siccitate, ac saliva sub masticatione corporis duri in regione dentis molaris tertii maxillae superioris prosiliente methodoque antiphlogistica curanda [7]), — *exulceratio* [8]), et *calculus*, ductum Stenonianum modo obducens [9]), modo obstruens [10]). Qui morbi quoties defluxui salivae in oris cavum obstant, tumorem aut parotidis oedematosum, aut ductus Stenoniani circumscriptum, indolentem, cuti concolorem, enormem interdum producunt [11]). Eorum cura in ablatione caussarum consistit, ideoque nunc in dilatatione canalis, nuncque in exstirpatione corporis eum vel comprimen-

7) Samel *chronische Entzündung des ductus Stenonianus* in Rust's *Magazin für die gesammte Heilk. B.* 25. *Heft* 3. p. 482.

8) Hartenkeil in *med. chir. Zeitung* 1791. *B.* 1. p. 145.

9) N. F. Rougnon's *patholog. semiot. Betrachtungen aller Verrichtungen des menschl. Körp. Leipz.* 1793. *Th.* 2. p. 143.

10) Walter observat. anat. Berol. 1775. cap. 3. §. 20. Müller in Hufeland's *Journ. der pr. Heilk.* 1811. *Jan.* p. 97. — Seguignol in *journ. de médec. T.* 18. p. 69.

11) Rougnon l. c. p. 143. 144. — Timmermann tract. patholog. med. de notandis circa nat. in corp. hum. lusus. Duisb. 1750. — A. Murray Rsp. I. gust. Loddin diss. chir. de tumoribus salivalibus. Upsal. 1785. — B. Sirbold l. c. p. 75.

primentis vel obturantis, quo ultimo in casu interdum incisio, in interno ore instituenda est [12]). Prius tentandum foret quid valeat partis affectae fotus ex *infusione herbarum aromaticarum in vino* nec non *masticatio* radicis *lapidii latifoliae* ad salivam eliciendam.

Caput V.

De morbis glandularum submaxillarium, sublingualium earumque ductuum excretoriorum.

---

§. XX.

Morbi glandularum submaxillarium et ductus Whartoniani.

1. *Glandulae submaxillares*, quippe ab injuriis externis custoditae, vix aliter, quam sub glandularum lymphaticarum colli, scirrho laborantium, Morb. gland. submaxillar.

12) „*Dans le cas ou l'orifice du conduit serait fermé par une matière durcie, un calcul salivaire ou par tous autre corps étranger, il faut tacher de l'extraire; mais si la recherche ou l'extraction de ces différens corps présentent trop de difficultés, on doit faire une incision dans le centre de cette tumeur salivaire: mais par le dedans de la bouche* (Louis *mém. de l'acad. de chirurg. T.* 4. p. 83) *pourvu toutefois que la situation de cette tumeur le permette.*" Murat l. c. p. 389.

rantium, exstirpatione laedi possunt. Feminam conspeximus, cui illae toties tumidae evadebant, quoties utero gerebat [1]). Generatim glandulae submaxillares morbos cum parotidibus, et cum glandulis sublingualibus communes agnoscunt. Cujus rei praesertim testimonium largitur angina parotidea [2]). Item parotitis mercurialis. Inflammatione glandularum submaxillarium in suppurationem conversâ, *pus* vel per ductum salivalem ejicitur [3]), vel in ipsis glandulis, albumini simile invenitur [4]). Et *crines* [5]), et *concretiones calculosae* [6]) hîc repertae fuere. Praeterea glandularum submaxillarium *exulceratio* [7]), *scirrhus* [8]), atque

1) Novocomii die 8. Martii 1829.

2) Cap. IV. §. XV. no. 3.

3) Des Hayes in *journal de médecine T.* 24. p. 174.

4) B. Siebold l. c. p. 74.

5) Cheselden *Anatomie des menschl. Körpers. Gött.* 1790. p. 138.

6) J. G. Walter *anat. Museum Th.* 1. p. 135. — Ch. A. Scherer diss. de calculis ex ductu salivali excretis. Argent. 1737. in Halleri disp. ad morb. curat. facient. T. I. p. 533. („Tumor glandulae maxillaris dextrae, fabae magnitudine, quem chirurgus, cum barbam abraderet, primus animadvertit. Hic tumor octo dierum spatio excrevit in molem priore triplo majorem, hinc ab attactu duriusculo molestum aeger percepit senaum"). Walther in *Journ. für Chirurg. und Augenheilk. T.* 8. *Heft* 2. p. 173. (tumor ad angulum maxillae, suppuratus, ruptus, fistulosus, calculum includens).

7) Des Hayes l. c.

atque *tumor* a retenta potissimum saliva, obveniunt, juxta praecepta contra similes parotidum morbos tradita, curanda.

2. *Ductus Whartonianus* iisdem circiter ac Stenonianus obnoxius est vitiis. Quae inter *coarctatio* et *obliteratio* maxime memorabiles sunt. Haec vitia ansam porrigunt *tumori sub lingua, ea in parte qua illa vinculo alligatur.* Tumor hic veteribus quidem notus [9]), ab iis tamen propter defectum cognitionis accuratae ductuum salivalium minime intelligi potuerat. *Batrachus* s. *Batrachium* [10]), *Rana* seu *Ranula* [11]), *Hypoglossium* [12]) dictus, multorum tractatuum fuit argu- Morb. duct. Whartom.

8) L. Heister diss. sistens observat. med. misc. Helmst. 1730. — J. van Lil ex *Verhandelingen van het bataafsch Genootschap der Wysbegeerte te Rotterdam. Deel* 4. p. 128. in *Samml. auserl. Abhandl. für pr. Aerzte B.* 9. p. 428. — Cheselden l. c. — B. Siebold l. c.

9) Hippocrates de morbis lib. II. cap. 10.

10) Quod eo affecti loquelae impedimentum patiantur, et nonnisi *coxando* loqui possint.

11) Propter rimam mediam, dextram tumoris partem a sinistra dirimentem, unde ranae posterior pars refertur.

12) J. E. Donaver in Miscell. phys.-med.-mathem. Erford. ann. 1729. class. IV. art. 5. Germ. *Froschgeschwulst, die Kröte, der Schwamm, Frosch unter der Zunge.* Belg. *Kikvorschgezwel.* Dan. *Frosk under Tungen.* Suec. *Frosk under tungan.* Angl. *Ranula; a soft swelling, or inflammation under the tongue.* Gall. *Grenouillette; Ranule.* Ital. *Ranella; ranetta, rana.* Hisp. *Sapillo.* Lusit. *Razinha.*

argumentum [13]). Sequens illius est curriculum. Primum ad latus frenuli *tuberculum* conflatur, quod digiti compressione aliquantum cedit, mobile, indolens, frigidum, colore sub initio albidum et vix lucem transmittens, et aegro incommodum haud afferens. Eo autem neglecto, *tumor* inde evolvitur ad ovi anserini usque magnitudinem succrescens, aliquando universum oris cavum implens, linguam repellens, suctionem, masticationem, loquelam, respirationem impediens, dentesque luxans. Forma tumoris, infinite cum morbi incremento varians, cylindrica, sphaerica et ovalis est. Liquor contentus (saliva), pondus librae interdum adaequat. Ab initio albumini ovorum

13) Riverius opp. prax. med. Lib. V. De affectibus linguae. cap. 2. fol. 241. — E. Hettenbach de tumore sub lingua, quam ranulam vocant. Witteb. 1616. — R. W. Krause disp. de ranula sub lingua. Jen. 1681. — J. J. Stahl disp. de ranula sub lingua speciali cum casu. Erf. 1734. Recus in Halleri diss. pract. T. VII. no. 256. p. 564. — Louis in *mémoires de l'acad. de chirurgie de Paris T.* 3. p. 460. *T.* 5. p. 406. — Murray diss. chir. de tumoribus salivalibus. — Stark in *Archiv f. d. Geburtshülfe B.* 3. *St.* 2. p. 309. — J. E. E. Bloedav (Gruner) diss. med. de glossitide, ranula, glossanthrace. Jen. 1795. — B. Siebold l. c. p. 74. — T. Chapel *observation sur une grénouillette d'un très-grand volume* in Tartra *bulletin des sciences médicales. T.* 5. p. 396. — Breschet in *Journal universel des sciences médicales, Decemb.* 1817. — Murat in *diction. des scienc. méd. T.* 19. p. 347.

ovorum simile cernitur, serius vero concrescit, ac haud raro concrementa arenacea calculosque exhibet. Immo calculis ejusmodi ductum obstruentibus [14]) plerumque totus debetur morbus. Possunt ei tamen et *aphthae* vel *inflammatio catarrhalis*, utpote ductum obliterantes vel coarctantes, ortum praebere. *Ranula*, infantum plerumque est morbus [15]), adultis tamen neutiquam parcens [16]). Cavendum ne confundatur cum *tumoribus fungosis* [17]) et *lymphaticis* [18]); cum *glossitide;* cum *parulide* cumque *calculo salivali per se.* Ubi negligitur, phlogosi corripitur, suppurari solet, pure aliquando suffocationem minitante [19]) relictoque fistulae salivalis periculo [20]). Morbus, non

14) Schenk Lib. X. obs. 388. — Scherer l. c.

15) Oehme diss. de morbis recens natorum chirurgicis. Lips. 1773.

16) Luculentum exemplum in viro clinici instituti Wilnensis habui.

17) „*Les observateurs ont quelquefois donné le nom de grénouillettes à des tumeurs fongeuses placées sous la langue, mais qui ne devoient pas être appellées ainsi, si elles n'étaient pas formées par un amas d'humeur salivaire.*“ Louis l. c.

18) „*Mr. le professeur* Boyer *a vu un médecin célèbre commettre cette erreur et faire appliquer un emplâtre fondant sur une grénouillette qui faisait saillie au-dessous du menton.*“ Murat l. c.

19) Diemerbroeck disput. de morbis capitis no. 24.

20) Muys prax. chirurg. ration. dec. VI. obs. 6.

non purgantibus [21]), vix *sinape* [22]), sed, nisi sponte rumpatur [23]), *operatione chirurgica*, nuper a Dupuytren exculta [24]), debellandus. Artificium a viro clar. propositum [25]), forte et vulneribus ductuum salivalium sublingualium [26]) adaptari posset.

§. XXI.

21) Soulier (*journal de médec.* 1759) curam ranulae purgantium ope extollit!

22) Macartan *de la moutarde considérée en général et particulièrement comme sialagogue dans l'angine tonsillaire et la ranule ou grénouillette.* Sedillot *rec. period. de la société de médecine de Paris T.* 34. p. 72.

23) In aegro meo, de quo supra, ranula sponte rupta et sanata est, ut aliquando contingere jam monuere Heister (*Chirurg. Cap.* 86. *vom Fröschlein unter der Zunge*). Stahl (l. c. §. 14) etc.

24) *Description d'un nouveau moyen pour la guérison de la tumeur nommée communément ranule ou grénouillette.* Sedillot l. c. T. 6. — *Archives générales de médecine. Mai* 1828.

25) Introductio canulae in sectum tumorem, per quam saliva, alios sanationi partium contiguarum obstans, veluti per catheterem effluere possit.

26) „Interdum aliqui chirurgi ignorantes propter aliquod opus manuale in isto loco incidendo aperiunt talia orificia taliter, quod suae pelliculae non possint postea claudere tempore debito. Et tunc perpetuo velit vel nolit patiens ille, semper est cum ore pleno sputamine." Deusingius ex Frencelii exercit. 6. hist. mesent. digress. 2.

§. XXI.

Morbi glandularum sublingualium ductusque excretorii.

1. *Glandulae sublinguales* ut parotides et glandulae submaxillares laborare solent. Earum morbi saepe societatem ineunt; quod inprimis de angina parotidea deque parotitide mercuriali valet. Et calculo illae tentantur [1]). Praeterea glandulae sublinguales intumescunt si ductus obstructi salivam nullam emittant [2]). Morbi gland. sublingualium.

2. *Ductus* enim *excretorii* illarum glandularum (*Bartholinianus*, *Riviani*) iisdem vitiis ac ductus Stenoniani et Whartoniani obnoxii cernuntur. Sunt immo qui *ranulae* sedem minus in istis quam illis quaerant [3]). Etsi *calculi salivales sub lingua* [4]) ranulam, ut monuimus, saepe exci- Morbi ductuum excret.

1) Handtwio diss. de calculo in glandulis sublingualibus reperto. Rost. 1754.

2) Louis in *Mém. de l'acad. de chirurgie T.* 3. p. 460. — B. Siebold l. c. p. 76.

3) B. Siebold l. c. p. 76.

4) Ger. Blasii observ. anat. pract. p. 119. Ejusd. obs. med. rar. obs. 14. p. 81. Tab. IX. fig. 1. — Riverii obs. med. p. 348. 426. — Plateri observ. Lib. II. p. 395. — Schenkii obs. med. rar. Lib. I. p. 390. — Schneider de catarrhis Lib. III. cap. 7. p. 235. — G. Cowper anat. corp. hum. de calculo sub lingua exciso. — C. L. Walther thesaur. med.-chirurg. obs. curios. obs. 92. Tab. VI. — Schurig lithologia cap. 2. §. 17. p. 111. — *Philosoph. transact. for the year* 1749. *no.* 491. *obs.* 1. — Comment. Lips. T.

excitent; possunt tamen et sine illa exstare. Utroque in casu gignunt dolorem sub lingua, salivae profluvium aut illius suppressionem, phlogosin interdum ad ipsam linguam et fauces propagatam. Nisi sponte facto eoque rupto abscessu sub lingua elimentur, cautâ sectione abigendi sunt. Et eorum solutio ope *carbonatis potassae* tentari potest [5]), dummodo phlogoseos adhuc desint symptomata.

CAPUT

XX. p. 326. — Commerc. literar. an. VIII. p. 163. — Misc. acad. nat. curios. dec. I. ann. 3. obs. 1. Ephem. cent. X. obs. 79. — SCHERER l. c. — SWIETEN comment. in Aph. Boerhaav. T. II. §. 793. — BACIOCHI *Lettere intorno l'estrazione d'un calcolo sotto la lingua. Brescia* 1749. — *Journal de médecine T.* 23. p. 453. — ELLER in *mém. de l'acad. des sciences de Berlin* 1755. *p.* 24. *Coll. acad. part. étrang. T.* 9. p. 85. — HANDTWIG l. c. — HARTMANN progr. calculi sublingualis nuperum quoddam exemplum. Francf. 1784. — Nov. act. acad. nat. curios. T. III. p. 4. — OLOF ACRELL's *chirurg. Vorfälle B.* 1. p. 211. — HUFELAND *Journ. der pr. Heilkunde B.* 2. p. 613. — TITIUS progr. de calculo salivali sponte excreto. Wittenb. 1794. — B. SIEBOLD l. c. p. 76. — SANDIFORT mus. anat. Vol. I. sect. 6. p. 279. — WALTHER l. c.

5) WALTHER l. c. (exhibet ad grana duodecim cum aqua cinnamomi, de die, idque per longum tempus).

Caput VI.

De ptyalismo.

§. XXII.

Definitio. Literatura. Divisio.

1. Salivae secretio copiosior quam ad usus naturae requiritur *), simulque ad molestam vel deglutitionem, vel exspuitionem adigens, *ptyalismum* constituit [1]). Definitio.

 2. De

*) Quantum denique salivae copia in statu naturali constitutus homo uno die secernat, non adeo liquet; et quamvis Lanzanius (disseri. de saliva humana cap. 2. p. 38) scribat; ad quantitatem diurnam in humano corpore seu in viro adultae aetatis, salivalis humoris in statu naturali duodecim horarum spatio uncias decem aut libram unam integram salivae secerni, cujus tamen salivalis humoris pars exspuatur, et alia pars deglutiendo ventriculo tradatur atque cum cibis misceatur; vix tamen „ab omnibus tanta salivae quantitas in statu sano expectanda erit.“ Sohrio op. c. p. 37.

1) *Synon.* Anabexis, anachrempsis, sialismus, sialochus, sialorrhoes, catharsis diapharyngos, salivatio. Germ. *Speichelfluss.* Belg. *Spuwing*, *Speekzelvloed.* Dan. *Spytteflod*, *Spytflod.* Suec. *Drägling*, *Dräglande.* Island. *Votmynni.* Angl. *Fluxing*, *ptyalism.* Gall. *Flux de bouche*, *flux de salive*, *écoulement de salive*, *crachotement*, *salivation.* Ital. *Tialismo.* Hisp. *Babaza*, *babosa*, *babeo*, *salivacion.* Lusit. *Fluxo de boca.*

Literatura. 2. De hoc malo, praeter tractatus in lit de morbis organorum salivalium in genere dissertationes inaugurales plurimae [3]) et men riae nonnullae [4]) exstant.

Divisio. 3 Celebrantur *divisiones ptyalismi* in *spo taneum* [5]), *artificialem* [6]), *idiopathicum*, *sympt maticum*, *consensualem*, *periodicum*, *epider cum* [7]), *acutum*, *febrilem* [8]), *chronicum*, *inertem* *parti*

2) Cap. III. §. XII. No. 1.

3) Rolfink diss. de salivatione. Jen. 1656. 1670. Wigand diss. de ptyalismo. Giess. 1669. — Br bek diss. de ptyalismo. Tub. 1671. — Senkenbe diss. de ptyalismo. Argent. 1676. — Friesen d de salivatione. Lips. 1681. — Ortlob diss. de s vatione. Lips. 1684. — Von Sanden diss. de pt lismo. Regiom. 1696. — Guillemin diss. de s vantibus. Nanceji 1781. — Otto diss. de ptyalis generatim. Francf. 1804. — F. H. Stipansky d de ptyalismo. Berol. 1826.

4) J. Vigierus tract. de catarrho, rheumatismo, imn dica et indecora salivatione. Genev. 1623. — J. Mittié *étiologie nouvelle de la salivation. Paris* 17

5) H. D. Hecker diss. de salivatione spontanea. H 1768. — Chr. F. Joerdens salivatio spontanea. A acad. nat. cur. Vol. 7. p. 384.

6) Van Loon de ptyalismo artificiali. Lugd. Bat. 17 — J. Grainger diss. de modo excitandi ptyalism et morbis inde pendentibus. Edinb. 1753. Vid. H. ler diss. pract. T. I. No. 32.

7) Nicolai *Fortsetzung der Pathologie B.* 2. p. 355. Consbruch in Hufeland's *Journ. der pr. Heilk. B* p. 599.

partialem, *universalem* [10]), *criticum* [11]) *traumaticum* etc. Etsi ejusmodi divisiones minime spernamus, iis tamen doctrinam non submittimus; ordinem naturae magis consonum eligendo, quô ptyalismi pathologia et therapia juxta rerum positiones, sub quibus salivatio obvenit, exponitur.

§. XXIII.

Ptyalismus in febribus.

1. Obvenit autem non solum *screatio* sub stadio apyrexiae febrium intermittentium [1]), sed urget ipse aliquando *ptyalismus* vigente paroxysmo febris quotidianae [2]) et tertianae [3]) ideoque *sputa-* Ptyal. in febr. intermitt.

8) Quelmalz pr. de ptyalismo febrili. Lips. 1748. — Haller coll. diss. pract. T. I. No. 28.

9) Mason Good *the study of medicine. Vol. I.* p. 83.

10) Roeper et Gaato diss. de salivatione critica in morbis acutis et chronicis. Hal. 1702. in Hallerr coll. disp. pract. T. I. No. 27.

11) Roeper l. c. cap. 2.

1) Edit. secund. P. I. Vol. I. Sect. I. cap. I. §. XXII. No. 5.

2) B. Scharffius in Miscell. acad. nat. curios. dec. II. ann. 2. obs. 104. (aeger ingruente paroxysmo a nimia et continua tam urinam reddendi, *quam salivam exspuendi* irritatione vexabatur). F. C. Medicus *Sammlung von Beobachtungen aus der Arzneywissenschaft. B.* 2. p. 366.

3) Quelmalz l. c. p. 472. („sub novi semper paroxysmi initium, tantam salivae quantitatem excernere incipiebat, perque omnem insultus durationem, de die et nocte, vigiliarum somniqne tempore serie continua reddebat, ut quod commemoratu dignissimum depre-

sputatoriae dictae. Saepius *salivatio spontan*
tertianam duplicem [4]) et quartanam [5]) solvi
Aliàs ptyalismus in febribus intermittentibus a
usui cinchonae [6]), vel mercurii [7]), aut labi pa
creatis [8]) vel scorbuticae [9]) adscribendus e
Ptyalismus *ut symptoma* febris intermittentis n
hil in morbi primaria prognosi et therapia in
mutat. Ptyalismus *crisin* constituens, vitatio
aur

hendebatur, haud facile ulli unquam ad ptyalismu
per medicamenta praeparato largius salivae profluviu
acciderit").

4) Forestus obs. Lib. V. obs. 4.

5) Joh. Bohnius de officio medici dupl. P. I. cap. 1
p. 292.

6) Fr. Hoffmannus diss. de chinae usu et abusu
modo operandi. In ejus opp. („beneficio balsamic
hujus roborantis virtutis in aliis sudorem copiosi
elicuisse, in aliis urinam largiorem civisse, in al
stimulandi facultatem exercuisse, *in aliis insignem s*
livae fluxum proritasse observatum est").

7) Th. Willis de febrib. cap. 6. p. 97. (a quo salivat
incepit paroxysmis statim caruit; quibus vero temp
ribus accedere solebant, perturbationem in toto co
pore cum cordis oppressione et lipothymiae metu pe
sensit; postea tamen sputatione finita plane convalui

8) Salivationem febrium intermittentium comitem
uxoribus professoris Groddek et mercatoris Schwar
ambo dein pancreatis scirrho defunctis, Vilnae o
servavi.

9) Roeper l. c. p. 464. („fauces enim, lingua ipsa,
et gingivae corrosae nigroque colore tectae erant cu
salivae copiosa excretione").

aurae et potus frigidi tuetur. Ita et ptyalismus a cinchona excitatus, habitâ caeterum ratione viscerum abdominalium. De cura ptyalismi mercurialis infra [10]).

2. Ptyalismus observatus est in febre rheumatica [11]), in febribus catarrhalibus gastricis [12]), verminosis [13]) et praecipue biliosis [14]). Febres ejus- Ptyal. in febr. continuis.

10) §. XXVIII. No. 8.

11) M. J. DE MAN in *Verhandelingen te Haarlem. Deel* 19. *St.* 3. p. 76. et *Samml. auserl. Abhandl. für pr. Aerzte B.* 7. *St.* 3. p. 429. (socia diarrhoea).

12) CONSBRUCH in HUFELAND's *Journal der pr. Heilk. B.* 4. *St.* 13. p. 201. (salivatio noctu dumtaxat urgebat; ei aphthae accessere).

13) VAN DEN BOSCH historia constitutionis epidem. verminosae 1760—63. per insul. Overflacque etc. grassat. p. 71.

14) J. VEIRAC *von einem gallichten oder Speichelfieber (Gal- of Kwyl- Koorts) welches auf der Insel Overflacque epidemisch herrschete.* Ex *Verhandelingen van het bataafsch Genootschap der proefondervindelyke Wysbegeerte te Rotterdam. T. I.* p. 433. in *Samml. auserl. Abhandl. für pr. Aerzte B.* 5. *St.* 3. p. 479. („*der Speichelfluss fieng selten vor dem achten Tag der Krankheit, niemals aber nach dem zwölften Tage derselben an . . . . Wenigen Patienten war es möglich, den Speichel hinterzuschlucken, theils weil das Schlingen an und für sich mit vieler Beschwerlichkeit verknüpft war, theils weil der Speichel einen unangenehmen, kalten und eckelhaften Geschmack hatte . . . . . Mehrentheils war die Zunge mit einer weissen Rinde bedeckt und trocken, und hatte im Anfange der Krank-*

ejusmodi tunc *salivales* nuncupare velle [15]) nih plane interest. Saepissime eae ab irritatione rhei matica seu catarrhali glandularum salivalium v pancreatis (cum angina parotidea affinitate alente) pullulare videntur *). A *febribus pitu tosis* eo differunt, quod hîc secretio morbo non in saliva sed in muco consistit. Salutai esse solet ptyalismus in febribus varii generis [1

heit ihre natürliche Dicke; es fieng aber dieselbe na wenigen Tagen . . . an aufzuschwellen, und diese G schwulst nahm in kurzer Zeit dergestalt überhan dass die Zunge binnen zween Tagen zweymal so di wurde, als sie in ihrem natürlichen Zustande zu se pflegt. Ingleichen schwollen auch der Gaumen, d Züpfchen und die Speicheldrüsen an und wurd schlaff" [16]).

15) *Das Speichelfieber dargestellt von Dr.* F. Chr. S bastian (*Heidelberger Annalen B.* 3. *Heft* 1. p. 1)

*) P. Forestus (observ. et curat. medicinal. Lib. XI obs. 23) scribit anno 1465. mense Octobri, Novem ac Decembri, cum longo tempore constitutio austri permaneret, plurimi non solum in oculorum affec ex defluxione inciderunt, verum etiam *in ptyalismu* Ita et aetate Benedicti, Veronensis medici insigr ut refert L. IV. c. 18. in hac austrina constitutio ptyalismi valde molesti fiebant ore semper saliva pleto. Meretur quoque legi Rondeletius in meth curand. morbis. Lib. II. Item Solander consil. n dicinal. 5 et 11. ut et Ephemerid. Frid. Hoffmar ann. 1700.

16) Rolfinckius ord. et method. med. spec. com Lib. III. sect. II. cap 11. — De Blegny zodiac. m

et maxime in nervosis [17]), dummodo sine aphthis [18]). Verum adeo copiosum salivae profluvium criticum observavimus, ut tabes metus inde oriretur. Remedio fuit *calomel* minimis porrectus dosibus [19]). Aleâ plena alterius generis suppressio fuisset [20]).

§. XXIV.

Gall. ann. I. mens. Octobr. obs. 7. — J. C. Westphal inquisitio in salivationem mercurialem occasione salivationis spontaneae epidemice grassantis. Ephem. acad. nat. curios. cent. 1 et 2. p. 273. — Haen praelect. patholog. T. V. p. 190. — *Samml. auserl. Wahrnehmungen aus der Arzneywissenschaft B.* 1. p. 328.

17) Forest observ. Lib. XIV. obs. 23. ann. 1797—98. — Sal. Wolff diss. de salivationis valore critico. Hal. 1793. Vindobonae aliquoties febres nervosas salivatione terminatas vidi.

18) „Nullo melioris praesagii evacuatio est, quam satis copiosa salivatio sine aphthis.“ Huxham de febre lenta nervosa. Opp. phys. med. T. II. p. 89.

19) Propinavi mercurium contra salivationem principio innixus Brunonis in morbis asthenicis curandis eos eligendos esse stimulos, qui peculiarem in partem maxime affectam exercent vim.

20) „*Es war aber auch gefährlich dem Speichelfluss, durch kaltes Getränk oder andere verkehrte Mittel, zur Unzeit Einhalt zu thun; auf diesen Fehler habe ich bei zween verschiedenen Kranken ein Steifwerden des männlichen Gliedes und einen unwillkührlichen Saamenfluss entstehen sehen, allein dieser locale Krampf verschwand sobald als der Speichelfluss wieder in Gang kam. Bey andern hingegen erfolgten Krämpfe, welche sich über den ganzen Körper erstreckten oder die Muskeln der Gliedmassen befielen.*“ Veirac l. c.

§. XXIV.

Ptyalismus in morbis cutis, nervorum et sensuum.

Ptyal. in morbis cutis.

1. Ptyalismus *scarlatinae gravissimae* et *exanthematis mercurialis* haud rarum symptoma [1]), maxime *variolis malignis adultorum*, regionum inprimis septentrionalium *), addictus est [2]). Etsi inde variolae quantitate haud minui soleant [3]), constat tamen iis confluentibus aegrotos adultos absque ptyalismo in summo versari periculo [4]). Annitendum hinc est, ut dicta salivatio in vigore perstet et conservetur, nec ante diem decimum quartum sistatur [5]); saltem si aeger talem diem adtingat [6]). Nexum *impetigi-num*

1) Editionis secundae P. I. Vol. III. sect. I. cap. 1. §. II. No. 3. — Cap. IX. §. XL. No. 1.

*) „Manspelii rarissime observatur ptyalismus in variolis etiam confluentibus adultorum, . . . sed apud septentrionales is est frequentissimus et salubris.“ Sauvages nosol. method. Class. IX. Gen. XXIII. Spec. 6.

2) Ibid. cap. IV. §. XVIII. No. 3. — Fickius diss. de salivatione spotanea, praecipue variolarum. Jen. 1713. Cfr. Sydenham opp. med. — Morton opp. med. T. III. cap. 8.

3) Schurig l. c. p. 73.

4) Histor. morbor. Vratislav. ann. 1702. p. 7.

5) J. Dolaeus encycloped. med. Lib. IV. cap. 6. p. 797. — Harris de morb. infant. Part. III. p. 150. — Schurig l. c.

6) Sydenham, Morton aliique, quamvis ptyalismi in

num cum salivae secretione, comprobant observationes de ptyalismo *a sudore manuum* 7) *suppresso* et *post herpetem* 8).

2. Imperium *systematis nervorum* in salivae secre- Ptyal. in morbis nervor.

variolis laudes celebraverint, tamen minime ignorabant, sum haud semper salutarem et pluries frustraneum esse. Sio praeterea testantur H. Gruber de arcan. med. non arcan. p. 194. — J. Hellwigius obs. med. 64. — D. Sennertus paralip. ad Institut. 31. — A. Thonerus Lib. III. obs.

7) *Breslauer Samml.* 1726. *B.* 1. p. 727.

8) „Die 15. Maii 1806. Petropoli in consilium vocatus sum pro femina quadraginta circiter annorum, jam sexdecim prolium matre, quae, ultimo partu non ita pridem absoluto, incidit in febrem quasi intermittentem, sed anomalam. In hac febre pruritum ad corporis superficiem magnum experta est, et quamdam circa lumboa, non conspectam a medicis, *impetiginem*. Lochia rite a puerperio fluxerunt; ac prima ab isto menstrua debite apparuerunt, sed a tribus jam hebdomadibus *copiosa salivatio*, sine adhibito mercurio, comparuit: ita ut tria vasa sputatoria replaverit in die. Debilitas abhinc secuta est et corporis emaciatio; pulsus hodie contractus, sano frequentior, genae quidquam rubentes; sapor oris salsus acidusve, sensus ingratus circa ventriculum, aphthae nullae, deglutitio non impedita; sed siccitas oesophagi, quem deglutita saliva irritare videtur; nulla scorbuti vel in gingivis vel alibi signa. Remedia hucusque corroborantia sine sensibili fructu adhibita fuerunt. Proposui vesicans ad nucham et pulverem magnesiae purae ad scrupulum cum radicis ireos Florentinae granis sex ter in die sumendum.“ *Ex schedis Patris.*

secretionem jam ex sputatione frequente a perceptione, recordatione, imaginatione objecti cujusdam ingrati prodit. Excitatur praeterea ptyalismus, ab *animi pathematibus*, praesertim ira [9]); a *narcoticis*, ut datura Stramonium [10]), digitalis purpurea [11]), nicotiana [12]), opium [13]); ab odoribus [14]), a *venenis* e. c. viperae [15]). *Hypochondriaci* et *melancholici* dudum sputatores audiunt [16]).

9) P. II. Vol. I. sect. I. cap. XX. §. LXXXVI. No. 1.

10) Gredino in Ludwigii adversar. med. pract. Vol. I. p. 259.

11) Wilson *philadelphia journal* Vol. I. — Henry *medical and surgical journal* 1811. *No.* 1.

12) Ex nimio fumi nicotianae usu horribili ptyalismo correptus fuit vir quidam podagrico-asthmaticus, de quo narrat J. J. Harder apiar. obs. 43. p. 191.

13) Hufeland's *Journal der pr. Heilkunde B.* 9. *St.* 2. p. 201.

14) C. Th. Bierlingius (adversaria curiosa cent. I. obs. 54. schol. p. 98) de nobili refert femina, quippe quae ab aliquot virginibus in puerperio visitata fuit, quarum crines pulvere de cypro odoratissimo ad albedinem usque conspersi erant; qui odor puerperae tam abominabilis fuit, ut statim exinde in atrocissimos capitis dolores cum insigni ptyalismo lapsa sit, quae ipsam per aliquot annos molestarunt, donec tandem adhibitis variis remediis iterum cessarent, sed tamen nonnunquam, quamvis non tam frequenter, neque tanta cum vehementia recurrerent.

15) Vater diss. de antidoto adversus morsum viperae. In Hallerr collect. disput. T. VI. p. 598.

diunt [16]). Stipatur eorum ptyalismus borborygmis, constipatione, ructu, praecordiorum angustia, somno turbulento, fovetur saepe a coena copiosiori et tunc horis matutinis augetur [17]). Nec minus ptyalismo obnoxiae sunt *hystericae* [18]). Cum

16) Sylvius prax. med. Append. Tract. VII. §. 149. — Fr. Hoffmann diss. de salivae necessar. inspectione („nihil frequentius occurrit in praxi, quam quod *hypochondriaci*, *melancholici*, phthisici, quotidie salivam exapuant largissimam, ita ut in desinenti illa sputatione illa loca, ubi subsistunt sordidissime commaculent; et si materiam per os excretam curiositatis ergo colligere velimus, intra unius horae spatium, praesertim si jejuni aegroti, unciam unam et ultra habere possimus." — Ptyalismum vehementissimum in se ipso annotavit Th. Mermannus, hypochondriacus, ad amicum ita scribens: „Ptyalismus seu saliva mihi alioquin familiaris usque adeo est, ut vix, donec aex vel octo verba proferantur, intermittat, mihique tantum non vitae taedium afferat; noctu enim et somnum prohibet et obruente illo ad tracheam defluit, subitae strangulationis periculum ac metum adducens. Inde pectoris angustia, respiratio difficilis ac dura, qua rascatione valida ac longa, paucaeque pituitae crudae, vitreae, tenuissimae rejectione mitescit; perdurante interim salivatione, seu aquei humoris sputatione nunquam intermissa, ac supra modum molesta ac intolerabili" (consultat. et responsa med. Lib. I. consult. 10).

17) Sauvages l. c. spec. 9.

18) Sydenham *the entire Works. Lond.* 1769. p. 421. („*they spit a thin saliva for many weeks, as if were produced by mercurial unction*"). F. L. Hannemann

Cum *maxillae inferioris convulsione* salivati petua observata est [19]), forte tamen minu ctioni nervorum, quam vi mechanicae gla et ductibus salivalibus illatae tribuenda. E saltem caussa quotidie salivam sub *oscita* actu prosilire videmus [20]). Salivationis *neur facialis* comitis jam meminimus [21]). *Epile* praeter solitam oris spumam, salivatione tam observavimus [22]). In *mania saeviente*, *canina* et *encephalitide phrenetica* saliva co in oris cavum affluens, frequenter in ads conjicitur. Ipsa interdum *cephalaea* ptyali aocium agnoscit, idque nonnunquam cum mine [23]); quod et respectu *vertiginis* acc legimus [24]).

3. S

(Miscell. acad. nat. cur. dec. II. a. 4. obs. 108) trona narrat, quae insignem copiam salivae, li tate aua aquam fontanam superantia, ejecerat, fluxu jam bis summa cum virium prostratione raverat.

19) Daniel *Beyträge zur medicinisch. Gelehrs Th.* 2. p. 727.

20) Nuck l. c. p. 45. („ad oscitationem proni po saepe experiuntur os saliva abundare, quod n nnde, quam quod musculi, quibus oscitatio per simul et glandulae et glandularum ductus salivale primantur, unde omnis, quae in iis continetur os versus demandatur").

21) P. II. Vol. I. sect. II. cap. VI. §. XXVIII. N

22) Ibid. cap. XI. §. LIII. No. 3.

23) Nuck l. c. p. 41. — Schurig l. c. p. 75.

3. Scribitur de *tinnitu aurium* habituali, non nisi salivatione spontanea soluto [25]), deque salivatione a turunda lanea, foetida auri inhaerente [26]). Vel a *narium haemorrhagia suppressa* ptyalismus ortus est, venae sectione fugatus [27]); testimonio, ejusmodi salivationes symptomaticas, methodo morbo primario accommodata curandas esse. Ptyal. in morbis sensuum.

§. XXV.

Ptyalismus in morbis laryngis, pulmonum, oris, tubique intestinalis.

1. Gentilitia sunt sputa aegrotorum *phthisi laryngea et tracheali laborantium*, quatenus copiosissimae salivae innatantia. Singulare est exemplum *peripneumoniae* ptyalismo solutae [1]). — Ptyal. in morbis laryngis et pulmon.

Hippo-

24) Blegny zodiac. med. Gallic. ann. I. mens. Octobr. obs. 7. p. 160. (matrona temperamenti melancholici, *vertigine* correpta est, nullis remediis cedente; ast superveniente ptyalismo, veluti a mercurio excitato, depulsâ).

25) J. Burgius in Miscell. acad. nat. cur. dec. II. ann. 2. obs. 173. p. 338.

26) J. Power *account of an extraordinary ptyalism, and of its cure* (*med. transact. Vol.* 2. p. 34).

27) Acta nat. cur. Vol. X. obs. 9. p. 33.

1) A. P. Nahuys *Wahrnehmung von einer Verhaltung des Urin's und einer Lungenentzündung, welche letztere durch einen kritischen Speichelfluss vollkommen gehoben wurde.* Ex *Verhandelingen van het bataafsch genootschap der proefondervindelyke Wysbegeerte te Rotterdam. T. I.* p. 435. in *Samml. auserl.*

Hippocratis effatum [2]): „Et ubi sanguinem spuere desierit, salivam multam, liquidam exspuit, quandoque vero etiam viscosam“ — alienis potius quam propriis observationibus confirmatum habemus [3]). Salivatio genuina nobis solum in *phthisi pulmonali scorbutica*, atque in conclamata quatenus *aphthis* stipata, obvenit, et nunquam ut legitur [4]), critica. Interea libenter inter signum stadii latentis phthiseos pulmonalis scrophulosae excre-

Abhandl. für pr. Aerzte B. 5. St. 3. p. 502. („es entstand ein solcher Speichelfluss, dass binnen zwölf Stunden ein grosser Napf voll Speichels aus ihrem Munde floss .... Sobald als dieser Speichelfluss zum Vorschein gekommen war, verminderten sich alle Zufälle ...“).

2) De internis affectibus liber.

3) Post sanguinia sputum salivae largam excretionem salutarem annotavit Nuck (l. c. p. 39) in viro literato. Per quatuordecim dies quotidie uncias triginta sex, sive pintam unam cum media salivando reddidit; quod quidem aegrum multum debilitavit, attamen ab imminenti periculosissimo affectu fere liberavit.

4) Exemplum J. P. Wurffbain annotavit (Misc. acad. nat. cur. dec. II. ann. 1. obs. 122) feminae post grave animi pathema in phthisin incidentis, cujus symptomata evanuerunt apparente, sine ulla mercurii exhibitione, salivatione, quae cum septem dies durasset et ob nimiam limpidae et salivosae materiae copiam, resolutionis virium metum injecisset, sensim exhibita fuit. Aliam historiam de phthisi salivatoria recenset E. Hagendorn in histor. med. physic. cent. I. hist. 85.

excretionem matutinam et diurnam phlegmatis salsi et acris admittimus.

2. Quibus morbis *organorum salivalium* ptyalismus addictus sit, ex praecedentibus elucet capitibus. Ipse interdum *calculus* ibi latitans tale provocat profluvium [5]), praesertim masticationis tempore [6]). De salivatione, effectu *odontalgiae*, *cariei dentium* [7]), *glossitidis*, *carcinomatis linguae* [8]), *ulcerum faucium syphiliticorum* [9]), *aphtharum* [10]), *anginarum* [11]) etc., hoc ipso Ptyalismus in morbis oris.

5) Ptyalismus a calculo Sauvagesii (l. c. spec. 18).

6) Sic calculum salivalem latitasse suspicor, in casu a Th. Bartholino enarrato (hist. med. cent. III. hist. 77) viri nobilissimi, qui quotiescunque cibum sumsit, aut quamprimum cibi orditus est masticationem, adeo copiose sputavit, ut sputi torrentem ante pedes stagnare crederes, finito autem prandio statim cessavit ptyalismus.

7) Ptyalismus a carie Sauvagesii (l. c. spec. 19).

8) C. Ph. Gesner lingua tumens, suppurata, cum enormi salivae fluxu. In nov. act. acad. nat. cur. T. I. p. 185. — Bald. Timaeus a Guldenklee de studioso enarrat (casus medicinal. Lips. 1691. Lib. III. cas. 4) qui linguam, etsi sanam, mane attollens lympham copiosam, rivuli instar, extra os profundebat.

9) Ptyalismus syphiliticus Sauvagesii (l. c. spec. 21).

10) Ptyalismus aphthosus Sauvagesii (l. c. spec. 14). Ranoe in Act. R. soc. med. Havn. Vol. III. p. 218. — Reil memorabil. clin. Fasc. II. p. 14.

11) Observationes de ptyalismo in aegritudinibus oris et faucium reperies apud Rondeletum in methodo curand. morb. Lib. II. apud Foresтum in obs. et

ipso in libro quaestio fiet. Interea monuisse juvabit, nihil magis istis in morbis salivationem molestam reddere, abusu pharmacorum dulcium; saliva enim inde viscidior fit et sitis augetur.

Ptyalism. in morbis ubi intestinalis.

3. Agnatus aliquando est ptyalismus *dysphagiae*, idque maximâ aegrotorum molestia [12]). Elicitur porro salivae profluvium a fame, a saburris [13]), ab acidis primarum viarum [14]), a potu aquarum soteriarum [15]), ab acidis mineralibus [16]), a re-

curationibus medicis Lib. XIV. — apud Helmont lat. human. neglig. §. 25.

12) Post cardialgiam deglutitionem laesam in senatore quodam observavit C. Rayoerus, ita ut dictus vir solida quidem facillime, liquida vero neutiquam deglutire, sed aquam cochleatim tantum, absorbere potuerit, statim superveniente quadam salivatione, quae descensum liquorum impedivit. Miscell. acad. nat. curios. dec. 1. ann. 4 et 5. obs. 10. — Cfr. Haase diss. de caussis difficilis deglutitionis. Gotting. p. 16.

13) *Ptyalismus nauseosus, ptyalismus a saburra nidorosa* Sauvagesii (l. c. spec. 1).

14) *Ptyalismus a pyrosi, ptyalismus a soda* Sauvagesii (l. c. spec. 2).

15) Post potum aquarum Spadanarum tantam pituitae quantitatem sputando egessit illustris quaedam matrona, ut duas argenteas pelves, quatuor librarum medicinalium capaces impleret (H. ab Heer observ. oppido rarae obs. I. p. 12). Idem duorum virorum illustrium meminit (l. c. p. 14), qui inter bibendum et post, ptyalismo copioso, maximam aquae evacuarunt partem, ita ut per alios meatus nihil observatu dignum excernerent. De femina narrat Schurio (l. c. p. 81)

a refractis, ut dicunt, emeticorum dosibus [17]), verbo a caussis *ventriculum* irritantibus et *cardialgiâ*. *Vermium intestinalium* familiare symptoma salivatio, interdum quoque *colicae* [18]), *alvi obstructioni* [19]) et *diarrhoeae cohibitae* [20]) addictum est. Ptyalismo ex ventriculo proficiscente,

quae acidulis Egranis tanto cum effectu usa est, ut post vomitum, primo solum die excitatum, omnibus reliquis diebus per quatuor vias simul, scilicet per dejectiones, diuresin, diaphoresin et largissimam salivationem operatio cum Euphoria secuta fuerit.

16) Nitri (Alyon in *mémoires de la societ. méd. d'émulation T. I.* p.198. — Kellie in Duncan's *annals of medecine for* 1797).

17) Huc pertinet etiam *vitriolum album* (sulphas zinci) in minori dosi de quo jam scripsit G. W. Wedelius (amoenitat. mater. med. Lib. II. sect. 2. cap. 16. p. 463).

18) *Ptyalismus Japponicus* Sauvagesii (l. c. spec. 3), ubi per atroces dolores abdominis juxta umbilicum, salivatio inducitur, ut in Flora Japponica (p. 69) legitur.

19) Femina nobilis quadraginta quinque annorum, temperamenti phlegmatici per octo menses ptyalismo vexabatur, ita nonnunquam, ubi per horae spatium sedebat, materia excreata in terram vel pavimentum flueret, cui insignis capitis dolor cum *hebdomadali fere alvi obstructione* conjunctus fuit; a quo tamen malo una cum molestis alvi obstructionibus postmodum, potu cerevisiae Naumburgensis, liberata immunis evasit (Th. Bierling thesaur. theoret. pract. cas. 65).

20) Portal *cours d'anatomie médic. T.* 4. p. 516.

te, remedium in *oxydo bismuthi* [21]) et in *tartari emetici* exiguis portionibus [22]) invenire licet.

§. XXVI.

Ptyalismus in morbis pancreatis, hepatis et lienis, inque scorbuto et arthritide.

Ptyal. in morbis pancreatis.

1. Nullibi autem frequentius observatur ptyalismus quam in morbis *pancreatis*, praesertim ejus *scirrho* [1]). Huc maxime observationes de *ptyalismis senum*, saepe ascite et morte terminatis revocamus, quibus fasti medici abundant [2]). Con-

21) Robertson in *medic. and phys. journal. Juny* 1815.

22) Finlay in *Repert. medic. chirurgico di Torino.* 1828. *Luglio* p. 345.

1) J. P. Frank epit. de cur. hom. morb. Lib. V. p. 90. — Keck in Hufeland's *Journ. der pr. Heilk. B.* 4. *St.* 4. p. 104. — Bang in Act. R. soc. med. Havn. T. III. p. 146. — De Neufville *Versuch einer prakt. Abhandl. von der Sympathie des Verdauungssystems. Gött.* 1786. — Rahn de miro inter caput et viscera abdominalia commercio. Goett. 1771. §. 25. — Rahn (filius) diss. scirrhorum pancreatis diagnosis observationibus pathologico-anatomicis illustrata. Gotting. 1805. — Wedekind de morborum primarum viarum vera notitia. §. 185. — Portal in *mém. de la soc. médicale d'émulation année* 2. p. 144. — Harless *über die Krankheiten des Pancreas. Nürnb.* 1812. p. 18.

2) Sic Baro quidem septuagenario major ptyalismo per menses aliquot tantò continuè molestabatur, ut cibum et potum libere assumere nequiret; tandem adveniente anorexia et crurum sphacelo ad plures emigravit, teste

Confirmat itaque pathologia physiologorum doctrinam, summum nexum inter pancreas et organa salivalia statuentem [3]).

2. Et morbi *hepatis* et *lienis* a ptyalismo haud alieni. An tunc solum ubi illi morbi, ut solent, pancreas in consensum trahunt? „An in hypochondriacis salivatio ex hujus glandulae constrictione“ [4])? — Morbis viscerum abdominalium, etiam quatenus ad *scorbutum* et *arthritidem* viam sternunt, ptyalismum provocant. Quanta enim sit scorbuti et arthritidis in parotides vis, jam indicavimus [5]). Ptyalism. in morbis hepatis et lienis.

3. Et re quidem vera *ptyalismus scorbuticus* medicorum omnis aevi communi consensu stabilitus est [6]). Maxime is inter edendum et tempore somni Ptyalismus scorbuticus.

J. Helwigio obs. 64. — Pastorem quendam sexaginta duorum annorum, complexionis phlegmaticae, per aliquot menses paenè assiduâ salivatione, diu noctuque perseverante molestatum, tandem ascitieum interiisse refert A. Thonarus obs. medicin. Lib. III. obs. 7. — Virum quendam plusquam septuagenarium itidem per ptyalismum placide obiisse, refert E. Königio Regn. animal. Sect. I. art. 5. p. 17 et 20.

3) Haller element. physiologiae T. VI. p. m. 447. — Barth, Siebold op. c. p. 63.

4) Ex schedis paternis. 5) Cap. III. §. XVI. No. 2.

6) Senkert Lib. III. Prax. P. V. S. 11. c. 4. p. 592. — Eugalenus de scorbuto Liber. Hsg. Com. 1658. obs. 68. — Fr. Hoffmann opp. T. III. de scorbuto. obs. 6. — Sauvages l. c. spec. 8. — Roper et Gasto l. c. p. 457.

somni urget Saliva modo insipida est, modo salsa, saepe foetida, semper aquea et viscosa. Socia sunt symptomata scorbuti tum oris tum reliqui corporis, interque haec urinae crassae, subfuscae, aut crassae et rubrae, pulsus parvus, debilis, inaequalis et languor membrorum. Ptyalismus de quo agitur vires magis magisque exhaurit, adeoque sistendus est quantocius. Hunc vero scopum potius curâ oris [7]), quam methodo universali consequimur. Interea suadentur revellentia, epispastica, sinapismi cruribus admovendi, clysteres, eccoprotica, leniaque diapnoica et diuretica [8]).

Ptyalismus arthriticus.

4. Etsi *arthritis* potius in salivae *qualitatem* quam in ejus *quantitatem* influere soleat; nihilominus interdum et haec inde augetur. Sic admirandum exemplum salivationis spontaneae, in singulas decem septimanas mutabile, post arthritidem habetur [9]). Ab arthritide haud alienae salivationes periodicae [10]), podagrae vicariae [11]), ex

7) Cap. XVII. §. LXI.

8) Lind *treatise on the scurvy* etc. *Lond.* 1754.

9) Cap. VII. §. XXX. No. 4.

10) Habitualis salivationis, per sex jam annos, *verno tempore*, semper redeuntis, copiosissimae, ac vires prosternentis, — vesicatorio tandem ad nucham posito sanatae exemplum refert Bloch (*med. Bemerkungen* p. 201). Plures casus adducit C. Medicus (*von periodischen Krankheiten* p. 100).

11) Fr. Hoffmann de podagra retrocedente §. 2.

ex calculo [12]), pedumque refrigerio [13]). Sicuti autem evacuationes arthriticae in genere temere non supprimendae, ita *et* ejusmodi ptyalismus aliquando *criticus* [14]). Maxime hic juvat caussam arthriticam, juxta praecepta alibi tradenda [15]), a glandulis salivalibus derivare ac ope transpirationis ac urinae eliminare.

§. XXVII.

Ptyalismus in morbis viarum urinalium partiumque genitalium.

1. Nexum *salivam* inter et *lotium* jam ex supra allata observatione [1]), aegroti febre quotidiana laborantis, quique adveniente paroxysmo utrosque humores reprimere nequierat, intelligere pote- Ptyalism. in morbis viar. urinal.

12) §. XXV. No. 2.

13) Ex hac caussa ei prava concoctione repetiit ptyalismum suum J. N. Binnigerus (observat. medic. cent. I. obs. 10). Refert nimirum se sputatione fere continuâ dierum aliquot correptum fuisse, noctu ita invalescente, ut, dum decumberet ex ore reclinato stillarit aqua limpidissima, insipida, ac si e gutturnio indesinenter decideret.

14) De arthritide ptyalismo soluta vide J. A. Hünerwolff in Misc. acad. nat. cur. dec. II. ann. 9. obs. 102. In septuagenario, inquiens, Arnstadii morbificae materiae arthriticae ad fauces et palatum notavi metastasin, subsecuto ptyalismo ultra quatuordecim dies durante.

15) P. IV. sect. I. cap. de arthritide.

1) §. XXIII. No. 1.

poteris. Accedunt observationes de ptyalismo copioso ex imminuta urinae secretione ac restituto lotio, cessato [2]); de mercurio salivationis loco urinarum profluvium excitante [3]); de hydrope per salivationem curato [4]); de ptyalismo urinoso [5]); de salivae in diabete suppressione deque salivatione in morbo renum [6]).

Ptyalism. in morbis partium genitalium.

2. Periodica salivatio apud virgines non paucas, quae primum *menses* pati incoeperunt, observata est. Per triginta vel quadraginta dies continuaverat haec excretio, dein sponte cessaverat, iterumque redibat, sub aestate fortior, quin sanitas laederetur, vel menstruorum ordo turbatus esset [7]). In *gravidis* non solum sputatio frequens,

2) S. Daniel *a case of ptyalism, apparently occasioned by a diminished secretion of urine* (*med. communications Vol.* 1. p. 155). — Crewkhorne in Michaelis *med. Beyträge B.* 1. §. 10.

3) Schlichting in Act. phys. med. Vol. VIII. obs. 8. p. 25.

4) Ernius Ephem. acad. nat. cur. dec. II. ann. 4. obs. 36.

5) Waller in Actis Upsalens. p. 156. — Tulpius obs. med. Lib. III. hist. 22. — Helvetius oeconom. animal. p. 156.

6) Hufeland's *Journal der pr. Heilk. B.* 13. *St.* 3. p. 51. 65. 78.

7) G. Chr. Maternus de Ciliano de salivatione spontanea, sub melancholia et mensium suppressione pertinaciter continuante. Act. acad. nat. curios. Vol. X. p. 98. De salivatione ex mensibus inordinatis vide etiam G. Heberden de morbor. hist. et curatione p. m. 106.

quens, sed interdum vera etiam salivatio. Quam tam fortem, cum aliis [8]), observavimus [9]), quasi mercurium mulieres assumpsissent. Feminae exemplum adducitur, quae quum jam decem filios utero gestasset, toties salivationem experta erat [10]). Salivae atque simul lacrymarum fluxum patiebatur gravida [11]). Legitur quoque de salivatione critica a *lochiorum* suppressione orta [12]).

§. XXVIII.

Ptyalismus mercurialis.

1. Praeter vim mercurii in corpus humanum universum, nec cuti [1]), nec nervis [2]), nec glandulis parcentem [3]), peculiare adhuc illius in labia, Notio.

8) Reusnerus in Act. acad. nat. cur. Vol. I. p. 90.

9) Vindobonae in uxore musici celebris Clement.

10) Goetzius Act. acad. nat. curios. Vol. II. p. 457.

11) In Actis acad. nat. curios. dec. II. ann. 8. p. 229.

12) G. Rees *practical observations on disorders of the stomach. Lond.* 1810.

1) Editionis secundae P. I. Vol. III. sect. I. cap. IX. de exanthemate mercuriali.

2) P. II. Vol. I. sect. II. cap. IX. §. XLIV. No. 8. de tremore metallurgorum.

3) C. St. Scheffel de noxis in corpus humanum ex abusu mercurialium horumque remediis. Gryph. 1718. — J. G. Baier de mercurii in corpus humanum agendi modo secundum leges physicas. Altd. 1739. — G. Key *a dissertat. on the effects of mercury. Lond.* 1747. — J. S. Th. Stoll de mercurii in solidas corporis humani haerentis noxa. Argent. 1760. — J. R. Spielmann resp. J. Fr. Ehrmann diss. de hydrargyri prae-

labia, buccas, glandulas salivales, dentes, gingivas, alveolos et fauces exstat imperium, maxime aucta salivae secretione manifestum; *ptyalismus mercurialis.*

Literatura. 2. Circa ejusmodi ptyalismum, omnium communissimum, versati sunt scriptores de morbis systematis salivalis [4]) et de cura luis venereae [5]). Plurimae quoque habentur de eodem argumento dissertationes inaugurales [6]) etc. [7]).

3. Tria

paratorum internorum in sanguinem effectibus. Argent. 1761. in SANDIFORTI thes. Vol. I. No. 20. — MAERY de actione mercurii in corpus humanum salubri et noxia. Tuiscob. 1774. — *Chemico-medical dissertation on mercury, on its various proportions and mode of operating. Lond.* 1774. — BRENDEL Progr. de inopinatis ex mercurio dulci noxis. Opuscul. T. I. p. 69. — SCHREIER diss. de morbo mercuriali. Erfurt. 1792. — CHR. M. ZELLER diss. sistens experimenta quaedam circa effectus hydrargyri in animalia viva. Tüb. 1808. — A. MATHIAS *the mercurial disease.* 3. *edit. London* 1816. — L. BOCHARDT *über die Wirkungen der Mercurialpräparate auf den menschlichen Organismus. Gmünd* 1827. — GASPARD *mémoire sur le mercure;* in MAGENDIE *Journal de physiologie expérimentale. T. I.* p. 165. — A. COLSON *sur les effets du mercure sur l'économie animale;* in *Revue médicale* 1828. *Janvier.* p. 1. *Fevrier* p. 223.

4) Cap. III. §. XII. No. 1.

5) P. IV. Vol. II. sect. II. cap. de syphilide.

6) TRUMPHIUS diss. de salivatione mercuriali. Jen. 1668. — ALBINUS diss. de salivatione mercuriali. Fr. ad Viadr. 1689. In HALLERI collect. disput. pract. P. I. No. 26. — J. M. HOFFMANN diss. de salivatione mer-

3. Tria potissimum symptomata ptyalismum mercurialem e longinquo praesagire solent, nimirum gingivae sub pyramidum formâ prolatae, solitoque magis rubentes; oris sapor aeruginosus; atque halitus foetore specifico insignitur [8]). Ingruente Symptomata.

curiali. Altdorf. 1692. — Wilhelmi diss. de salivatione mercuriali. Lugd. Bat. 1694. — Rast diss. de salivatione mercuriali. Regiom. 1705. — Stahl diss. de salivatione mercuriali aliis praeter luem veneream morbis rebellibus exstirpandis pari. Hal. 1710. — Camerarius diss. de salivatione sine salivatione. Tubing. 1711. In Halleri collect. citat. T. I. no. 29. — De Pré diss. de erroribus circa salivationem mercurialem. Erf. 1726. — Alberti diss. de hydrargyrosi, seu de salivatione ope mercurii. Hal. 1740. —. W. Chr. Hoffmann diss. de salivatione mercuriali. Giess. 1743. — Büchner progr. de hydrargyri reliquiis a salivatione expellendis. Hal. 1747. — Borellus diss. de salivatione artificiali. Marp. 1752. — Grainger diss. de modo excitandi ptyalismum et morbis inde pendentibus. In Halleri collect. citat. T. I. No. 32. — Paxton diss. de salivatione et hydrargyri usu. Append. ad *essay concerning the body* etc.

7) Richelmi *considerations sur le ptyalisme mercuriel.* — A. Ressaire *essai sur la salivation ou le ptyalisme mercuriel. Paris* 1812. — Robertson in *medic. and physic. journal edited by* Fothergill *and* Want. 1815. *June.* — C. G. Th. Oppert *Bemerkungen über die* angina faucium mercurialis, *als Nachkrankheit syphilitischer Uebel. Berlin* 1827.

8) Verè Swieten (comment. in aph. Boerhaavii §. 1470): „Sequitur tunc halitus foetor insolitus, molestus aegro, nec minus adstantibus, salivationis brevi

gruente malo, calent primo oris interna, ac sputum copiosum injucunde sapit. Gingivae phlogoseos indicia [9]) prae se ferunt, livent, tument magnaque ex parte dentes obducunt et exulcerationes exhibent. Dentes erigi videntur, stupent, dolent, graviorique in morbo vacillant, excidunt. Buccae rigescunt, ac glandulae salivales saepe volumine augentur. Intus malae, praecipue circa ductuum salivalium ora, ulcusculis cineritiis, dolentibus, olentibus, fugacibus, notantur. Ejusdem generis ulcuscula orificia ductus Whartoniani obsident. Lingua tumet, albet superius, et maxime ad margines, ubi dentes tangit, exulceratur. Rubor, tumor et ulcuscula (*aphthae mercuriales* [10])) nec tonsillis reliquisque faucibus parcent. Quibus a malis pro re nata loquelam, gustum, manduca-

secuturae signum, et qui toto tempore salivationis manet. Qui versati sunt in his morbis curandis, de salivatione futura non dubitant, simulac, cubiculum ingressi, ingratum hunc cadaverosum (?) foetorem percipiunt."

9) Cap. XXIII. §. CIII. No. 1.

10) „*Aphthae mercuriales* sunt ulcuscula dolorifica, sordida, foetida, quae potissimum ad latera et basin linguae, ad interiora genarum, in extremo ductu Stenoniano confertim erumpunt ob fortiorem hydrargyrosin, aut repetitum panaceae, aquilae albae etc. usum, cum dolore, foetore, ptyalismo, linguae intumescentia, angina, oris aperiendi difficultate et sequenti strictura, qua aegri dicuntur capistrati." Sauvages nosol. method. Class. III. Ord. I. Gen. X. Spec. 4.

ducationem et deglutitionem impediri debere liquet. Interea saliva viscida (vix tamen mercurium continens *), olidaque, pleno rivo, nychthemeri spatio ad libras tres, quatuor et ultra, ex ore manat. Somnus et decubitus supinus inde impediuntur [11]). Febris, horis vespertinis urgens, plerumque circa tertium morbi diem evolvitur, sociis anxietate, animi inconsueta irritabilitate [12]), capitis, praesertim occipitis, dolore, et haud raro delirio. Procedente salivatione minuuntur utplurimum reliquae secretiones et excretiones, praeter sudorem saepe olentem. Urina pauca, profunde et aliquando sanguine tincta [13]), sedimentum puriforme deponit. Contenditur eam mercurii vestigia exhibuisse **). Alvus solito clausa [14]), aliàs, praeuntibus torminibus abdominis, liquida.

*) Vellet quidem, aet nequit mercurii in saliva ejusmodi praesentiam demonstrare Colson (l. c.).

11) „Qui in tali situ obdormire vel incoeperint, mox peribant convulsi.“ Swieten l. c.

12) An propter hepar a vi mercurii irritatum?

13) Grainger l. c.

**) Alex. Traj. Petronius de morbo gallico Lib. VI. cap. 1 („cum urina, quando spumosa, bullas argento vivo obductas, et quod mirum est supernatantes, has quidem milio majores has vero minores reddebat .... Ubi urina sine spuma fuerat, tales bullae non apparuere, sed illud postremo dubium omne dissolvit, *quod aureus nummus ab illis albo colore inficeretur*“).

14) „Saepe nihil foecum, per unam, duas, raro tres septimanas videre fuit.“ Grainger l. c.

liquida. Nonnulli vomunt, haemorrhagias [15]) a gingivis nonnunquam, a lingua saepius, a faucibus aliquando, a dente carie exeso rarissime [16]) patiuntur, aut exanthema [17]). Et praeterea auditus sputantium interdum imminutus, aliquando acutior, dolorosus.

Caussae. 4. Tanta est plurimorum hominum, inprimis hypochondriasi, haemorrhoidibus, ictero et scorbuto laborantium ad salivationem proclivitas; ut vel minima mercurii quantitas eam excitare valeat. Vidimus videruntque alii [18]) salivationem ab exigua illa cinnabaris dosi, quae in pulvere antispasmodico rubro Stahlii continetur, — ab aethiope antimoniali et calomel [19]) ad pauca grana porrectis, — a parvis mercurii sublimati corrosivi (in genere parum ori infensi) dosibus [20]), — ab

15) In casu ab E. Camerario allato (diss. taurin. epist. phys. med. 7. p. 29) oris interna in ulcus abière, et semilacera profundisque hians fissuris lingua, putridaeque gingivae ac fauces, per aliquot noctes tantam sanguinis copiam largiebantur, ut aeger et adstantes in terrorem conjicerentur.

16) Turner sypbilis p. 202.

17) „*Hoc tempore quoque efflorescit plerumque cutis.*“ Grainger l. c. — Itaque exanthematis mercurialis notio antiquior quam vulgo creditur.

18) Riedlin lin. med. 1695. p. 277.

19) *The Dublin hospital reports and communications. Vol.* 4. (casus lethalis).

20) Colson l. c.

ab usu externo mercurii praecipitati rubri [21]), — a cingulo mercuriali [22]) — ab unguentis contra pediculos [23]) et psoram [24]), — ab atmosphaera mercuriali [25]), — a gressu super mercurium vivum [26]), — ab eo in nave effuso [27]), — a mora in fodinis metallicis [28]), — a tractatione mercurii conficiendo thermometra, bariscopia [29]), aurum elaborando [30]) etc. — Maxime terribiles fuere ptyalismi

21) Fabr. Hildan. observ. chirurg. Cent. V. obs. 94. — J. Hunter *treatise on the venereal diseases. Lond.* 1786. — Siebold *Chiron. Th.* 1. p. 69.

22) Bartholinus cent. III. hist. 19.

23) Stisser in Miscell. acad. nat. cur. dec. I. ann. 8. — Roper l. c.

24) P. Jalon in Miscell. acad. nat. curios. dec. II. ann. 6. obs. 107. — Hennemann in Rust's *Magazin für die gesammte Heilk. B.* 18. *Heft* 2. p. 318.

25) Observationes Hildani (centur. V. obs. 98), Goulardi (*sur les maladies vénériennes* p. 51), Colson (l. c.) etc. de custodibus, chirurgis aliisque a salivatione mercuriali correptis, quum inter aegros qui frictionibus mercurialibus utebantur, degissent, propria confirmat experientia.

26) Acts medic. Berolinensia. Vol. II. p. 68.

27) Tilloch *Philosophic. Magazine* 1824. *Januar.* — *London medical repository Vol.* 21. p. 459. — *Philadelphia Gazette and Literary Register* 1824. 23. *Mart.* — Gerson *Magazin der ausl. Literat. der gesammten Heilkunde* 1824. *July, August.* p. 159. — Colson l. c.

28) E. Brown in *philosoph. transact. y.* 1669. *Novembre.* — Ramazzini *maladies des artisans, traduit par* Fourcroy p. 10. — Colson l. c.

29) Stisserus l. c. 30) Riverius obs. cent. II. obs. 91.

ptyalismi quondam consulto ope unguenti mercurialis ad syphilidem curandam excitati [31]). Eorum plures conspeximus a frigore sub usu mercurii suscepto. Item ab insano hydrargyri abusu contra vermes intestinales [32]), hepatitidem, encephalitidem, scirrhum uteri aliosque morbos.

Diagnosis. 5. Etiamsi mercurius salivationem aliquando illico excitet [33]), longe tamen saepius temporis spatium conspicuum inter caussam et effectum decurrit [34]). Quo in casu, praesertim in aegroto nobis

31) Videatur Swieten l. c. §. 1473.

32) A. 1818. mense Majo Vilnae ad formosam femiuam, alterius medici tunc absentis ab urbe aegram, vocatus sum. Videas, inquit terribilem *fluxionem*, quâ laboro. Revera universum oris cavum exulceratum fuit, ac continuo saliva ex ore manabat. Quum autem cubiculum intrando mox odorem halitus mercurialis percepissem; non agitur de fluxione, respondi, sed de mercurii effectu. Quo morbo antea laborasti? Vermibus intestinalibus. Quibusnam pharmacis usa es? Eu formulam. Sic legebatur: R. Pulveris semiuum Santonici unciam unam. Radicis valerianae unciam semis. Calomel drachmam unam. M. D. S. Cap. quotidie mane cochlear cofeauum. — Boue Deus! Et medicus fuerat ceterum primi ordiuis . . . .

33) Vapores cinuabaris ex cereis accensis manantes, spatio paucarum horarum salivationem produxisse legitur iu *the London medical and physical journal. March* 1827. *New series Vol.* 2. *No.* 9. Et apud Froriep *Notizen aus dem Gebiete der Natur- und Heilk. Jun.* 1827. *B.* 17. *No.* 17. p. 265.

34) Devictâ syphilide, pluries a mercurii ulteriori usu,

nobis antea ignoto, diagnosis indolis ptyalismi ardua foret, nisi sapor oris aeruginosus et maxime odor specificus halitus latentem hydrargyrosin mox patefacerent. Praeterea vix alterius generis ptyalismus, scorbutico quodammodo excepto, tanta oris affectione stipatur ac mercurialis.

6. Adde et nullum alium ptyalismum tot tantasque insidias struere. Concedimus quidem plurima mala, quae hydrargyro ad gravem salivationem usque porrecto adscribi solent, e. c. ejus moram inter laminas cranii [35]), coecitatem [36]), auditum difficilem [37]), ossa cariosa [38]), epilepsiam [39]), Prognosis.

stru-

quin salivationis indicium apparuisset, destiti; aegrotis ob id inquietis praedicendo, optatum ptyalismum commode adventurum fore; quod in multis revera elapsis mensibus sex, octo, accidit. De salivatione duodecim post usum mercurii annis ortam testatur G. Fordyce (*review of the venereal disease* p. 103); et de alia post octo annos Colson (l. c.).

35) „Mercurius vel a fucis mercurialibus, vel ab unguentis ad ptyalismum movendis adhibitis, vel ab hydrargyri praeparatis intro sumptis, interdum intra cranii laminas colligitur, unde dolores capitis oriuntur crudelissimi qui raro sine trepano (!) perfectè curantur, juxta Th. Mayern prax. medic. Lib. I. cap. 8. p. 76.“ Schurig l. c. p. 105.

36) Th. Willis tract. de anima brutor. P. II. cap. 2. p. 251. — Fabric. Hildanus obs. chirurg. cent. V. obs. 13. opp. fol. 396.

37) Timaeus a Guldenklee epistol. medicinal. Lib. I. epist. 29. — J. Muralt script. chirurg. histor. 208. — Cfr. cap. XXXIV. §. CXXX. No. 3.

strumam [40]) etc. partim dubiis subjici, partimque aliis caussis, et maxime ipsis morbis, contra quos hydrargyrum, forte tarde nimis, usurpatum fuit, adscribenda esse; sed nemo nobis negabit, sputum noctu diuque fluens, vix non omnem somnum miseris impedire, ac interdum suffocationis metum injicere [41]); — pretiosi humoris jacturam plerumque ad plures hebdomades [42]), aliquando ad nonnullos menses et ultra [43]) protractam corpus penitus exhaurire ac interdum tabi lethali viam sternere [44]); — vim mercurii in systema lympha-

38) Marcell. Donatus mirabil. histor. med. Lib. V. cap. 1.

39) Tim. a Guldenklee l. c. respons. 43.

40) Schurig l. c. p. 107.

41) In observatione supra allata P. Jaloni, loquela et deglutitio interceptae erant, atque facies in immensum aucta et lividitate perfusa instar suspensi et illico suffocandi hominis.

42) „Si quatuor librae exeant quotidie, triginta dierum spatio exibunt centum viginti librae, et eo plures, quo diutius salivatio protrahitur, vel major copia exspuitur quotidie.“ Swieten l. c. §. 1471.

43) Linnaeus (flora Suecica) de ptyalismo unius anni loquitur, ac similia exempla enarrat Swediaur (*traité complet sur les symptômes, les effets, la nature et le traitement des maladies syphilitiques*).

44) Fr. Dekkers (exercitat. med. pract. cap. 5. p. 300) tantam corporis macredinem a salivatione mercuriali observavit, ut sceleton cute inductum esse dixisses. — Virginis meminit R. Morton (phthisiologia Lib. I.

lymphaticum saepius latentem scrophulam provocare; — aegros haud raro in flore aetatis aut edentulos, aut ulceribus vel clausura oris [45]), aut atresia vel excrescentiis linguae [46]) mulctatos e morbo resurgere; aut saltem halitum foetidum et dentes nigros per totum vitae curriculum servare, ne iterum de haemorrhagiis dicamus, aut de sphacelo [47])!

7. Ne haec culpâ fiant tua, sequentes tibi sacrae sunto cautelae: 1° mercurium nunquam ibi praescribere, ubi pharmaca tutiora illius agere Prophylaxis.

cap. 9) quae a salivatione mercuriali ad curandas scrophulas excitata in lethalem tabem incidit.

45) Oris clausuram observavit J. N. Binninger (observ. medicinal cent. V. obs. 76) scilicet contractis maxillae musculis os utrinque ita claudebatur, ut non nisi intrusis cuneis aperiri leviter posset, subito obserandum; atque ita aeger unam et viginti septimanas cum tali oris clausura, salivatione glutinosa, quovis cadavere et stercore putidiori indefessa et copiosissima, dentibus omnibus mirum in modum elongatis, denudatis, vacillantibus, nigerrimis et quandoque deciduis, appetitu quidem, sed manducandi impossibilitate, transegit, cum maximo strangulationis metu etc.

46) Cap. XXVII. §. CVI. No. 2.

47) Sphacelum, a quo lingua, gingiva, fauces, maxillae, imo tota facies eum maximo foetore absumebantur, et aeger tristi spectaculo vitam misere amisit, post largam salivationem observavit J. Dolaeus (Miscell. acad. nat. curios. dec. II. ann. 4. obs. 120). „Et sexcenta ejusmodi exempla." Sehurio l. c. p. 108.

possunt vices [48]), idque maxime si aegri habitus ad vim mercurii sustinendam haud fuerit idoneus; 2° gingivarum, dentium, linguae, saporis et halitus conditiones, priusquam mercurius exhibeatur, prope examinare, quum aliàs effectus remedii in os neutiquam determinare poteris [49]); 3° aegrum mercurium sumentem, etsi morbus quo laborat id per se non exposcat, crebro, remedii caussa, visitare; 4° hoc praeceptum tunc inprimis coram oculis habere, ubi talis mercurii praeparatio praescripta fuit, quae prae ceteris salivationem gignere solet, ut e. c. calomel, mercurius solubilis Hahnemanni; 5° invigilare ut haec pharmaca bonae sint notae; et 6° aegrotis sub mercuriali cura constitutis severum, maxime quoad temperaturam aëris atque ad victum, inculcare regimen [50]).

Cura. 8. Praesente ptyalismo mercuriali ante omnia aegrotum perseveranti forte hydrargyri actioni subtra-

48) Ut virgis caedantur digni, qui ubi alvum tamarindis, rheo, oleo ricini, cremore tartari movere possent, ad calomel confugiunt!

49) Ad nobilissimum aegrum, qui mercurio utebatur, consilii gratia vocatus, in conditionem quum inquisiverim gingivarum, quae mihi jam a pharmaco laesae videbantur, medicus ordinarius, aegrum gingivas semper sic constitutas habere, respondit. Hic autem mox prorupit: *comment pouvez vous le savoir docteur, vous qui ne m'avez jamais examiné la bouche avant que j'aie commencé à prendre le remède?*

50) Multa de hoc argumento in tractatu de syphilide.

subtrahere oportet. Quod praeceptum inprimis respectu atmosphaerae vaporibus mercurialibus imbutae et mercurii a frictionibus in cute relicti, valet. Hîc illico detrahantur tibialia, femoralia, indusium, lecti linteamina, totaque cutis depuretur, idque, nisi aeger febricitet, balnei tepidi ope. Conditio enim febrilis cum fortiori phlogosi sive glandularum salivalium, sive oris interni, sine ambaginibus *phlebotomiam* exposcit [51]) haud tamen facile reiterandam. Peracta sanguinis (interdum ut narratur mercurii vestigia exhibentis [52])) evacuatione universali, ad localem *hirudinum* ope deveniendum, quibuscum, si febris deesset, morbi cura ordiri posset. Alvus clausa *clystere emolliente* movenda, non neglectis lenibus *eccoproticis*, e. c. *mannae in sero lactis solutione.* Cave enim a purgantibus fortioribus, utpote periculosis [53]). Os foveatur decoctibus sive

51) Nunquam penituit hoc Swietenii consilium (l. c. §. 1475) secutum esse.

52) Zeller l. c. — Colson l. c. („*Je m'étais muni d'une lame de cuivre jaune (cuivre et zinc) parfaitement décapée, sur laquelle je dirigeai le jet du sang pendant tout le temps de la saignée; il retombait de là dans une cuvette en faïence: je laissai ensuite cette lame à demeure avec le sang dans la cuvette, et au bout de vingt-quatre heures je l'examinai, après l'avoir légèrement lavée et essuyée. Il était alors facile d'y reconnaitre des plaques de mercure*").

53) Boerhaavius vidit nobilem Anglum extinctum fuisse dum ob nimiam salivationem violenter manu

sive *herbae malvae rotundifoliae* sive *radicis althaeae officinalis*, sive seminum *hordei distichi*, cum aut sine lacte tepide adhibendis. Si oris fotus molestus evaderet, allata decocta leni manu syringis ope injicienda forent. Potus exhibeatur mucilaginosus, non frigidus. Pro victu juscula ex avena, hordeo, oryza parata. Atmosphaera esto calidior, ac in morbis inflammatoriis solito requiri solet. Abstineatur tamen a velamentis laneis quibus plurimi caput et collum obducere solent. Aliud enim est transpirationi universali prospicere, aliud humores ad partes affectas pellere.

Continuatio argumenti.

9. Indicatâ methodo morbus, illico decrescere, atque spatio unius alteriusve hebdomadis evanescere solet. Quodsi solito rebellior *foret*, alia praesto sunt auxilia juxta varias rerum positiones eligenda. Corpus a salivatione mercuriali exhaustum nihil melius refocillat *lacte*, majori sub atonia *decocto cinchonae* juncto [54]). Laxitati oris interni *collutoria adstringentia* prospicere dicuntur [55]); nos autem nonnisi damna inde experti

purgatus fuisset (HAEN praelect. patholog. T. V. p. 192). Mercurio per drastica ad alvum determinato, libras sanguinis exivisse testatur idem HAEN (l. c.) qui plures abhinc mortuos esse novit.

54) Mane et vespere quatuor uncias lactis cum unciis duabus decocti corticis.

55) e. c. decocta foliorum myrti, plantaginis, rosarum rubrarum, nucum cypressi, acaciae, corticis peruviani,

perti sumus. Verum sensui partium affectarum nimio *collutoria emollientia* cum aliquot *laudani liquidi* SYDENHAMI guttis cum successu opposuimus. Item *boracem* [56]). Cave a *remediis saturninis*, pro usu externo [57]) et interno [58]) propositis, dentes enim primo in casu in perpetuum nigros reddunt [59]), et in altero inconsultum sane est, metallo metallum, veneno venenum superaddere. Qua etiam de caussa methodus, salivationem mercuria-

aquam calcis, alumen; aut sequens formula mihi speciatim commendata: R. Aquae rosarum, tincturae gummi laccae ää uncias tres, spiritus cochleareae unciam unam cum dimidia, lavendulae unciam dimidiam. Tincturae cinnamomi guttas quindecim olei de cedro, caryophyllorum guttas duas. Mellis rosati drachmam unam. M.

56) Praescribo drachmam unam boracis ad libram decocti emollientis. — Cum aqua calcis et melle boracem commendat contra diuturnas salivationes BELL (*venerische Krankheit. B.* 2. p. 225) et sine melle KORTUM (HUFELAND *Journ. der pr. Heilk. B.* 10. *St.* 2. p. 35).

57) Collutorium ex saccharo saturni et infuso vinoso herbarum laudatur a LABONARDIÈRE in *séance publique de la société de médecine à Lyon ann.* 8. Vid. *Samml. auserl. Abhandl. für pr. Aerzte B.* 20. p. 490.

58) Ad grana decem pro dosi (!) cum pulvere Doveri exhibere suadet E. DANIEL in *Gazette of health.* 1828. *Mai. No.* 149. p. 153.

59) Sic magno animi mei dolore in matrona ex Rossia Alba Vilnam consilii medici gratia profecta, expertus sum. Ptyalismum chronicum ex abusu mercurii adversus morbum hepatis exhibuit aegra.

curialem curandi, vel mercurii dosin successive augendo [60]), vel illius praeparationes mutando [61]), vel eandem praeparationem alia ratione adhibendo [62]), nunquam suffragia nostra obtinuit. Circa usum *oximuriatis calcis* ad ulcera oris mercurialia depuranda [63]), propria destituimur experientia. Idem de *auri* [64]) praescriptione fateri adigimur. Contra multiplici experientia vim *sulphuris* [65]) adversus salivationem mercurialem chronicam aliosque pravos hydrargyri effectus comprobatam habemus; idque inprimis sub forma tam gaz sic dicti *hepatici*, juxta HAHNEMANNI methodum [66]), quam *thermarum sulphurearum* pro

60) T. TREVIRANUS in *Salzburg. med. chir. Zeitung.* 1798. *B.* 2. p. 385.

61) BRERA commentarii medici dec. I. T. I. p. 57.

62) RITTER in HUFELAND's *Journ. der pr. Heilk. B.* 11. *St.* 2. p. 115.

63) *Notice sur l'emploi en médecine du chlorure de soude, par* G. DARLING. Ex *medical repository, fevr.* 1826. p. 139. in *bulletin des sciences médicales. Mai.* 1826. p. 91. — CHR. HEIBERG *gesammelte Erfahrungen über die Heilkraft des Chlorkalks. Christiania* 1827 (dosis a drachma una ad drachmas duas in unciis octo aquae).

64) COLSON l. c.

65) PAPINO diss. de sulphureto calcis optimo contra salivationem mercurialem remedio. Gröning. 1796.

66) R. Sulphuris, pulveris ostrearum, ââ partes aequales. Per decem minuta fluant in crucibulo. Misce. Hujus pulveris exhibeantur omni bihorio grana quinque, vel decem, atque potus acidulus superingeratur, ut

pro balneis; eorum enim potum nec acerrimo suaderemus inimico. Id solum balneis sulphureis objiciendum, quod mercurii pravos effectus cum bonis delent, unde saepius devicta jam syphilis inde recrudescit. De remediis adversus hydrargyri abusum loqui haud cessabimus, quin iterum [67]) *infuso radicis inulae helenii* debitam tribuamus laudem. Accedit consilium convalescentes a ptyalismo mercuriali rus mittendi, iisque victum ex vegetabilibus recentibus ac carne juniorum animalium commendandi.

Caput VII.

De salivae secretione imminutâ, depravatâ ejusque excretione incongruâ.

§. XXIX.

Salivae secretio imminuta.

1. Imminuitur saliva vel ex defectu secretionis, vel ex impedimentis in ductibus salivalibus. Notio.

2. *Sa-*

aer hepaticus in ipso stomacho evolvatur (Hahnemann *Unterricht für Wundärzte über die venerischen Krankheiten* p. 241. 390).

67) P. II. Vol. I. Sect. II. cap. IX. §. XLV. No. 4.

Defectus secretionis.

2. *Salivae secretio imminuitur*, quin immo *supprimitur* in febribus, exanthematibus, inflammationibus, dentitione laboriosa, diabete, scorbuto etc., quatenus maxima oris siccitate stipantur. Item vi animi pathematum, inprimis irae atque timoris [1]). Num imminutâ vel suppressâ salivae secretione, partes, quae ejusmodi liquoris ope eliminari debuissent, in massa humorum retentae, sicuti bilis in ictero, urina in ischuria renali, detrimentum afferant, non audemus determinare. Verisimile id videtur, si perpendamus mala ex suppressa salivatione orta, febres [2])

1) Legitur in *Bulletin des sciences médicales* (*Mai* 1828. p. 30) ex opere Jac. Annesley (*researches into the causes, nature and treatment of the more prevalent diseases of India*): „*Quand un vol a été commis dans une famille Indienne, on appelle un devin* (*a conjurer*), *et pour qu'il puisse exercer son art, on fait des grands préparatifs ; on laisse d'abord passer quelques jours pour donner le temps au coupable de rendre l'objet volé; si, au bout du temps fixé, l'objet n'a pas été rendu, le devin procède à ses opérations, parmi lesquelles se trouve l'épreuve suivante; on apporte une certaine quantité de riz bouilli, on en fait manger à tous les individus suspects, et après qu'il l'ont mâché pendant un certain temps, on leur dit de le rejeter sur des feuilles séparées ou sur toute autre chose propre à permettre l'examen. Le devin examine ensuite très soigneusement ce riz mâché, et à l'instant indique le coupable, d'après l'état du riz qu'il a mâché, parce que ce dernier est parfaitement sec, tandis que celui des autres est humecté par la salive.*"

bres [2]) nimirum, dyspnoeam [3]), spasmos et convulsiones [4]), dysphagiam [5]), apoplexiam [6]), ophthalmias [7]), atque salivationem criticam. Certum est ex defectu salivae linguae motum tum loquendo, tum masticando, impediri, gustum deleri, deglutionemque et digestionem laedi. Forte malum inde aggravatur, quod simul et pancreas secretionem recusat. Interea narrantur exempla, dubia sane, deficientis salivae, optima caeterum perstante sanitate [8]). In morborum autem curatione major optandus foret salivae respectus, ad quam plurimis in morbis eliciendam, materia medica non inaniter *sialagoga* varii generis exhibet, videlicet gargarismata, injectiones, cataplasmata fotumque ex herbis emollientibus; — apo-

2) Barth. Siebold l. c. p. 113.

3) *Samml. auserl. Wahrnehmungen. Frankf. und Leipz.* 1759. *B.* 3. p. 18.

4) *Medical observations and inquiries Vol.* 3. p. 241.

5) Fr. Hoffmann opp. T. IV. p. 4. c. 7. obs. 8.

6) G. G. Th. Kortum diss. de apoplexia nervosa. Goett. 1785. §. 8. — De *sopore* a salivationis suppressione testatur Maclead in *London medical and physical journal. Sept.* 1826. et in Horn's *Archiv für medic. Erfahrung. Sept. Octob.* 1826.

7) J. E. Pulvermacher (Meckel) diss. de glandulosi oculi systematis inflammatione. Hal. 1788. p. 46.

8) Refert P. Borellus (cent. II. obs. 68) de medico quodam Milhavensi, qui nunquam sputum neque mucum ejecit, licet temperamento pituitoso et obeso esset, et tamen optima frueretur sanitate.

apophlegmatizantia et masticatoria [9]), ut (praeter corpora dura, globos plumbeos, lignum) semina sinapis, mixturam ex aceto aqua ac melle confectam, herbam tabaci, radicem pyrethri, baccas juniperi, radicem imperatoriae et pimpinellae albae, — electricitatem [10]), — emetica ad solam nauseam usque adhibita — et maxime mercurium.

Salivae excretio impedita.

3. *Salivae secretionis impeditae* meminimus de morbis ductuum salivalium, calculo salivali et ranula disserendo. Quum haec mala plerumque in *uno* tantum latere locum obtineant, sequitur dimidii tantum oris siccitas.

§. XXX.

Salivae secretio depravata.

Notio.

1. Variis in morbis salivam tam specie quam mixtione posse mutari, satis superque constat [1]). Sicuti

9) H. Fr. Delius de medicamentorum masticatoriorum usu et praestantia. Erlang. 1766.

10) Pickel diss. de electricitate ac calore animali. Wirceb. 1778. p. 86 (docet electricitatem fortiter in glandulas salivales agere, praesertim in paralysi oris et linguae).

1) Haller element. physiolog. T. VI. — Jo. Franc. Textor specim. inaugur. sialologiae physic. medic. Tubing. 1759. — Weber *physikalisch-chemische Untersuchungen der thierischen Feuchtigkeiten.* Excerptum dedit auctor pathologiae Haenianae T. V. p. 194. — Chr. H. Th. Schreger fluidorum corporis animalis chemiae nosologicae specimen. p. 88 sq. — Fourcroy *élémens d'histoire naturelle et de chimie.*

Sicuti enim *colore* et *consistentia*, ita *sapore* et *occulte*, a limpido, tenui, ac blando illo, quam sanitas largitur, humore, haud parum discrepare solet.

2. Saliva sanguini haud raro sub curriculo pneumonorrhagiae, epistaxeos, stomatorrhagiae, haematemeseos miscetur. Quandoque illa consulto rubro colore tingitur [2]). Datur autem praeterea *genuina haemorrhagia salivalis* [3]), licet rarissima, nisi placeat *salivae colorem coeruleum* [4]), *viridem* [5]) et *flavum* [6]) (ubi bilis in illa sapor desidera- Salivae color depravatus.

8. *édit. T.* 4. p. 357. — B. Siebold l. c. — J. Bostock *on the nature and analysis of animal fluids* in *med. chirurg. transact. Vol.* 4. p. 53.

2) Incolae regionis Sinensis, *Quantung* dictae, semper salivam rubicundam atque sanguineo colore tinctam exspuunt, quia perpetuo folia Betel at Areka cum calce parata in ore habent, eandemque mandunt (Joan. Neuhof itinerar. Sinic. p. 47).

3) Camerarius diss. Taurin. VII. — Naumburg *von der Beinkrümmung. Anhang No.* 8.

4) Sputum coeruleum, spumosum et viscidum, ita ut quasi succo cyani seu indigo esset tinctum, in femina observavit S. Reiselius in Miscell. acad. nat. curios. dec. I. ann. 6 et 7 obs. 87. schol. p. 93. — Sputum coloris nigricantis et obscure coeruleum in febre maligna annotavit Joan. Francus. Herb. Alleluj. cap. 5. p. 32.

5) *Salivae viridis* per quadraginta horas copiose fluentis sub colica historiam tradidit Huxhamus (*philosoph. transactions y.* 1724. *No.* 382).

6) Ictericos salivam *flavo* colore tinctam rejicere, non

deratur), a sanguine minima copiâ salivae mixto, repetere. Summopere memorabilis tam ratione coloris, quam consistentiae casus est mulieris, post pusionis ablactationem *salivam lacteam* exhibentis [7]).

Salivae consistentia depravata.

3. Ratione *consistentiae* saliva non modo nimis viscida et glutinosa instar albuminis ovorum, sed quandoque veluti *calcarea* seu *arenosa evadit* [8]). Primo in casu obtectis papillis nerveis linguae, omnia insipida percipiuntur [9]). A tali etiam saliva debitam ciborum solutionem minime expectabis. Videtur ea praeterea matrix *carcinomatis labiorum*, *tartari dentium* et *calculorum sali-*

tamen de amaritie conqueri, jam Riedlin (linear. medic. ann. 1697. Febr. obs. 7. p. 88) annotavit. — In Sulpitio Tombesio morbo regio laborante totus sanguis fuit luteus, excrementa lutea, *lutea sputa*, urina lutea monente Brassavola. v. Marcell. Donat. hist. med. mirab. Lib. I. cap. 9. p. 74. — Sputum flavescens in puero tredecim annorum vidit etiam A. Petermannus vid. ejusdem disputat. de ictero ex calculo vesic. felleae. Lips. 1696. habita. cap. 2. §. 6.

7) Joh. Dolaei epist. 2. ad Waldschmid. p. 57.

8) De saliva podagrici cujusdam militis, calcis consistentiam acquirente legitur apud Th. Kerkring spicileg. anatom. obs. 25. — Et R. Lentilius (Miscell. acad. nat. cur. dec. II. ann. 4. obs. 160. schol.) medici cujusdam meminit, qui dum serio et diutius locutus est, salivae guttas quasi per siphonem eructavit, quae continuo in albissimam calcem concreverant.

9) Zwinger fascic. diss. med. select. p. 414. 418.

salivalium [10]). „Istorum *numerus* varius est. Vel plures sunt vel unicus tantummodo adest. *Figura* et *forma* irregularis perquam variat. Interdum fabis, quasi hilo praeditis, mox nucleo prunorum, vel pisis, vel strobilis, vel nuci avellanae, vel phaseolis minimis similes sunt. Nonnunquam cum seminibus foenugraeci, vel papaveris, quin lauri baccis arefactis excorticatisque comparari possunt. Caeterum superficies externa plana, vel inaequalis multis tuberculis praedita est. *Color* albus, ex luteo albicans, cineritius, spadicarius, striisque interjectis, et colori cancrorum lapidum similis observatur. *Texturae* ratione calculi salivales variant. Vel dura, vel spongiosa ita est, ut a pistillo pressa facile in duas partes dilabantur. Interdum nucleus intus adest, lamellis circularibus variegatis, fuscis et albis formatus. *Pondus* grana duo, drachmam unam, quin semiunciam adaequat. *Longitudo* unicum pollicem et latitudo dimidium pollicis saepe aequat" [11]). Conflantur ex carbonate et phosphate calcis, una cum materia animali [12]). Ad eorum impediendam formationem vis arthritidis a parotidibus reliquis-

10) Jam J. B. Verduc (*suite de la pathologie de chirurgie* cap. 14. p. 746) ait: „*Cette lymphe devient semblable à du blanc d'oeuf, laquelle matière se pétrifiant quelquefois, il se forment des petites pierres que l'on trouve sous la langue.*"

11) B. Siebold l. c. p. 95.

12) Cfr. auctores supra No. 1. (1) citato.

liquisque glandulis salivalibus, juxta praecepta alibi tradenda [13]), revellenda est, et maxime potui *aquarum mineralium* generis *Carolinensium* insistendum. — Non autem solummodo particulas terreas et calculosas, sed subinde etiam *animalcula* seu *vermiculos* in saliva, praesertim scorbuticorum, annotarunt medici [14]).

Salivae sapor depravatus.

4. Etiamsi in dijudicando *salivae sapore* error gustus facile suprepat [15]); suspicari nihilominus licet *salivam dulcem*, *saccharinam* et *melleam*, de qua fasti medici testantur [16]), aliquando speciem

13) P. IV. Vol. I. sect. 1. cap. de arthritide.

14) *Salivam verminosam* in adolescente quodam Bononiensi lue venerea infecto observatam legimus in Chr. Paullini observ. med. phys. cent. II. obs. 58. — Et Cent. IV. obs. 10. aliud exemplum extat de Richburgi Comitissa ab Oldenhusen, sorore religiosa, in cujus sputo, ore rejecto, vermiculi albi, uti in caseo, manifeste visi sunt. Vide etiam Miscell. acad. nat. curios. dec. II. ann. 4. App. ann. 5. App. — Salivam vermiculis scatentem scorbuticus quidam exspuit, teste Joh. Dolaeo Miscell. acad. nat. curios. dec. I. ann. 9 et 10. obs. 130. et Theoph. Bonet medic. septentrional. Lib. II. sect. 3. cap. 3. fol. 320. — De sputo verminoso in vetula descripta tota scorbutica vide Chr. Fr. Paullini de mort. verminos. §. 38.

15) Cap. XXXI. §. CXX. No. 4.

16) Salivam adeo dulcem in virgine annotavit Riedlinus (linear. med. 1695. August. obs. 13. p. 242), ut ipsa omnia saccharo tincta et obducta firmiter crediderit, atque eidem ferendae se parem amplius non esse dixerit. Aliud salivae saccharinae exemplum observa-

speciem *diabetis melliti salivalis* constituisse. — Ipse

vit Borrichius (Miscell. acad. nat. curios. dec. I. ann. 3. obs. 237) in ecclesiastico quodam, caeterum sano et temperamenti sanguinei, qui salivam suam jam ita dulcescere senserat, ut licet ille acidis delectaretur cum saccharo comparari potuerit. — In viro literato, homine macilento, hypochondriaco-scorbutico, arthritico, cogitabundo, post febrem tertianam, sputationem perpetuam et inprimis saporem cum nausea excessivè dulcem, ita ut, quaecunque assumeret potulenta vel esculenta, etiam acida, amara, intense salsa, dulci tamen sapore ipsi imbuta viderentur, observavit Joan. Burgius (Miscell. acad. nat. curios. dec. II. ann. 3. obs. 172). Item post febrem tertianam, brevem quidem, in se ipso saporem dulcem invenisse refert S. Reiselius (ibid. ann. 8. obs. 58) ubi quoque in muliere post quartanam tertianaria fastidiosam ejusmodi dulcedinem se notasse ait. Ibidem etiam monialis cujusdam Wormatiensis, quae, post dulcium usum, per septimanas aliquot dulcedinem quandam ad nauseam usque in ore sensit, historiam recenset. Bina exempla salivae dulcis annotavit etiam Chr. Paullini (observ. med. phys. cent. I. obs. 81) quidem alterum de quodam amico, qui circa plenilunium frequentiori et dulci prorsus sputo cum catarrhis infestabatur; alterum de mulieris Wismariensis extremè scorbuticae gustu mellito. Salivae sacchari instar dulcissimae *et copiosae* exemplum refert Michelotti (acta phys. med. nat. curios. Vol. IV. p. 214. 337). Salivae melleo sapore instructae, et ad nauseam usque dulcis, in femina, quae ad octoginta nihilominus annos pervenit, casum adnotat J. G. Hoyerus (l. c. Vol. 5. p. 262). Puellae saliva semper, praesertim horis matutinis, sac-

Ipse *sapor urinosus* a saliva minime alienus est [17]). De *saliva acida* summopere corrosiva in infante, celebrata exstat observatio [18]). Aeque memorabilis altera est *salivae* a juventute *salsae* [19]). In curandis ejusmodi salivae vitiis, maxime ad imperium, quod cerebrum et viscera abdominalia, nec non arthritis [20]) et scorbutus, in organa salivalia excercent, respiciendum esse, ex morborum historiis in notis traditis elucet.

Saliva occulte depravata.

5. Quis in saliva *rabie canina* mulctatorum funechari puri, saporem evolvebat, licet vix saccharum gustaret.

17) O. Heer de renum morbis. Hal. 1790. p. 36.

18) A. Stegmann de saliva infantis corrosiva. Miscell. acad. nat. curios. dec. III. ann. 4. 1696. p. 223.

19) Degaye diss. de natura et usu salivae. Montispess. 1784.

20) Salivationem spontaneam admirandam et admodum raram, in singulas decem septimanas mutabilem in Suecia post arthritidem diuturnam passus est Baro de Scheiding: primum nempe per salivationem quotidie excrevit tres cantharos praeter propter liquoris sapore insipido, quasi dulci; qua per decem septimanas continuatâ, insequentibus decem septimanis excrevit liquorem saporis acidi; porro per decem septimanas saporis amari; tandemque spatio unius anni cum dimidio rursus liquorem saporis acidi, una cum uvulae tumescentis relaxatione. Quae omnia sponte remiserunt, et ipse Baro toto salivationis tempore maxime extenuatus posthac per tredecim annos sanus vixit (Chr. Westphalus in Eph. acad. nat. cur. cent. I. obs. 137).

funestissimi morbi germen latere crederet? — Vel sola *ira* videtur salivam immutare, quod tristissima ex morsu animalis, quid quod hominis *irati*, ex parvo vulnere oriunda docuerunt. Salivam plurimorum *contagiorum* vehiculum sistere, jam monuimus. Eam sub dentitionis opere depravari [21]) haud credimus.

§. XXXI.

Salivae excretio incongrua.

1. Sicuti incontinentiam urinae a diabete distinguimus, ita etiam *salivae excretionem incongruam* a ptyalismo, cui hucusque immerito adscripta fuit. Est autem excretio salivae incongrua modo *voluntaria* modo *involuntaria*. Notio.

2. Excretio salivae incongrua *voluntaria*, non morbus, sed vitium, sputatorum videlicet, qui salivam non deglutiunt, sed potius extra os projiciunt. Ne infantum curatores talem tolerent turpitudinem! Ne mos fumum nicotianae hauriendi, utpote praecipuae sputationis habitualis aliorumque malorum caussa, in adolescentibus toleretur! Saliv. excret. incongr. voluntaria.

3. Excretio salivae incongrua *involuntaria* locum invenit in labio leporino inferiori, in cancro labiorum et linguae, in fistula genarum et salivali, in idiotismo (ubi stupidi labiis laxis et pendulis, oculisque demissis, nequidem salivam Saliv. excret. incongr. involuntaria.

21) Cap. IX. §. XXXIII. No. 4.

ore continere possunt), in paralysi genarum, faucium et oesophagi (ex inertia musculorum et deglutitione impedita), inque hominibus edentulis.

Caput VIII.

De morbis dentium in genere.

§. XXXII.

Dentes corpora singularia, utilitatis latissimae. Semiotica.

Dentes corpora singularia.

1. Dentes singularia prorsus corpora! Sunt veluti ossa — et periostio destituuntur. Viventes facile corrumpuntur — mortui seculorum imperio incolumes resistunt. Differunt juxta hominum stirpem [1]) et nutrimentum [2]) ac nihilominus eorum formositas, saltem inter Europae confinia, positiva [3]).

2. Vel

1) Winslow in *Mémoir. de l'acad. des sciences de Paris* 1722. p. 324. — Th. Soemmerring *Abhandl. von der Verschiedenheit des Negers* §. 30.

2) Blumenbach in *Göttingischem Magazin.* 1. *Jahrg.* 1. *St.* p. 110. — *Geschichte der Knochen. Abschn.* 24. §. 180. p. 247. *Anmerk.* — Isenflamm *prakt. Anmerk. über die Knochen.* p. 77.

3) „*La plûpart des agrémens du visage sont arbitraires à bien des égards. Une petite bouche n'est pas toujours sûre de plaire; elle sera souvent dépourvue des*

2. Vel ore clauso, dentes, buccis et labiis fulcrum suppeditando, faciem ornant. Pendet ab iis masticatio, a masticatione digestio, a digestione nutritio, a nutritione sanitas[4]), vita. Regunt vocem et loquelam. Prospiciunt halitui et pulmonum securitati[5]). Dentes utilitatis latissimae.

3. *Medicina forensis* ex dentium conditione ad aetates embryonum, hominum et cadaverum, inqui- Semiotica.

graces qui dédommagent une grande bouche. On voit des grands yeux inanimés, sans effet, céder à des petits yeux pleins d'expression. Le nez le mieux fait touche souvent moins qu'un nez un peu irregulier qui donne un air piquant ou de caractère que les Lorgneurs élégans sçavent aprécier. Enfin le nez, les yeux, la bouche peuvent embellir ou déparer sous une infinité de formes. Les Dents, les Dents seules, nullement sujettes à l'inconstance ou à la diversité de nos goûts, aux opinions des temps et des lieux, n'ont qu'une mode pour être bien, qu'une manière d'être. Il faut qu'elles soient blanches, complettes, bien rangées." Bourdet opere citando p. 2.

4) A. Toirac *diss. des dents considérées sous le rapport de la santé, de la physionomie et de la prononciation. Paris.*

5) „*Il est évident, et l'expérience le démontre, que les dents bien conservées empêchent l'air d'entrer et de sortir trop rapidement par la bouche, et qu'elles forment avec la langue une espèce de barriere ou d'écluse, qui ne laisse passer l'air que par mesure; ce qui fait que la poitrine ne s'épuise et ne se desseche pas si-tôt, ni si facilement.*" Fauchard opere citando p. 62.

inquisitionibus criminalibus subditorum, concludit [6]). *Pathologia* celebrat aphorismos. Dentes fortes, densi, numerosi bonam valetudinem et longaevitatem pollicentur [7]). Qui si in febre acuta lento glutinosoque humore inficiuntur, res aegri periculosa [8]). Contra ubi quis non febricitans sordidos viscidosque dentes habet, etiamsi os quotidie eluatur, tunc fere dolor capitis a prandio, stomachus infirmus, concoctio tarda, anima foetens, dura dormiendi necessitas et moestitia subsunt [9]). Febrem vehementissimam et mortem ipsam dentium ariditas portendit [10]).

§. XXXIII.

Doctrinae necessitas, difficultas, neglectus. Consilia.

Doctrinae necessitas.

1. *Medico practico* doctrina de dentium morbis perquam necessaria. Morbi enim ejusmodi sunt omnium vulgatissimi [1]). Praxeos medicae

6) Rousseau loco citando.

7) Hippocrates Epid. II. sect. 6. — Aristoteles problem. sect. X. problem. 47.

8) Hippocrates aphor. IV. 53.

9) Coac. §. 2. — Baglivius prax. I. — Klein interpretat. clinic. p. 301.

10) Gruner op. c. §. 857.

1) „*Les maladies des dents sont les plus nombreuses de celles qui attaquent les hommes; la plus grande partie exigent des opérations; elles passent en France, deux millions par an; et chacune a été précédée au moins de quatre maladies.*“ Laforgue op. citando

dicae ad forum non solum, ut magnus vir docuit [2]), ii spectant morbi, quos dentes cum caeteris corporis humani partibus communes habent, sed, incipiendo a dentitione laboriosa, plurimi alii. Familiae antequam se ad odontiatros convertant, medici consilium pro *omnibus* dentium morbis expetere solent. Immo odontiater prudens gravioribus in casibus medicorum consilium ipse exposcit [3]). Vae medicis hic ignorantiam rei dentariae patefacientibus! Derisionis erunt objectum [4]). Praeterea medicorum est odontiatros legitimos a spuriis sive agyrtis [5]) distinguere, illos

p. 383. Lutetiae Parisiorum a. 1828. exstabant 140 odontiatri, „*qui reçoivent annuellement* 1,379,000 *francs.*" Quinque inter primarios, quivis „*revenu annuel* 40,000 *francs*" (Maury op. citando p. 389).

2) „*All the diseases of the teeth, which are common to them with the other parts of the body, should be put under the management of the physician or surgeon; but those which are peculiar to the teeth, and their connexions, belong properly to the dentist.*" John Hunter op. citando p. 132.

3) „*Lorsque la fluxion est considérable et accompagnée d'accidens facheux, il ne faut rien entreprendre sans l'avis d'un médecin, ou d'un chirurgien expérimenté.*" Fauchard op. citando T. I. p. 200.

4) Exempla sunt odiosa!

5) Genuinis coloribus hos impostores depinxit Jourdain (op. citando p. 312) ubi ait: „. . . . *ils assurent chacun de leur coté, qu'ils sont soutenus par le corps de la chirurgie; qu'ils se trouvent tous les jours*

los promovere, hos reprimere. Quomodo autem haec singula sine morborum dentium perfecta notione assequi possint, non intelligimus.

Doctrinae difficultas.

2. Ne vero quis credat ejusmodi notiones per transennam acquiri posse. Studium enim exposcunt assiduum. Sunt quidem initia morborum dentium ob facilem intuitum obque maturos dolores, magis ac ca viscerum obvia, suntque ipsi illi morbi per se simplices. Ast sunt morbi sui generis ideoque ex mera analogia (ignorantiae frequenti adminiculo) haud intelligendi et ob nexum cum reliquis partibus admodum complicati [6]).

3. In-

chez MM. Senac et de la Martinière; que ces gens de mérite les ont reçus dentistes; en un mot qu'ils tirent les dents dans la dernière et la plus haute perfection (ce sont leurs termes); qu'ils en remettent avec une adresse sans pareille et à demeure; qu'ils savent les nettoyer et conserver au mieux; qu'ils possedent seuls le vrai et incomparable secret, de détruire et de faire mourir le petit ver source ordinaire de la douleur; qu'ils ont rapportés de la Mecque, du Sérail du grand Seigneur, de Toscane, de Venice etc. des connoissances que d'habiles chimistes leur ont communiqués à prix d'argent, entre autres la composition d'une matière qui n'est sujette ni à changer, ni à se casser; qu'ils ont l'un une pierre Italienne ou pastille; l'autre un opiat Turc; celui-ci, une eau Prussienne; celui-là un esprit Alimbrock. Enfin une eau d'Asie et la fameuse Mandragore qui enlève le tartre sans instrument, et qui remédie aux maux des dents et autres maladies."

6) „*One might, at first, imagine that the diseases of*

3. Inexplicabilis itaque est *neglectus instructionis publicae* respectu morborum dentium. Paucis in doctrinarum universitatibus praelectiones de morbis dentium [7]); nullibi instituta clinica dentaria, saltem stabilia [8]). Musea pathologica edentula [9]). Attamen medicorum Principes omnis Doctrinae neglectus.

the teeth must be very simple, and like those which take place every where else in the bony parts of our body; but experience shews the contrary. The teeth being singular in their structure und some other circumstances, have diseases peculiar to themselves. These diseases, considered abstractedly, are indeed very simple; but by the relations which the teeth bear to the body in general, and to the parts with which shey are immediately connected, they become extremely complicated." J. Hunter op. citando p. 132.

7) Ex catalogo praelectionum medico-chirurgicarum *octodecim* universitatum Germanicarum (*Extra-Beilage zu No.* 26. *der medicinisch-chirurgischen Zeitung.* 1828. *B.* 1) elucet, doctrinam morborum dentium *tribus* tantummodo in *locis*, videlicet Gottingae, Rostockii et Vindobonae ex professo tradi, idque partim a professoribus extraordinariis. Nec felicior Gallia, tempore saltem quo sequentia scripsit Gariot (op. citando p. VI): „*On doit être surpris, que même dans les nouvelles écoles de France cette partie de l'art de guérir soit totalement oubliée.*"

8) Vindobonae egregius de morbis dentium professor extraordinarius G. Carabelli aegros memorabilibus malis dentium laborantes in praelectionibus suis discipulis exhibet.

9) Cfr. Hesselbach *Beschreibung der pathologischen*

omnis aevi dentes venerati sunt [10]). Nec eorum morborum curam summus sprevit Imperator [11]).

Consilia. 4. Vis doctrinam morborum dentium extollere?

Praeparaten in der K. anat. Anstalt zu Würzburg. Giessen 1824.

10) J. R. Duval *recherches historiques sur l'art du dentiste chez les anciens. Paris* 1808. 8. — De dentibus eorumque morbis loquuntur Hippocrates opp. omn. Lugdun. Batavorum 1665. T. I. p. 81. XXV. 1. — p. 87. LIII. 1. — p. 91. XIIX. 3. — p. 119. XII. 5. — p. 120. XIV. 3. — p. 285. VII. — p. 314. XXIV. 5. — p. 450. IV. 4. — p. 475. VI. 11. — p. 543. 11. — p. 588. XXVI. 10. — p. 590. 11. 2—6. — p. 601. IV. 4. — p. 708. VI. 2. — p. 748. IX. 4. — p. 749. X. 2. — p. 754. 11. — p. 763. XXVII. 13. — p. 782. XIX. — p. 813. VI. 4. — p. 858. XXIV. 8. — Celsus de medicina Lib. VI. cap. 9. Lib. VII. cap. 12. — Baglivius in canonibus de medicina solidorum ad rectum statices usum §. XIII—XVIII. edit. Lugd. Bat. 1707. 8. p. 13. sq. — Sennertus in plurimis dissertationibus debitis locis commemorandis. — Frid. Hoffmannus de dentibus, eorumque morbis et cura, in tomo VI. ejusdem operum omnium physico-medicorum. Genevae 1748. p. 141. — Illustris van Swieten obtinuit, ut sumtibus Imperatricis MARIAE THERESIAE, Pasch et Brunner, scopo sese in re dentaria instruendi, proficiscerentur.

11) „*Ce Prince mettoit même souvent la main à l'oeuvre et avoit acquis assez d'habilité pour disséquer méthodiquement, saigner, arracher des dents et faire d'autres opérations, aussi bien qu'un homme de l'art.*“ *Anecdotes originales de* PIERRE LE GRAND. *Par Mr. de* Staehlin. *Strasbourg* 1787. *p.* 177.

lere? Jungatur ei non solum doctrina reliquorum morborum in cavitatibus oris et narium nidulantium [12]), sed et doctrina morborum oculorum ac aurium. *Scientia* ex connubio doctrinae, quae partes, ab ipsa natura arctissimis vinculis connexas respicit, necessariò lucrum accipiet. *Pathologiâ et therapiâ sensuum* ab uno eodemque professore traditis, excedens jam in universitatibus cathedrarum numerus ab introductione cathedrae odontiatricae non multiplicabitur. Constitutis *medicis sensuum* munera salutaria in republica simpliciora reddentur. Instituantur praeterea, magnis saltem in urbibus, *societates doctorum* unis morbis sensuum dicatae [13]).

§. XXXIV.

Literatura.

1. Mos turpis fert, odontiatros ut homines circumvagantes, quorum tota scientia dentaria in mundatione, evulsioneque dentium aut noxiorum dentifriciorum distributione consistit, definire [1]). Generatim.

2. Sane

12) Delabarre *discours d'ouverture d'un cours de stomatonomie. Paris* 1825. 8.

13) Tales societates ad morbos dentium illustrandos nomine *philodontechnicarum* proposuit Maury (l. c. p. 375).

1) Plenk op. citando p. IX. — Accedit Lavagna (op. citando) dicens: „*Ella fu ciò non di meno fino a questi ultimi tempi riserbata la cura della malattie (dei denti) ad alcuni cerretani orgogliosi ed ignoranti,*

Secul. XVI. et XVII.

2. Sane morborum dentium doctrina aliarum instar alta quondam caligine circumdata fuerat [2]), maturiusve respectu anatomico-physiologico [3]), quam pathologico et therapeutico [4]) fugatâ.

3. Ast

le cui viste pratiche tutte si riducono d'ordinario a sradicare destramente un dente qualunque addolorato, poco loro importando, se il dente sia o no irreparabilmente intaccato nella sua tessitura."

2) Dujardin *histoire de la chirurgie. Paris T. I.* 1774. *T. II.* 1780. — Meier in Baldinger's *neuem Magazin für Aerzte. St.* 15. — Sprengel *Geschichte der Chirurgie B.* 2. 1819.

3) Columbus de re anatomica Libr. XV. Venet. 1559. — Fallopius observationes anatomicae. Venet. 1561. — Eustachius libellus de dentibus. Venet. 1563. — Hemard *recherche de la vraye anathomie des dents, nature et proprietez d' icelles, avec les maladies qui leur adviennent. Lyon* 1582. — Erastius disp. de dentibus. In disput. et epist. Tigur. 1595. — Sebezius disputationes de dentibus quatuor. Argentor. 1664. — Raw de ortu et regeneratione dentium. Batav. 1694. in Halleri collect. dissertat. Vol. VI. — Sermes observata circa genesin dentium. Eph. acad. nat. curios. cent. 3 et 4. p. 232. — A. v. Leeuwenhoek *microscopical observations of the scructure of teeth and other bones. Philosoph. transact. y.* 1678. p. 1002. — G. S. Duverney *observations sur la forme des dents avant leur sortie. Mém. de l'acad. de Paris T.* 2. p. 65. — De la Hire *fils observations sur l'accroissement des dents.* Ibid. *a.* 1699. *hist.* p. 41.

4) Montagnana consilia de aegritudinibus dentium.

3. Ast jam ineunte seculo proxime elapso magnus vir PETRUS FAUCHARD [5]), discipulus ALEXANDRI POTELERET [6]), Lutetiae Parisiorum com- Secul. XVIII.

Vid. op. select. — BODENSTEIN *Zahn-Arzney. Frankf.* 1576. — MONAVIUS de dentium affectibus. Basil. 1578. — HEURNIUS tractatus de morbis *oculorum*, aurium et dentium. Leid. 1602. — FLEURIMON *moyens de conserver les dents belles et bonnes. Paris* 1682. 12. — SCARDOVI diss. de dentibus. Argent. 1645. — MARTIN *diss. sur les dents. Paris* 1679. 12. — *Curious observations on that part of chirurgery relating to the teeth. Lond.* 1687. 4. — *Der aufrichtige Augen- und Zahnarzt, oder hundert und dreyzehn Augenbeschwerden, mit ihren Ursachen. Signis und Curen; nebst einem Anhange von allerhand Zahncuren, anfänglich von Mr.* JACQUES GUILLEMEAU *französisch herausgegeben, nachgehends durch Hrn.* JOHANN VERBRUGGE *ins Holländische übersezt und hie und da wieder sehr vermehrt, nummero aber ins Hochteutsche übersetzt von Dr.* MARTIN SCHURIGEN *M. Dr. Dresden* 1706.

5) *Le chirurgien dentiste ou traité des dents où l'on enseigne les moyens de les entretenir propres et saines, de les embellir, d'en réparer la perte et de remédier à leurs maladies, à celles des gencives et aux accidens qui peuvent survenir aux autres parties voisines des dents. Avec des observations et des réflexions sur plusieurs cas singuliers. Ouvrage enrichi de quarante Planches en taille douce. Paris* 1728. *T. I et II.* 8. — *Deuxième édition revûe, corrigée et considérablement augmentée. Paris* 1746. (Ea utor). *Troisième édition. Paris* 1786. (Praecedenti plane similis).

6) FAUCHARD in préface p. XIV.

comparuit et facta est lux. Accesserunt expertus GERAUDLY [7]) et P. BUNON [8]) doctrinam de morbis dentium ardore incomparabili excolens. Aemulus praedecessorum eorumque laborum, quod rarum, aestimator LÉCLUSE [9]). — Secuti sunt operum utilium auctores BOURDET [10]) et H. G. COURTOIS [11]), quos inter celebratus jam JOURDAIN [12]) eminet.

7) *L'art de conserver les dents. Paris* 1737. 12. Versio germanica. Argentorat. 1753.

8) *Essai sur les maladies des dents, où l'on propose les moyens de leur procurer une bonne conformation dès la plus tendre enfance et d'en assurer la conservation pendant tout le cours de la vie. Paris* 1743. — *Expériences et démonstrations faites à l'hôpital de la Salpétrière, et à S. Come en présence de l'académie Royale de chirurgie pour ssrvir de suite à l'essai sur les maladies des dents* etc. *et une pharmacie odontalgique ou traité des médicamens, simples et composés propres aux maladies des dents, et des différentes parties de la bouche, à l'usage des dentistes. Paris* 1746.

9) *Nouveaux élémens d'odontologie, ou abrégée du dentiste. Paris* 1754. 12. — *Eclaircissemens essentiels pour prévenir et préserver les dents de la carie et à les conserver jusqu'à l'extréme vieillesse. Paris* 1755.

10) *Recherches et observations sur toutes les parties de l'art du dentiste. Paris* 1757. — *Soins faciles pour la propreté de la bouche et pour la conservation des dents. Paris* 1760. Versio Germanica. Lipsiae 1760. — *Diss. sur les dépôts du sinus maxillaire. Paris* 1764.

11) *Le dentiste observateur, ou recueil d'observations, tant sur les maladies qui attaquent les gencives et les*

eminet. Principia scholae Francogallicanae ad Germaniam translata fuere ab J. B. Brunner [13]) et J. G. Pasch [14]) (rudissimis scriptoribus) et ad Angliam a Th. Berdmore [15]), egregio quidem scriptore, sed praedecessorum detractore [16]). Semina

dents, que sur les moyens de les guérir; dans lequel on trouve un précis de la structure, de la formation et de la connexion des dents, avec une réfutation de l'éfficacité prétendue des essences et élixirs, et de la description d'un nouveau Pelikan imaginé pour l'extraction des dents doublés. Paris 1775. 12.

12) Op. c. — *Nouveaux élémens d'odontologie. Paris* 1756. *Traité des depôts dans le sinus maxillaire, des fractures et des caries de l'ane et de l'autre machoire suivis de réflexions et observations sur toutes les opérations de l'art du dentiste. Paris* 1760. *Essai sur la formation des dents comparée avec celle des os. Paris* 1766. Cfr. Duval *notice historiqae sur la vie et les ouvrages de Mr.* Jourdain, *dentiste. Paris* 1816.

13) *Einleitung zur richtigen Wissenschaft eines Zahnarztes. Wien* 1766.

14) *Abhandlung aus der Wundarzney von den Zähnen, derselben wie auch des Zahnfleisches, der Kiefer Krankheiten und Heilarten. Wien* 1767.

15) *A treatise on the disorders and differmities of teeth and gums, explaining the most rational method of treating their diseases. Illustrated with cases and experiments. New edition. London* 1770.

16) „*I purposely avoided quotations. Indeed, without departing from the subject, I could only have quoted a few French authors, who have written to make their names known and one or two Eng-*

mina solo germanico insita fructus tulerunt dissertationem videlicet lectu dignam J. DE FRITSCH S. R. J. Eq. [17]) et compendium inimitabile J. J. PLENKII [18]). — Angliae opus exemplare auctore JOANN. HUNTER [19]) (et suo non carente detractore [20])) reservatum fuit. Memoratis plurimi intercurrunt de morbis dentium ejusdem seculi scriptores [21]).

lish, who have translated very injudiciously." BERDMORE op. c. p. VI.

17) Diss. de dentibus. Viennae 1772.

18) Doctrina de morbis dentium et gingivarum. Vindobon. 1778. 8. Versio Germanica ibid. 1779. Versio Italica. edit. 3. Venetiis 1798.

19) *The natural history of the human teeth explaining their structure, use, formation, growth, and diseases. Illustrated with copper-plates. To which is added a practical treatise on the diseases of the teeth. London* 1771. 3. *edit.* 1803. (Hac utor). Vers. Germ. Lips. 1780. Versio Italica. Mediolan. 1815.

20) „*The only treatise of consequence which has appeared in our language is by the celebrated Mr. John Hunter, under the title of the natural history of human teeth. This contains some ingenious and valuable observations; but as many of them were collected from dentists of his acquaintance, and as Mr. Hunter did not confine his operations to that part of medical surgery in question, I should be less inclined to place implicit confidence in his opinions, respecting a branch, which, though limited, yet requires the most minute attention, and unremitting investigation.*" R. BLAKE opere citando p. VI.

ptores [21]). Laude porro celebrandi, qui hoc tem-

21) A. C. Cumme diss. sistens dentium historiam, physiologice, pathologice, et therapeutice pertractatam. Helmst. 1716. V. Kräutermann *der sichere Augen- und Zahnarzt, oder accurate Beschreibung aller und jeder Augen- und Zahngebrechen nebst deutlichem Unterrichte wie solchen bei Zeiten vorzukommen, oder auch glücklich zu curiren sind. Arnstadt* 1737. 8. — J. Junker de dentium affectibus. Halae 1740. — G. Lavani *trattato sopra la qualità dei denti, col modo di cavarli, mantenerli e fortificarli. Firenze* 1740. — Laubmeyer diss. de dentibus. Regiomont. 1745. — Buchner diss. de cura dentium. Hal. 1752. — A. Tolver *a treatise on the teeth. Lond.* 1752. — G. Ph. Lemonier *dissertation sur les maladies des dents.* 1753. 12. — Pfaff *Abhandlung von den Zähnen des menschlichen Körpers, und von ihren Krankheiten. Berlin* 1756. — Drouin *sur les maladies des dents. Strasb.* 1761. — A. E. Büchner diss. de cura dentium ad sanitatem proficua. Hal. 1762. 4. — Beaupreau *diss. sur la propreté et la conservation des dents. Paris* 1764. — Leroy de la Faudiguére *manière de préserver et de guérir les maladies des gencives et des dents. Paris* 1766. 12. edit. alt. *Paris* 1806. — Vacher diss. de dentibus accidentibus. Paris. 1767. — B. Ruspini *a treatise on the teeth, their structure, and various diseases. London* 1768. (1779). — P. Auzeby *traité d'odontalgie. Lyon et Paris* 1772. 12. — Scheers diss. de dentibus. Traject. 1772. — Kunzmann *kurze und gründliche Anweisung zur Erhaltung und Besserung kranker Zähne. Braunschw.* 1772. — Lewis *an essay on the formation of teeth with a supplement containing the means*

tempore dentium anatomiam et physiologiam illustrarunt [22]).

4. Et

of preserving them. Lond. 1772. 8. — Burnet *a dissertation on the teeth and gums. Lond.* 1775. — Fouchon propositiones de dentium vitiis. Paris. 1775. — J. Meyer *Abhandlung von den gewöhnlichen Zahnkrankheiten. Hanau* 1778. — Hebert *le citoyen dentiste. Lyon* 1779. 12. — Colondre *essai sur les plus fréquentes maladies des dents et les moyens propres à les prévenir et à les guérir. Genève* 1781. — Bücking *vollständige Anweisung zum Zahnausziehen. Stendal* 1782. — Wouffendale *practical observations on the human teeth. London* 1783. — G. Ph. L. Monier *diss. sur les maladies des dents. Paris* 1783. — Botot *le chirurgien dentiste. Paris* 1786. 12. — *Avis au peuple sur les soins nécessaires pour la propreté de la bouche. Paris* 1789. 12. — *Moyens sûrs pour conserver les dents et calmer les douleurs qu'elles occasionnent. Nouvelle édit. Paris* 1802. 12. — Boudet *recherches et observations sur toutes les parties de l'art du dentiste. Paris* 1787. — A. Campani *odontalgia ossia trattato sopra i denti, loro cura e la maniera di estrarli. Firenze* 1789. — Ricci *principes d'odontotechnie, ou reflexions sur la conservation des dents et des gencives. Paris* 1790. 8. — Ejusdem *mém. sur les dents raciformes ou racisubériques. Paris* 1816. 8. — Item: *Instruction sur l'entretien des dents et des gencives* etc. *Paris* 1816. — Carnelli *saggio storico sopra li denti e manièra di trattarli. Napoli.* — Walkey *on the diseases of the teeth, their origin explained. Lond.* 1793. — Brino observationes in hodiernam de dentibus praecipue doctrinam. Lundae 1793. — Koenen

4. Et *seculum undevicesimum* suum agnoscit Seculum XIX.

diss. de praecipuis dentium morbis. Francf. 1793. — Fr. Hirsch *praktische Bemerkungen über die Zähne und einige Krankheiten derselben. Mit Vorrede von* J. Ch. Loder. *Jena* 1796. Ejusd. *Mittel die Gesundheit der Zähne zu erhalten, ihren Krankheiten vorzubeugen und ihnen abzuhelfen. Leipz.* 1799. — Mahon *le dentiste observateur. An. VI.* — Ch. F. Bd. Ettmüller *med. chir. Abhandlung über die Krankheiten der Zähne, des Zahnfleisches und des schweren Zahnens der Kinder. Leipz.* 1798. — Nicolai diss. de variis dentium affectibus eorumque in sanitatem influxu. Jen. 1799. — D*** *l'art du dentiste joint à l'anatomie de la bouche.* 12. — Paldamus diss. de dentium morbis. Hal. 1799. — B. T. Longbottom *treatise of dentistry. Baltimor.* 12.

22) Ph. Verheyn corpor. human. anat. Lips. 1705. sect. V. cap. 7. — Albinus annot. academ. Lib. II. Tab. I. II. — Tolver *a treatise on teeth. Lond.* 1752. — Ludwig pr. de cortice dentium. Lips. 1753. — Hérissant *nouvelles recherches sur la formation de l'émail des dents et sur celles des gencives. Mém. de l'acad. de scienc. de Paris a.* 1754. *Hist.* p. 59. *Mém.* p. 429. — C. G. Beaupreau de dentibus theses anatom. chirurg. Paris 1760. — Haller elem. physiol. T. VI. — J. J. Kober anatomiae comparatae specimen osteologicum de dentibus. Basil. 1770. — Richard Curtis *a treatise on the structure and formation of the teeth. Lond.* 1769. Vers. German. Altenb. 1770. — Moser Praesid. Oettinger diss. de dentium ortu. Erlang. 1770. — Achard *physikalisch-chemische Abhandlungen* 1778. *5te Abhandl. über den fortdauernden Wachsthum der Zähne.* — Bennet *a*

Fauchard — J. R. Duval [23]), virum doctissimum aeque ac infatigabilem [24]). Latera illi tegunt triumviri

dissertation on the teeth. Lond. 1779. 8. — G. Prochaska annotat. academ. Prag. 1780. Fasc. I. — M. Girardi oratio de re anatomica. Parmae 1781. Tab. I. — J. F. Isenflamm *Versuche und prakt. Anmerkungen über die Knochen. Erlang.* 1782. p. 67. — P. M. A. Broussonet *considérations sur les dents en général, et sur les organes qui en tiennent lieu. Mém. de l'acad. des scienc. pour* 1787. p. 550. — Tenon *mémoire sur une méthode particulière d'étudier l'anatomie, employée par forme d'essai à des recherches sur les dents et sur les os des machoires. Mém. de l'Institut National. Vol. I.* p. 558. *Paris an. VI.* — Fourcroy et Vauquelin *expériences sur la nature comparée de l'ivoire frais, de l'ivoire fossile et de l'émail des dents. Mém. de l'Inst. nat. de Mathém. et Physiq. T. VII. Mém. P.* 2. p. 93. — Bring obs. in hodiernam de dentibus praecipue hominum doctrinam. Lund. 1793. — R. Blake de dentium formatione in homine et in variis animalibus. Edinb. 1798. — Isenflamm *und* Rosenmüller *Beyträge zur Zergliederungskunst. B.* 1. *Heft* 1. 1800. *No.* 1. — Rudolphi in Reil's *Archiv für die Physiologie B.* 3. *Heft* 3. *No.* 1.

23) Op. c. — *Le dentiste de la jeunesse, ou moyens d'avoir les dents belles et bonnes; précédé des conseils des poètes anciens sur la conservation des dents. Paris* 1814. 8. — *Notice des travaux entrepris sur les dents en France depuis* 1790. *Paris* 1825.

24) Observationibus ejus, debitis locis citandis, scatent acta academiarum Francogallicarum. — „*Il seroit à désirer pour la science que ce savant dentiste et habile*

umviri J. J. J. Serre [25]), J. B. Gariot [26]) et Delabarre [27]). Qua declaratione absit, ut meritum reliquorum de morbis dentium scriptorum decennii primi [28]), secundi [29]), et tertii [30]) (quibus

opérateur reunît en un seul ouvrage les nombreux travaux qu'il a publiés depuis près de trente ans, et dont il est presque impossible de se procurer la collection complète." Maury oper. citando. p. 472.

25) *Darstellung aller Operationen der Zahnarzneykunst, nebst Anwendung der Instrumente derselben. Mit 32 Kupfern. Berlin* 1804.

26) Op. supra citato.

27) *Diss. sur l'histoire des dents* 1806. — *Odontologie ou observations sur les dents humaines suivies de quelques idées nouvelles sur le mécanisme des dentiers artificiels. Paris* 1815. — *Discours d'ouverture d'un cours de médecine dentaire* 1817. — *Traité de la partie méchanique du chirurgien dentiste. Paris* 1820. *T.* 2.

28) K. Schmidt *Theorie und Erfahrungen über die Zähne, nach welchen ihre Schönheit unwandelbar erhalten und jede Krankheit derselben auf das Leichteste entfernt werdsn kann. Leipz.* 1801. 2. *Auflage* 1807. — Skinner *a treatise on the human teeth concisely explaining their structure, and causes of disease and decay. Newyork* 1801. — L. Laforgue *dix-sept articles relatifs aux maladies des dents. Paris.* — *L'art du dentiste, ou manuel des opérations de chirurgie, qui se pratiquent sur les dents et de tout ce qus les dentistes font en dents artificielles, obturateurs et palais artificiels. Avec six planches représentant 53 objets et instrumens, dents, dentiers et obturateurs. Paris* 1802. 2. *édition* 1810. Versiones Germanicae

bus dentium anatomiam et physiologiam pertractantes [31])

duae, auctoribus Aronson Berolini 1803. (eaque optima), altera Anoermann Lips. 1803. — J. Fox *the natural history of the human teeth. London* 1803. — *The history and treatment of the diseases of teeth, gums etc. London* 1806. — Maggiolo *manuel de l'art du dentiste, ou l'état actuel des decouvertes modernes sur la dentition. Nancy* 1807. — G. W. Becker *über die Zähne, oder die sichersten Mittel sie — gesund zu erhalten. Leipz.* 1808. — Audibran-Chambly *essai sur l'art du dentiste. Paris* 1808. — J. M. Lichtenstein *über die Nothwendigkeit der Sorgfalt für Zahnfleisch und Zähne. Delmenhorst* 1808. 8. — J. F. Gallette *Blicke in das Gebiet der Zahnarzneykunde. Mainz* 1810.

29) J. Murphy *a natural history of human teeth, with a treatise on their diseases from infancy to old age. London* 1811. — J. Lemaire *le dentiste des dames. Paris* 1811. Versio Germanica. Lipsiae 1820. *Deux observations d'anatomie pathologique sur les dents. Paris* 1816. *Traité sur les dents, physiologie, pathologie. Paris* 1824. — Legros *le conservateur des dents. Paris* 1812. — Lavagna *giuniore esperienze e riflessioni sopra la carie dei denti umani, coll' aggiunta di un nuovo saggio sulla riproduzione dei denti negli animali rosicanti. Genova* 1812. — V. Cornelio *noto sotto il nome di cavaliere incognito, osservazioni odontalgiche sulla causa della carie con una appendice sulla formazione della doppia serie dei denti umani e sulla origine della distruzione della radice dei denti lattei; in risposta al libro Esperienze e riflessioni etc. del Sigr. Lavagna. Torino* 1813. *Statistica odontalgica del Piemonte ed in ispecie di*

ctantes [31]) coronam faciunt), derogare vellemus. Postre-

Torino. Dall' anno 1814—1821. *Torino.* — J. L. Rivière *instruction pour conserver les dents belles et saines, aux diverses époques de la vie, ainsi que maintenir la bouche fraiche. Paris* 1813. — V. Saucerotte *avis sur la conservation des dents. Paris* 1813. — C. Taoliaferro *elementi di odontalgia. Torino* 1814. — R. Downing *a popular essay on the structure and formation and management of the teeth. London* 1815. 8. — J. P. Hertz *a familiar dissertation on the causes and treatment of the diseases of the teeth. London* 1815. — Gallette *der Zahnarzt für d. schöne Geschlecht. Mainz* 1816. — 2. editio aucta: *Der Zahnspiegel für das weibl. Geschlecht. Mainz* 1823. — Fournier in *dictionaire des sciences médicales T.* 8. p. 329—401. — Majorlin *dictionaire de médecine T.* 6. artic. *dent.* — L. S. Parmily *a practical guide to the management of the teeth, comprising a discovery of the origin of caries, or decay of the teeth with its prevention and cure. London* 1818. *Lectures on the natural history and management of teeth. London* 1820. *An essay on the disorders und treatment of teeth. London* 1821. — Ch. Bew *opinions on the causes and effects of diseases in teeth and the gums* 1819. *Practical treatise on the diseases of the teeth, and gums and tic douloureux. London.* — J. Neumark *der Zahnarzt für Nichtärzte. Berlin* 1819. — Guertin *avisos tendentes a conservaçao dos dentes e sua substituiçao. Paris* 1819. 8.

30) L. Meiner *gründliche Anweisung zur Erhaltung der Zähne und Verhütung der Krankheiten derselben, mit vorzüglicher Rücksicht auf das schwere Zahnen der Kinder. Leipz.* 1823. — Dubois *esquisse sur l'hygiène dentaire, ou analyse des moyens propres à la*

Postremo superest ut viro claro Georgio Carabelli,

conservation des dents et des gencives. Paris 1823. — Gerbaux *a practical treatise on the most frequent diseases of the mouth and teeth specially on the accidents of the first dentition. London* 1823. 8. — Levêque *notice sur la nécessité de diriger la dentition des enfans, les soins que réclament les dents à tous les ages, et les moyens à employer pour prévenir, arrêter ou ralentir les progrès des maladies qui affectent ces organes. Strasbourg* 1823. — Marmont *l'odontechnie, ou l'art du dentiste, poëme didactique et desorptif, en quatres chants dédié aux dames. Paris* 1825. — Delmont *épitre à Mr. Marmont, à l'occasion de son poëme sur l'odontechnie. Paris* 1825. — Siomond *a practical and domestic treatise on the diseases and irregularities of teeth and gums, with the methods of treatment. Bath* 1825. — Rinoelmann op. citat. — L. Koecker *principles of dental surgery exhibiting a new method of treating the diseases of teeth and gums. London* 1826. Versio Germanica. Weimar. 1828. — J. E. Oudet *considérations sur la nature des dents et de leurs altérations. Journal universel des sciences médicales T.* 43. p. 129. — J. Goblin *manuel du dentiste à l'usage des examens, ou traité de chirurgie dentaire, considérée sous les rapports anulogues, physiologique, hygénique et pathologique. Paris* 1827. — S. Gutmann *über die Behandlung der Zähne und des Zahnfleisches. Leipz. Wien* 1828. — F. Maury *traité complet de l'art du dentiste considéré d'après l'état actuel de nos connoissances. Paris* 1828. — Magnart in *Journal de la clinique* 1828.

31) Morichini *analisi dello smalto di un dente fossile di elefante, e dei denti umani. Memorie della società*

BELLI, utpote nostro in re dentaria Magistro [32]), gratias publicas persolvamus.

CAPUT

Italiana T. 12. P. 2. p. 73. 268. (docet continere „*fluate de chaux*"). — R. BLAKE *an essay on the structure and formation of the teeth in man and various animals, illustrated with copper plates. Dublin* 1801. — GROUSSET *de la dentition ou le développement des dents chez l'homme. Paris* 1803. — OKEN *Beyträge zur vergleichenden Zoologie, Anatomie und Physiologie* 1807. *Isis* 1823. p. 254. — J. F. GALLETTE *anatomisch-physiologische und chirurgische Betrachtungen über die Zähne. Mainz* 1813. — A. SERRES *essai sur l'anatomie et la physiologie des dents, ou nouvelle théorie de la dentition. Paris* 1817. — J. BRODOWICZ diss. sistens anatomiam et physiologiam dentium humanorum. Vindob. 1817. — G. CUVIER *recherches d'anatomie comparée sur les dents. Bulletin de la soc. philomath. an. XII.* p. 163. *Des dents des mammifères. Paris* 1822. — HAASE diss. anatomica physiologica de dentibus. Lipsiae 1823. — GEOFFROY-ST.-HILAIRE *sistème dentaire des mammifères et des oiseaux; sous le point de vue de la composition et de la détermination de chaque sorte de ces parties, embrassant sous des nouveaux rapports, les principaux faits de l'organisation dentaire chez l'homme. Paris* 1824. — DEVAUT *essai sur la nature et la formation des dents. Paris* 1826. — E. F. E. ROUSSEAU *anatomie comparée du système dentaire chez l'homme et chez les principaux animaux. Avec* 30 *planches. Paris* 1827.

32) Vindobonae ab anno 1825 ad 1826.

Caput IX.

De dentitione prima laboriosa.

§. XXXV.

Praemonitio.

Notio. 1. „Noluit provida natura hominem cum dentibus nasci, sed optimo potius consilio, ad praecavendas lactantium inter sugendum molestias, providere, ut dentes sensim paullatimque succrescerent“ [1]).

Periodus ingressus. 2. Quintum vitae extra-uterinae versus mensem (quo dentes, sat diu jam delitescentes [2]), ex ossea maxilla primum emergere nituntur [3])), *molimina dentitionis* incipiunt. Scenam aperit gingivarum pruritus, teste infantum more eas propriis manibus rebusque omnibus obviam venientibus, cum jucunditatis indiciis, perfricandi. Accedit fluxus salivae ductilis, limpidae, inodorae, super mentum depluentis [4]). Gena alterutra vicissim rubore

1) Fr. Hoffmann Med. Rat. Syst. Supplementum. Cap. III. §. 1.

2) „*C'est vers le deuxième mois de la gestation que la cristallisation des dents devient visible; ce n'est que vers la fin du septième mois que les vingt couronnes dentaires deviennent apparentes.*“ Rousseau l. c.

3) Periodus ingressus. Germ. *Das Einschiessen der Zähne.*

4) Germ. *Geifern.* Gall. *Baver.* Persio (Satyr. 2) *uda labella* vocatur.

rubore inconsueto notatur. Oris calor quidquam auctus. Alvus solito laxior. Frequentius sugendi desiderium. Mammarum papillae nutricum male tractatae. Gingivae, magis jam tinctae et veluti quadratae, in parte externa eaque superiore a limbo quodam albescente, circumscriptae. Earum summitas nonnunquam singulas maculas albas, acsi dens emersurus pellucesceret, exhibet [5]).

Periodus egressus.

3. Sexto vel septimo mense ecce *par medium dentium incisorum* [6]) *maxillae inferioris*, cui post nonnullas hebdomadas *bini dentes oppositi maxillae superioris* succedunt. Sequitur post aequale temporis spatium *par dentium incisorum externorum* in *alterutra* primum *maxilla*. Anno aetatis versus finem vergente *par primum dentium molarium minorum* [7]) (idem superiorum vel inferiorum) protuberat. Ingruens annus secundus eruptione *dentium caninorum* [8]) insignitur. Inter

5) Hic gingivarum status probe ab altero simili interdum longe ante dentitionis epocham obvio distinguendus. „*Zuweilen pflegt auch bey ganz kleinen Kindern, an denen man noch keinen Zahntrieb vermuthen kann, ein Schwulst am Zahnfleische, sonderlich wo die Backzähne herauskommen sollen, zu entstehen, und werden von denen Weibern die Beulzähne genannt.*“ Storch *Abhandl. von Kinderkrankh. B.* 2. p. 35. Juvat tumorem digitorum ope comprimere.

6) *Synon.* Tomici, primorea, risorii, cuneiformes.

7) *Synon.* Biouspides, buccales, multicuspidati.

8) *Synon.* Laniarii, conoidei, cuspidati, (in maxilla su-

Inter hunc annum et tertium *par alterum dentium*

periore) oculares. Turpe est TAVEAU (op. c. p. 29 et 35) a. 1826. scripsisse dentes caninos post incisores et ante primos molares parvos erumpere, quum jam STORCH (l. c. p. 25.) a. 1750. monuerit: „*Die mehresten Schriftsteller, welche von Zähnen geschrieben, verfehlen in Ansehung dieser Zähne gar sehr, wenn sie vorgeben, dass sie eher als die Backenzähne herqus kämen. Wer aufmerksam ist, wird aus täglicher Erfahrung gar überflüssig gewahr werden, dass aus jedem Zahnkiefer 1 oder 2 Backenzähne eher, als die Augenzähne hervor kommen, und wird unter 50 Exempeln kaum eins sich anderst verhalten.*“ Ex ipso autem hoc monito' elucet, etiam A. SERRES (l. c. p. 80) errasse ubi ait: „*Les canines ne sortent jamais qu'après les premières petites molaires.*“ Caeterum ei sequens debetur prospectus:

Première dentition.

Ordre de la sortie des dents.

Espèce des dents.	*Age où elles sortent.*	*Nombre de chaque espèce.*
Les deux incisives centrales à la machoire inférieure et supérieure.	*6. ou 7. mois après la naissance.*	*Quatre incisives centrales.*
Les deux incisives latérales en bas et en haut.	*7., 8., 9. ou 10. mois.*	*Quatre incisives latérales.*
Première petite molaire, ou petite molaire antérieure, deux à chaque machoire.	*12. ou 14. mois après la naissance.*	*Quatre petites molaires antérieurs.*
Canines deux à chaque machoire.	*15., 16. ou 20. mois après la naissance.*	*Quatre canines.*
Seconde petite molaire, deux à chaque machoire.	*20., 25. ou 30. mois après la naissance.*	*Quatre petites molaires postérieurs.*

tium molarium minorum enascitur. Terminum sic adtingit *prima dentitio*, *dentes viginti*, *primos*, *lacteos*, *deciduos* dictos, aliquando minus, nunquam plus [9]), largiens.

4. Natura saepius ab enarrato eruptionis ordine combinationibus variis [10]) deflectit, quin inde vel minimum sanitati detrimentum afferatur. Monitum.

§. XXXVI.

Definitio. Literatura.

1. *Dentitio laboriosa* (*Dysodontiasis*) est nisus cohibitus naturae dentes lacteos ex maxillarum alveolis per gingivas largiendi, excitatis inde multifariis turbis, febre inprimis et convulsionibus. Definitio.

2. Laboriosae dentitionis serio meminerunt inter Litera-tura.

9) Quodsi itaque infans jam dentes viginti habens aegrotaverit, haud amplius de dentitione cogitandum.

10) Teste Delabarre (*méthode nouvelle* etc.) sequentes combinationes respectu ordinis, quo dentes erumpere solent, locum habere possunt.

a) Incisores medii, incisores laterales, primi molares, canini, molares secundi (sic more solito).

b) Inciaores medii, incisores laterales, canini, molares primi et secundi.

c) Incisores medii, incisores laterales, primi molares et canini simul, molares secundi.

d) Incisores medii, incisores laterales, molares primi, secundi, et canini.

e) Incisores medii, incisores laterales, canini, molares primi et secundi simul.

inter principes medicorum — Hippocrates [1]), Aetius [2]), Moschion [3]), Sydenham [4]), Fr. Hoffmann [5]), van Swieten [6]) et Stoll [7]); inter scriptores de morbis infantum — Harris [8]), Storch [9]) et Armstrong [10]); interque odontiatros — L'Ecluse [11]), Brunner [12]), Ettmüller [13]), Meiner [14]) et Fox [15]). Ex professo scripsere, praeter

1) Lib. de dentitione. Charter. T. VII. p. 871.
2) Tetrab. I. Lib. IV. cap. 9.
3) Apud Spach. Gynaec. p. 10. No. 18.
4) Schedula monitoria de novo febris ingressu p. 674.
5) l. c.
6) Comment. in Herm. Boerhaave Aphorism. T. IV. §. 1374—1378.
7) Praelect. T. I. p. 247. II. p. 414. — Rat. medend. P. VI. p. 117.
8) De morbis acutis infantum. Amstelod. 1715. p. 28.
9) *Theoret. pract. Abhandlung von Kinderkrankheiten. Eisenach* 1750. B. 2. p. 1.
10) *An account of the diseases most incident to children from their birth, till the age of puberty. Lond.* 1777. p. 64. Etc *Samml. auserl. Abhandl. für pr. Aerzte B. 4. St. 1. p. 77.* — J. Ch. T. Schaeffer *über die gewöhnlichen Kinderkrankheiten. Nach Armstrong bearbeitet. Regensb.* 1792.
11) *Traité utile — de remédier aux douleurs et aux accidens, qui précedent et accompagnent la sortie des premières dents des enfans. Nancy* 1750.
12) *Abhandlung von der Hervorbrechung der Milchzähne. Wien* 1771.
13) Op. c. 14) Op. c.
15) *Account of the diseases, which affect children during*

ter dissertationum inauguralium auctores [16]), M. Castril-

the first dentition. Appendix to natural history of the human teeth. Lond. 1803.

16) Wedel diss. de dentitione infantum. Jen. 1678. — Streitlein diss. de dentitione. Altd. 1688. — Ortlob diss. de dentitione puerorum difficili. Lips. 1694. — Pestdorf diss. de dentitione difficili. Ultraj. 1699. — Heslopp diss. de dentitione infantum difficili et laboriosa. Leid. 1700. — R. Ph. Beurlin (Burlin?) diss. de dentitione difficili. Altd. 1720. — De Pré diss. de dentitione difficili etc. Erf. 1720. — Jetuze diss. de difficili infantum dentitione. Erford. 1732. — Junker diss. de dentitione difficili. Hal. 1745. — Schmiedel (Apius) diss. de dentitione, praesertim infantum, difficili. Erlang. 1751. — Aurivillius diss. de dentitione difficili. Upsal. 1757. — Vacher diss. de dentibus accidentibus. Paris 1767. — Oetinger diss. de ortu dentium. Tubing. 1770. — Pohl pr. de difficili infantum dentitione. Lips. 1776. — Jackson diss. de physiologia et pathologia dentium eruptionis. Edinb. 1778. — Alvey diss. de dentitione morbisque ex ea pendentibus. Edinb. 1788. — Kulenkamp diss. de difficili infantum dentitione. Harderov. 1788. — Andrée diss. de prima puerorum dentitione. Lips. 1790. — Wagner diss. de dentitione difficili a dubiis cl. Wichmanni vindicata. Jen. 1798. — Ludwig diss. de dentitione difficili. Lips. 1800. — Rosset *diss. sur la dentition. Paris an XII.* — Fr. Gaione *diss. sur la dentition des enfans du premier âge. Paris* 1802. — Rubicki diss. de dentitione difficili. Regiom. 1803. — A. Auvity *diss. Première dentition et sévrage. Paris* 1812. — C. F. Finot *diss. maladies de la première dentition.*

Castrillo [17]), J. Hurlok [18]), Alph. Leroy [19]), J. Giraud [20]), Wichmann [21]), Hecker [22]), C. A. Blumenthal [23]), Conradi [24]), Sponitzer [25]), G. Wedekind [26]), G. G. T. Kortum [27]), Mylius [28]), J. Fr.

Paris 1813. — A. A. Müller diss. de dentitione prima. Berol. 1828.

17) De dentitione. Valladolid. 1557.

18) *A practical treatise upon dentition. Lond.* 1742.

19) *Von einem bei dem Zahnen der Kinder heilsamen Mittel* ex *Journal de Paris No.* 292. *Octob.* 1784. in *Samml. auserl. Abhandl. für pr. Aerzte B.* 10. p. 43. *Mittel die Kinder gesund, besonders zu der gefährlichen Zeit des Zahnens bey Leben zu erhalten. A. d. Fr. Wien* 1786.

20) *Die gute Mutter, oder Abhandlung von den Mitteln seinen Kindern einen starken dauerhaften Körper, besonders ein glückliches Zahnen zu verschaffen. Braunschweig* 1790.

21) *Ideen zur Diagnostik B.* 2. p. 3.

22) *Magazin für Pathologie, Anatomie, Physiologie* 1796. *St.* 1.

23) *Nähere Prüfung der Aetiologie der Zahnarbeit der Kinder gegen — Wichmann. Stendal* 1799.

24) *Ueber die von Hrn. Leibarzt Wichmann erwiesene Nichtexistenz der pathologischen Dentition; in* Hufeland's *Journ. der pr. Heilk. B.* 5. p. 872.

25) *Bedenken über die Nichtexistenz, und Versuch einer genauen Bestimmung und Behandlung des schweren Zahnens.* Ibid. *B.* 7. *St.* 2. p. 59.

26) *Ueber die beschwerliche Zahnarbeit bey kleinen Kindern.* Ibid. B. 9. *St.* 1. p. 3.

27) *Beschwerlicher Zahnausbruch.* Ibid. *B.* 10. *St.* 2. p. 33. (et *Beyträge zur prakt. Arzneyk.* 1796. §. 365).

J. Fr. Sasse [29]); J. H. Sternberg [30]), Baumes [31]), H. Robertson [32]), F. F. G. Eggert [33]) etc. [34]).

§. XXXVII.

Symptomata. Necroscopia.

Generatim.

1. *Symptomata* dentitionis primae laboriosae fere innumerabilia sunt [1]). Exacerbantur remittuntque vicissim. Pullulant ex universo corpore, ex ore partibusque contiguis et dissitis.

Sympt. ex univ. corp.

2. Infantes morosi redditi pedibus amplius insistere

28) *Bemerkungen über das Zahnen der Kinder.* Ibid. *B.* 26. *St.* 2. p. 188.

29) *Ueber das schwere Zahnen der Kinder. Lübben* 1802.

30) *Erinnerungen und Zweifel gegen die Lehre des schweren Zahnens der Kinder. Hannov.* 1802.

31) *Traité de la première dentition, et des maladies souvent très-graves, qui en dependent. Paris* 1805.

32) *The London med. repository edited by* Copland 1824. *No.* 128.

33) *Das schwere Zahnen der Kinder* in Rust's *Magazin für die gesammte Heilkunde B.* 23. *St.* 1. p. 48.

34) *Ueber das schwere Zahnen der Kinder. Leipz.* 1799. — *Wie können Eltern den Kindern das Zahnen erleichtern und dadurch oft das Leben retten? Pirna* 1807. — Laforgue *le triomphe de la première dentition, almanach nouveau et curieux pour l'an bissextile* 1816. *Paris.*

1) „*These symptoms are so various in different children, and often in the same child, that it is difficult to conceive them to be from the same origin; and the varieties are such as seem to be beyond our knowledge.*“ Hunter l. c. p. 234.

insistere nolunt [2]). Noctu praesertim ardent pulsu simul frequente, pleno et duriusculo facto. Inquiete dormiunt, sub somno subsiliunt, pavoribus tentantur, defatiganturque vigiliis et ploratibus ad raucedinem usque. Alias soporosi jacent. Plurimi convulsiones [3]), interdum epilepsiam et tetanum mentientes, experiuntur. Interea parvuli torositate corporis minuuntur, carnibus flaccidis redditis.

Sympt. ex ore.

3. Obtento, non sine difficultate, oris examine, gingivae saepe (inprimis imminente dentium molarium eruptione) at non semper tumorem offerunt. Albescunt praeterea, notantur aphthis et aliquando tuberculis. Lingua albo muco obtecta. Lac avide sugitur et papillae mammarum pessime tractantur. Respuunt aegrotuli alimenta calida, delectantur potu aquae frigidae. Plurimi ore hiante, acsi et aeris frigidiusculi avidi essent, decumbunt. Faciem, nares potissimum aures, mentumque perpetuo manibus fricant. Salivae secretio interdum suppressa, plerumque aucta, admodum incommoda. Contorquetur a nonnullis os.

Sympt. ex partib. contiguis.

4. Genae rubent pallentque vicissim. Caput prae

2) „*Das Kind will nicht auf die Füsse treten; die in der Arbeit begriffene Natur fordert Ruhe.*" Leroy l. c. in *Samml. auserl. Abh.* p. 44.

3) De motibus convulsivis difficilioris dentitionis consectariis vide Eph. acad. nat. curios. cent. VII. et VIII. p. 357. — Bunon *essai* p. 30.

prae reliquis partibus ardet, et aliquando oedema exhibet [4]). Haud raro parotides, glandulae submaxillares eaeque colli nec non tonsillae tument. Impeditur inde deglutitio. Nares plerumque aeri imperviae. Aliàs mucum largiuntur. Frequens sternutatio. Oculi splendore destituti, inflammati [5]). Hinc inde lacrymatio spontanea auriumque fluxus.

5. Tussis fere omnibus dentientibus familiaris interdum veluti convulsiva [6]). Nonnulli anhelant [7]), stertunt [8]). Creber vomitus lactis coagulati, quandoque bilis. Frequentissima diarrhoea faeces serosas, mucosas, cruentas, cinereas, albas largiens. Communis hypochondrii dextri tensio. In quibusdam alvus obstructa, colica et meteorismus. S. ex partib. dissitis.

4) Sponitzer l. c. p. 62. 73.

5) P. II. Vol. I. sect. II. cap. XVIII. §. CIV. No. 2. — A. Westphal oculorum inflammatio, cum prominentia insigni dextri extra orbitam, a difficili eruptione dentium caninorum orta. Act. acad. nat. curios. Vol. VIII. p. 249.

6) J. C. Grimm de infante tussi convulsiva ex dentitione difficili per novem hebdomadas laborante. Miscell. acad. nat. curios. dec. III. a. 9 et 10. 1701—1705. p. 162.

7) J. H. Fürstenau de dentitione difficili cum oppletione et infarctu pectoris conjuncta. Act. acad. nat. curios. Vol. IX. p. 201. — „*A kind of convulsed respiration, similar to that observable in hooping-cough*" Hunter l. c. p. 235.

8) „Stertor viget." Stoll rat. med. Pars VI. p. 118.

mus. Rarissimus singultus [9]). Urina copiosa [10]), limpida, fusca, foetens, saepe cum ardore et difficultate excreta. Aliquoties blennorrhoea vaginae et urethrae observata est [11]). Item contractio musculorum digitos flectentium [12]), claudicatio unius vel utriusque cruris [13]), tumorque ad genua [14]). Plurimis strophulus confertus, potissimum in facie erumpit [15]) etc. [16]).

6. Den-

9) Quaerit Sponitzer (l. c. p. 68): cur *singultus* dentitionis difficilis non sit symptoma? Quum et ego illum hic nunquam observaverim, voluissem respondere, quia nervus diaphragmaticus non est originis cephalicae. Interea video singultum inter symptomata dentitionis difficilis receptum fuisse a Pasch l. c. p. 25. et a Plenk l. c. p. 15.

10) J. H. Fürstenau diabetes spurius cum dentitione difficili. Act. acad. nat. cur. Vol. V. p. 240.

11) „*A discharge of matter from penis, with difficulty and pain in making water imitating exactly a violent gonorrhoea.*" Hunter l. c. p. 235.

12) „*A young child was attacked with contractions of the musculi flexores of the fingers, and also of the toes. These contractions were so considerable as to keep her fingers and thumb constantly clenched, and so irregularly, that they appeared distorted. All the common antispasmodic medicines were given, and continued for several month, but without success. I scarified the gums down to teeth, and in less than half an hour all the contractions had ceased.*" Hunter l. c. p. 244.

13) Pasch l. c. p. 25 et 36.

14) Stoll l. c. p. 117. — Leroy l. c.

15) Edit. secund. P. I. Vol. III. sect. II. cap. XI. §. XXVIII. No. 3 (7).

6. Dentes vel ultimis vitae horis incassum expectati, interdum post mortem, evanido scilicet gingivarum tumore, in conspectum veniunt [17]). Utplurimum vero sat reconditi adhuc sunt. Maxima cadaverum pars indicia hydrocephali acuti exhibet [18]). Necroscopia.

§. XXXVIII.

Caussae.

1. *Caussae praedisponentes* dentitionis primae laboriosae in modo vivendi incolarum urbium Praedisponentes.

16) Hic valet *et cetera*, cui in genere adversor, nam „*their may be many other symptoms with which we are not at all acquainted the patients in general not being able to express their feelings.*“ Hunter l. c. p. 236.

17) Salmuth cent. III. obs. 37.

18) „*Jedoch zeiget sich bey allen, welche in dem schweren Zahnen, und den dazu gekommenen Zuckungen und Fraissen gestorben sind, wenn man die Hirnschale behutsam und geschickt wegnimmt, eine ausgetretene, bald ganz dünne gleich einem Fliesswasser, bald eine dickere und sulzigte Feuchtigkeit, die Gegend ist zwar nicht gleich, wo sie sich befindet, doch meistentheils setzt sie sich in den Grund zwischen der harten und dünnen Hirnhaut, oder zwischen der letzteren und der rindenförmigen Substanz des Gehirns, oder in die Kammern selbst.*“ Brunner l. c. p. 88. — Hisce fidem adhibeo, vix autem historiis sectionibus cadaverum haud confirmatis, e. c. ubi narratur hydrocephalum peracta dentis cujusdam eruptione evanuisse (*Edinburgh journ. of medical science T.* 3. p. 39. — Gerson *Magazin* 1827. *Jul. August.* p. 74).

bium majorum [1]), in debilitate [2]) et maxime in labe scrophulosa et rachitica, sicuti ossibus in genere infensis, ita necessariae firmitati dentium nascentium adversis [3]), inveniuntur.

Excitantes.

2. Malo malum addunt, nutricum ebriositas, menstruatio, animi pathemata, earum aeque ac recens natorum morbi fortuiti, alimenta lactantium

1) „. . . *dans les grandes villes on rencontre fréquemment, sur-tout dans les deux classes les plus opposées de la société; savoir; chez les gens fort pauvres ou très-opulens, des individus qui présentent une foiblesse d'organisation particulièrement reconnoissable par l'état de leurs dents. Les premiers naissent souvent de parens mal sains, et croissent au milieu de l'indigence en manquant de tous les objets de première nécessité; et leurs dents, ainsi que leurs autres parties, ne prennent qu'un foible développement. Les autres ordinairement issus des parens d'une très-foible constitution, vivent au milieu de tous les attributs du luxe et de la mollesse; on leur prodigue de soins toujours mal entendus qui s'opposent au développement complet des organes.*" Gariot l. c. p. II.

2) „. . . . *elle (la dentition) est retardée si l'enfant est foible et issu de parens débiles.*" Alphonse Leroy *traité de la médecine maternelle.*

3) „*Il faut premièrement que la dent soit d'une consistence assez dure, pour diviser la gencive qui la recouvre. Le défaut de consistance des dents de Rikais (enfans en charte) fait qu'elles restent toujours enfermées dans les alvéoles, sans en sortir, jusqu'à ce que le vice qui entretient la mollesse des os soit dissipé, et que leurs dents ayent acquis la dureté qu'elles doivent avoir.*" Fauchard op. c. T. I. p. 30.

ctantium ventriculo haud accommoda, capitis infantilis velamenta incongrua et ante omnia frigus [4]).

3. De *caussa proxima* dentitionis laboriosae plurimae emanatae sunt hypotheses. Eas inter eminet, quae *vim a nascentibus dentibus gingivis illatam accusat* [5]). Ast monuimus gingivas sub Proximae.

4) „. . . Tenerum infantem tepidis involvite pannis." Scaevol. Sammarthani Paedotroph. Lib. II. *„Le premier cri de l'enfant, que toute mère est avide d'entendre, ne reconnoit peut-être d'autre cause que l'action de l'air sur son corps: le passage subit d'une température chaude dans une atmosphère froide, affecte également tous les hommes; quoique les effets qui en resultent, soient nécessaires à l'enfant, il ne faut pas en conclure qu'on doive les entretenir et les augmenter par un moyen que la nature repousse, et sur lequel elle donne des avertissemens bien précieux. Cette mère si prévoyante n'en appelle point au froid pour toutes ses productions; tout ce qui vit au contraire a besoin de chaleur; par elle les plantes germent, croissent, fleurissent, et donnent des fruits; sans elle l'oeuf fécondé ne se développeroit point, l'animal nouvellement éclos deviendroit languissant, et périrait: c'est dans ces cas qu'on voit l'industrie des animaux à l'égard de leurs petits; ils cherchent à les mettre à l'abri des injures de l'air, et s'ils n'ont préparé un local pour en modifier les effets, leur corps y supplée, et semble entretenir ce principe de vie que les anciens rapportoient à la chaleur."* Duval *le dentiste de la jeunesse* etc. p. 34.

5) „. . . . cum autem omnia haec mala a tensione, punctura, laceratione gingivarum nervosarum, sanguinolentarumque, oriantur." Swieten l. c. §. 1374.

sub dentitione etsi laboriosa non semper tumere dentesque tunc aliquando adeo profunde in maxillis latere, ut nec e longinquo gingivas adtingere possint. Praeterea affectiones gingivarum caeteris in morbis, symptomata eis dentitionis similia minime excitant. Ipsi denique infantes hoc malo laborantes, sibi gingivas impune fricant. Nec demonstratum est, dentes, *perforando* gingivas, pullulare [6]). Dubitant quoque (etsi immerito [7])), gingivas exquisito sensu gaudere. — Sunto etiam insensibiles; quid inde? *Nervi* dentis radicem adeuntis summam sentiendi facultatem nemo in dubium vocabit. Nervus autem necessario laedi debet, dum gingiva egressui coronae dentis obstando, ejus radicem deorsum premit. Odontiatri dicant quid accidit, ubi dentem ope *Pelican* eximendo, hypomochlion super dentem

6) „*Das Zahnfleisch wird meiner Meinung nach von den Zähnen nicht durchgebohrt, sondern die von der Natur schon gebildete Oeffnung in demselben mit dem körperlichen Wachsthum nur allmählig entwickelt und von den heranwachsenden Zähnen erweitert und ausgedehnet, eine Erscheinung die sich am besten mit der Entwicklung der Blumenknospen vergleichen lässt.*“ Schaeffer l. c. p. 92. Cfr. Miel *note sur la manière dont les dents sortent des alvéoles et traversent les gencives, lue à la société médico-pratique.* 1810. 8.

7) „*The gums in general are not possessed of much sensibility, but when irritated even by slight causes, they are apt to inflame and become remarkably tender and painful.*“ Blake l. c. p. 169.

tem contiguum incidit ejusque radix contra alveoli fundum pellitur. — Postremo dens et antequam gingivas adtingat, lacessendo alveolum [8]) ejusque periosteum [9]) graves excitare debet turbas.

4. Altera hypothesis mala dentitionis a *saliva depravata* repetit. Et quid ubi salivae secretio sub dentitionis laboriosae curriculo suppressa est? Sed et contrario in casu saliva plerumque foras depluit. Posse eam aliàs ventriculum pessumdare jam dudum constat [10]). — Nec nova est hypothesis

Continuatio argumenti.

8) „*Teeth at their first formation, and for some time while growing are completely inclosed within the sockets and gums, and in their growth they act upon the inclosing parts in some degree as extraneous bodies.*“ Hunter l. c. p. 233.

9) „Haerent illa dentium germini in alveolis maxillarum; sed horum alveolorum exitus tegitur membrana satis densa coriacea, quae ab erupturo dente pertundi debet, quin imo lacerari; ita ut, post eruptionem dentis, lacerae hujus membranae laciniae observatae fuerint ab accurato in similibus indagandis Herrisant. Exsiccatae dein hae laciniae sponte cadunt. Magna ergo satis vis a dente erupturo fieri debet, ut hanc membranam rumpat.“ Swieten l. c. §. 1374. — „*The most painful part of dentition, and that in which children are most exposed to convulsions, is usually from the teeth cutting through the periosteum* (*or nervous membrane mentioned above*), *that covers the teeth.*“ Underwood *diseases of children Vol. I.* p. 213.

10) „*Der Speichel, der bei diesem Vorfalle allezeit in groser Menge zufliesset, mit der nämlichen Schärfe geschwängert ist, und meistens verschlucket wird, reizet*

thesis quae dentitionem laboriosam *ab affluxu majori sanguinis ad caput* repetit [11]). Natura sane dentitionem moliendo non aliter cruorem versus encephalum pellit ac pubertatis tempore versus partes genitales. Nec agitur ibi de solis dentibus, sed simul de *loquela*, deque *explicatione sensuum* et *facultatum animi*, quae singula unam eandemque in vitae epocham incidunt [12]). Verum exstat

das Ingeweide, wovon Bauchgrimmen, Durchfälle, und die Ruhr die Folgen sind." BRUNNER l. c. p. 59.

11) „*Eine hitzige, übereilige Natur treibet mehr Geblüte nach dem Haupte, als nöthig ist.*" STORCH l. c. p. 30. — „*Das von Natur weiche und in der Kindheit schwache Gehirn empfängt in den Perioden, wo die Verknöcherung und das Zahnen vor sich gehet, einen neuen Zufluss von Blut, welcher eine neue Anhäufung daselbst hervorbringt. Diese Anhäufung geht vor dem Zahnen vorher, begleitet selbiges und folget darauf.*" LEROY *Samml. auserl. Abhandl.* l. c. p. 43.

12) „*Welche manchfaltige Abwechselungen von verschiedenen Reizen gehen bei Neugebohrnen bis in die zehnte, zwölfte Woche ihres Alters blos allein im Gehirne vor, während welcher Zeit sich gewöhnlich ihre Sinnorganen als Gehör, Gesicht* etc. *entwickeln und vervollkommnen? Jetzt fangen auch die Seelenkräfte an thätiger zu werden; das Zahngeschäft geht ernstlich von Statten* etc. *und die Natur scheint wirklich zuerst bei ihnen an der Entwicklung des Kopfes ununterbrochen und in Verhältniss zu den übrigen Theilen, schneller fortzuarbeiten. Man wundre sich also nicht, dass da, wo ein grösserer Reiz angebracht wird, immer auch ein grösserer Zufluss von Säften geschieht, und dass man bei Kindern und*

exstat quoque dentitio laboriosa sine omni impetu humorum caput versus, ita ut potius *collapsus* et defectus virium vitalium ad dentitionis opus absolvendum necessariarum admitti debeat. — Accedit *nervorum mechanica irritatio.* Quum enim dentes nervos a pari quinto [13]) accipiant, quod par radicem nervo intercostali [14]) largitur; ratio patet cur dentium affectiones non modo in propinqua sensuum organa, quae etiam nervos a quinto pare habent, sed quoque in partes corporis humani remotas imperium, sane reciprocum, exerceant. Nec nervorum par octavum immune [15]).

§. XXXIX.

Diagnosis.

1. WICHMANN, praeeunte CADOGAN [1]), dentitionem, non quidem, ut asseclarum unus alterve [2]), An morbus?

ihren Krankheiten von der Geburt an bis in den zwanzigsten Monat besonders auf den Kopf vorzügliche Rücksicht nehmen müsse." SCHAEFFER l. c. p. 86. not. — „*Bey Thieren hat das Zahngeschäft diese pathologische Wichtigkeit und Mortalität nicht. Was ist nun die Ursache dieser Differenz? . . . Dass bei Menschen der Zeitpunkt der Zahnentwickelung auch zugleich der Entwicklungsmoment der Sprache ist.*" HUFELAND *Journ. der pr. Heilk. B.* 28. p. 119.

13) E ramo videlicet secundo nervos dentales posteriores, e ramo tertio nervos dentales inferiores.

14) Nervus Vidianus profundus.

15) CORNELIO *statistica a.* 1816. p. 80.

ve [2]), e morborum numero prorsus exclusit; sed pro raro pathologiae objecto venditavit [3]). Gravis iste error extemplo ab universo medicorum coetu observatus et a plurimis revelatus est [4]). Id tamen boni inde emersit, ut medicorum vulgus,

1) „D. Cadogan *in seinem Versuche über die Pflege der Kinder macht folgende wahre Bemerkung: Obgleich das Zahnen für ein oder das andere Kind gefahrvoll seyn mag, so ist es das nie seiner Natur nach. Denn wäre es eine Krankheit, so könnten wir uns vor dem ein, zwei und zwanzigsten Jahr oder noch später nicht für gesund ausgeben, da es in diesem Alter erst vorüber ist, und der letzte Zahn oft mehr Schmerzen macht, bis er durchgebrochen ist, als der erste, weil das Zahnfleisch sowohl als die Knochen dichter, härter und weniger nachgebend geworden sind. . . . . Mit etwas Schmerz und unbedeutendem Fieber ist das Zahngeschäft wohl allezeit verbunden; beide Zufälle aber sind unwichtig und gehen unvermerkt und ohne die geringsten übeln Folgen vorüber, wenn das Blut und die Säfte von guter Beschaffenheit und nicht im Uebermass vorhanden sind.*“ Schaeffer l. c. p. 88.

2) Conradi l. c. — Laforgue l. c. p. 78. — Robertson l. c.

3) Postquam Wichmannus rerum positiones, quae dentitionem laboriosam simulare solent, ad trutinam vocaverit, tandem ait (l. c. p. 22): „*Dann erst in so seltnen Fällen nehme man eine grosse Zahnarbeit oder wirkliche Krankheit an.*“

4) Wagner, Sponitzer, Kortum, Mylius, Wedekind ll. cc. et R. Bellingham in *the London medic. repository edited by* Copland 1824. *No.* 129.

vulgus, qui antea mox omnem infantum morbum, anuum ad exemplum, a dentitione repetiit, modo cautior factus sit. Medicorum autem flos omnis aevi scivit, dentitionem rite procedentem nil morbosi habere, subque illius larva saepe alios morbos latere [5]).

2 Dentitionem itaque laboriosam, ut morbum per se, non proclamabis, nisi praevio examine denudati infantis a cervice ad calcem, edoctus sis, aliam non latere aegritudinem. Aegritudinum, quarum praecipue hoc in opere rationem

Qualis evitanda confusio?

5) „Vulgo enim notissimum est infantes a doloribus ex dentitione ortis, saepius in febribus agi, quae haud ita facile ab alterius genere febribus internoscuntur.“ Sydenham l. c. — „*Voilà comme il arrive souvent qu'on attribue dans l'enfance aux dents, des maladies qui n'en proviennent point, erreur qui fait périr une infinité des sujets. Mais il faut avouer aussi que les dents causent bien des maladies, tant chez les enfans que chez les adultes, et en emportent même un grand nombre, sans qu'on les soupçonne d'y avoir la moindre part, ce qui est une erreur aussi dangereuse et non moins fréquente que la première.*“ Bunon l. c. p. 363. — „*Sobald ein Kind, das über vier Monate alt ist, sich übel befindet: so schieben wir die Schuld sogleich auf die Zähne, ob es gleich öfters ganz andere Krankheiten hat.*“ Rosenstein *Erkenntniss und Kur der Kinderkrankheiten. Götting.* 1785. p. 47. — „*Dennoch aber geschieht es, dass sogar Aerzte manche körperliche Unordnungen, die sich in der Periode des Zahnens einfinden, für ursprüngliche Zahnbeschwerden ansehen.*“ Schaeffer l. c. p. 95.

nem habebis, sunt *febres intermittentes*, *affectiones rheumaticae* (potissimum *rheumatismus acutus musculorum capitis* [6]), *encephalitis*, *rhachialgitis*, *otitis*, *croup* [7]), *cynanche*, *peritonitis*, *gastritis*, *enteritis*, *colica* et *vermes*.

Indagatio ulterior.

3. Parte negativâ indagationis absolutâ, ad positivam deveniendum. Symptoma quidem pathognomonicum dentitionis laboriosae non datur; at e syndrome lux affulget. Ordiendum ab oris examine. Gingivarum quidem tumor, ut pluries monuimus, indivisus non est dentitionis comes, inprimis respectu dentium incisorum et caninorum (molares enim raro sine praevia gingivarum irritatione erumpunt); ast modus sese gerendi infantum, utplurimum sedem mali circa maxillas indicat. Praeterea ad aegrotuli aetatem et ad ordinem, quo dentes erumpere solent, respiciendum. Quodsi infans jam sexto vel septimo mense male habuerit et nonnisi apparentibus dentibus incisoriis convaluerit; eo magis morbus, symptomatibus dentitionis laboriosae stipatus, qui in finem

6) „*Bey kleinen Kindern, die Knoten am Halse haben, kann eine Entzündung des musculi epicranii, und eine Eiteransammlung unter demselben entstehen, welche im Anfange überaus leicht übersehen wird und Zufälle hervorbringt, wie man sie bey dem schweren Zahnen sehr häufig beobachtet.*“ Wedekind l. c. p. 31. et *allgemeine Theorie der Entzündungen und ihrer Ausgänge* p. 71.

7) Cornelio *statistica a.* 1816. p. 34.

finem primi aut in initium secundi anni incidit, adventui dentium molarium vel caninorum adscribendus erit. Dentitio laboriosa, tandem id cum aliis morbis ab irritamentis localibus pendentibus commune habet, quod symptomata vicissim mox decrescant mox invalescant. Aliquando et modus, quo reliqui ejusdem familiae infantes dentitionis negotium absolverunt, diagnosin adjuvat.

4. Probe quoque notandum est dentitionem laboriosam aliorum *morborum consortium* minime respuere. Immo nullus infans magis imperio morborum epidemice vel aliter regnantium obnoxius est, ac ille qui in epocha dentitionis versatur [8]). Sunt praeterea morbi, quos ipsa dentitio provocat, cerebri inprimis, intestinorum et hepatis [9]). Complicationes.

5. Den-

8) Pulchre hoc argumentum dilucidavit Jackson in *the new England journal of med. and surgery* etc. *Boston* 1812. *Vol. I.*

9) „*Woher entstehen die gefährlichen Zufälle beim Zahnen, und wodurch erfolgt in manchen Fällen der Tod? — Nach meinen Beobachtungen sind consensuelle Affectionen der Eingeweide, vorzüglich derer des Unterleibes, und unter diesen am öftersten der Gedärme und der Leber, hievon die Ursache. Auf die letzteren, nehmlich der Leber, wünsche ich besonders meine Herrn Collegen aufmerksam zu machen, weil in keinem mir bekannten Werke über Kinderkrankheiten, ihrer als Folge des Zahnens, Erwähnung geschieht.*“ Mylius l. c. p. 189.

Indoles. 5. Dentitionem laboriosam in *febrilem* et *apyrecticam* dividimus. *Illam* juxta praecepta in doctrina de febribus tradita, propius determinamus, semper memores febrem hîc *symptoma* morbi, *non ipsum morbum* constituere. *Hanc* cum morbis nervorum ab irritamentis mechanicis [10]) concordamus. Insignitur dentitio laboriosa apyrectica urinâ multa, salivâ pauca atque praecipue in infantibus gracilibus obvenire solet. Concomitatur saepius dentitionis molimina quam dentitionem ipsam. Frequenter itaque dentitio laboriosa apyrectica a febrili excipitur; raro contrarium contingit [11]).

§. XL.

Prognosis.

Generatim. 1. De infantibus antequam primae dentitionis absolverint negotium, parentibus vix gratulamur [1]). Ei, morbisque adnexis, pars nisi dimidia [2]) vel tertia [3]), saltem conspicua [4]) funerum

10) P. II. Vol. I. sect. I. cap. I. §. IV. No. 24.

11) „Quibus in dentitione febris acuta oboritur, raro convelluntur." Hippocrates de dentitione.

1) „*Es haben sich die Aeltern über ihre kleine Kinder nicht eher zu freuen; als bis sie gezahnt.*" Welsch *Hebammen-Buch.*

2) „*Hence . . . the death of almost one half of the children that are lost before the second year.*" Berdmore op. c. p. 193. et in nota. „*Those who judge of the fatality of disorders by the bills of mortality, will imagine perhaps that this computation is greatly*

rum in primum aetatis biennium incidentium debetur.

2. Quo junior et gracilior infans, quoque magis sensilis [5]) et plethoricus [6]), eo majus primae dentitionis periculum. Mares inde gravius affliguntur puellis [7]). Periculosissima ea est (aliorum morborum infantilium instar [8])) in regionibus Ratio periculi.

over-stretched. But it is to be observed, that most of the deaths imputed to convulsive, febrile, hectic, and rickotty disorders are to be taken into this account, because they almost universally arise from dentition at this time of life."

3) „. . . mors, qua *tertia pars* infantum ex dentitione rapitur." Plenk l. c. p. 15.

4) „. . . dentitionem in puerulis periculosam *saepe ac funestam esse*, satis, proh! dolor comperimus." Fr. Hoffmann l. c. §. 5.

5) „Porro multum quoque interest nosse, an subjecta aegrotantia valde sint *sensibilia* et forte a parentibus iracundis genita." Fr. Hoffmann l. c.

6) „Inprimis vero gravis dubiique eventus esse solet (dentitio) infantibus plethoricis et succi plenis." Idem ibidem.

7) A. Leroy l. c. p. 47. — Girtanner *über die Kinderkrankheiten*. p. 112.

8) Si quis adhuc dubitaret hominem esse animal climatum calidiorum, compareat is, quaeso, morbos infantum *Rossiae* cum illis *Italiae*. Exceptis enim quibusdam epidemiis ubique strages aequales edentibus, videbit infantes *ibi*, vix curâ pro herbis exoticis adhiberi solita, servari posse; — *hic* autem, nulla adhibita opera prosperare.

bus septentrionalibus, ac tempore hiemali [9]). Timenda dentitio praecox; timenda, longe tamen minus [10]), serotina. Eruptio dentium incisorum, utpote in tenella infantum aetate locum obtinens, ardua [11]). Ardua prae omni alia eruptio caninorum [12]), quippe qui in spatium a dentibus incisoriis externis et primis molaribus relictum protrudi

9) Hippocrates quidem statuit dentitionem felicius procedere hieme, quam aliis temporibus, idque, ut Andry (*l'orthopédie T.* 2. p. 210) suspicatur, quia hieme omnia ossa fragiliora sunt. Ego potius putarem singularem magni viri opinionem per climatis Graeciae a nostro diversitatem explicandam esse. Prudenter Fr. Hoffmann, Hippocratis sententiam aliis experiundam committit. l. c.

10) Integras novi familias, quorum singula individua, absoluto dumtaxat primo aetatis anno, dentes accipiebant, interque eas familia mercatoris Judaei Vilnensis Perez.

11) „*Les molaires, qui sont bien plus grosses et presque carrées, percent les gencives avec plus de violence; mais comme elles sont plus tardives, et que l'enfant a plus d'age et de force, il supporte plus aisément la douleur.*" Fauchard T. I. p. 50. — „. . . *as the child advances, the power of sympathy becomes partial, there not being now in the constitution that universal consent of parts.*" Hunter p. 237.

12) De morbis aetatum dicit Hippocrates (aphor. 25. Sect. 3): „ad dentitionem vero productis, gingivarum pruritus, febres, convulsiones, diarrhoeae; ac *maxime cum caninos dentes edunt*, crassissimisque pueris ac duras alvos habentibus."

trudi debent [13]). Aleâ plena plurimorum dentium eruptio simultanea. Quivis morbus in dentitionis epocham incidens solito gravior. Item dentitio aliorum morborum tempore absolvenda. Rachitis quandoque a dentitione laboriosa incipit.

3. Facilis dentitio est futurae sanitatis signum. Quo difficilius et quo longiori tempore dentes erumpunt, eo majus est periculum [14]). Dentientes cum tussicula tardius producunt dentes inque perforatione corpuscula magis extenuantur [15]). Alvi libertas plerumque [16]) salutaris; se- Semiotica.

13) „*Kommen insonderheit die Spitzzähne denen Kindern schwer an, nicht zwar um deshalben, weil sie spitzig sind: denn wenn man die Zähne nach ihrer Schärfe betrachtet, so sind die vördern, Incisores, viel schärfer und spitziger als die Eckzähne, und verursachen gleichwohl nicht so viele Zufälle, sondern um deshalber fallen sie der Natur schwer zu betreiben, weil sie sich zwischen denen schon vorhandenen Beiss- und ersten Backenzähnen müssen durchzwingen: dahero* Sennertus *schon zu seiner Zeit gesprochen, dass die Aeltern sich ihrer Kinder nicht eher zu erfreuen hätten, bis die Augen- oder Spitzzähne bei ihnen heraus wären.*“ Storch l. c. p. 24.

14) Fr. Hoffmann l. c. 15) Hippocrates l. c.

16) „. . . . etiam pejus adficiuntur, qui alvo adstricta laborant, quam qui alvum laxam et fluidam saepe deponunt; licet pariter experientia confirmatum habeamus, quod non minus hi, quam illi prae dolore in ipso febrili paroxysmo convulsi moriantur.“ Fr. Hoffmann l. c.

cus autem vehemens diarrhoea [17]). Salivatio boni augurii. Coryza cum narium siccitate valde molesta [18]). Mali ominis symptomata affectionem totius corporis indicantia [19]). Convulsiones apyrecticae et transitoriae minus solito timendae. Interea semper de systemate nervorum labefactato ideoque de praedispositione ad epilepsiam aliosque hujus generis morbos testantur. Pessimum symptoma oris gangraena [20]). Quivis porro dentitionis accessorius morbus propriam habet semioticam.

§. XLI.

C u r a.

Prophylaxis.

1. E regimine generali recens natorum ad dentitionem praecipue spectant sequentia praecepta, infan-

17) „*The small quantity of nourishment that the stomach could admit of, was hurried off by the intestines.*“ Hunter l. c p. 239.

18) „*Die Luft kann deswegen nicht so frey durch die Nase gehen, und das Kind muss um Athem zu schöpfen den Mund beständig offen haben, wodurch die Theile ausgesperret, und das Athemschöpfen schwerer wird*“ Brunner l. c. p. 52.

19) „*Many of the symptoms of the disease are dangerous, namely the constitutional ones.*“ Hunter l. c. p. 236.

20) „*Die grosse Entzündung der inwendigen Theile des Mundes, und besonders des Zahnfleisches sind allezeit von einiger Gefahr, weil selten eine gutartige Zertheilung, oder eine Vereiterung zu hoffen ist, sondern sehr geschwind in Brand übergehen; und es ist*

infantum peculiaribus constitutionibus adaptanda, videlicet ubera ad absolutum usque primae dentitionis negotium praebendi [1]) (saltem nisi ab infantibus male tractentur [2])); — nutricibus abstinentiam a potu liquorum fermentatorum inculcandi [3]);

kein Theil in unserm Körper, wo aus der Entzündung so gern der Brand entstehet, als im Munde." Brunner l. c. p. 55.

1) „. . . . *de même qu'on estime que le lait est la seule nourriture propre à l'enfant, tant qu'il n'a pas encore des dents, de même on en conclura qu'il ne faut l'en priver, que lorsqu' il a tous les instrumens nécessaires à broyer les alimens solides: ce principe est incontestable: aussi remarque-t-on que, pour n'y avoir pas eu égard, quelques enfans en souffrent, et que leur dentition en est plus difficile. Si l'on considère d'un autre côté que l'enfant qui souffre d'une dent prête à percer, refuse toute espèce d'aliment, et ne cherche que le sein de la mère, où il trouve en même tems que sa nourriture, le véritable remède à l'irritation et à la douleur de ses gencives, on ne doutera nullement que ce n'est pas là l'époque où il convient de le sevrer, et que pour le plus sûr il faut attendre la sortie de toutes les dents de lait.*" Duval op. c. p. 48.

2) „*Ich sage hingegen, man müsse ein Kind abgewöhnen, so bald es die Schneidezähne hat an beiden Kiefern, es wären denn Nebenumstände. Welche Säugamme wird es wohl aushalten können, wenn sie ein Kind, das schon alle Schneidezähne hat, säugen sollte?*" Pasch l. c. p. 83. Cfr. Cap. XI. §. XLV. No. 5.

candi [3]); — infantibus debitam quietem debitumque somnum praesertim nocturnum [4]) concedendi; — eos a caussis morborum accidentalium maxime a frigore *) custodiendi; — cumque alimentis facilis digestionis [5]), iisque tepidis [6]) nutri-

3) Sic jam Moschion (Spach. Gynaec. p. 10. No. 19).

4) „*Mais on doit sur-tout leur faire contracter l'habitude de bien dormir la nuit, et de ne pas faire de petits sommeils fréquemment interrompus, pendant lesquels les forces se réparent mal.*" Gariot l. c. p. 204.

*) „Mr. Boblet *médecin accoucheur, conseille en pareille circonstance de faire porter aux enfans depuis leur naissance jusqu'à l'age de 4 à 5 ans, des manches de flanelle préparée. Ces manches fixées ensemble par une lisière de la même étoffe, couvrent les épaules et vont jusqu'à l'avant-bras.*" Maury l. c. p. 56.

5) „*Was hat man nicht schon alles von der üblen Gewohnheit gesagt, die man derzeit angenommen hat die Kinder mit Koch- und Mehlpappe zu ernähren.... Der Pappe bleibt in dem Magen liegen, folgt seiner eignen Natur, und erzeugt anfänglich eine saure Schärfe, welche dann die vielen Nerven des Magens reizet, wodurch andere Theile, besonders der Kopf in Mitleidenschaft gezogen, und dann Zuckungen, Fraisen u. d. g. erweckt werden.*" Brunner l. c. p. 59.

6) „Inter dentiendum os tanta teneritudine saepe affligitur, ut omne alimenti genus pertinaciter respuant. In hoc casu summopere cavendum ne alimentum calidum, immo vix tepefactum, infantibus praebeatur. Nam calor oris et gingivarum, fere exurens, vix minimum caloris adventitii gradum fert, sine molestia et labore accedente." Harris l. c. p. 35.

nutriendi. Sunt qui moneant cavendum esse omnino ne quid durum mandendum praebeatur, ne gingiva calosior reddita, nascituros dentes impediat [7]). Alii optant potius hanc callositatem, credentes, facilius rumpi membranas tensas et duriores, quam molles, quae denti exsurgenti cedunt nimis [8]). Nos adstipulamur aienti [9]): „cum ergo ipsa natura videatur indicare in dentientibus frictionem gingivarum, utile erit, si talia corpora dura, glabra, ex crystallo, corallo rubro, ebore etc. parata porrigantur infantibus dentientibus, modo nullas omnino eminentias habeant et parata fuerint ex tali materia, quae in saliva solvi nequeat.“ Consentiunt et alii experti [10]).

2. Den-

7) Aetius l. c. — Bourdet op. c. T. I. §. 4. p. 40. — Blake l. c. p. 172.

8) Andry l. c. 9) Swieten l. c. §. 1377.

10) „*Endlich finden sich noch etliche indifferente äusserliche Mittel, daran man die Kinder kauen und beissen lässt, in der Meinung, dass dadurch das Zahnfleisch weich gemacht, und die Zähne desto leichter zum Durchbruch befördert werden können. Diese Mittel bestehen in eingefassten Wolfszähnen, oder andern Dingen, die an Grösse und Gestalt denen Wolfszähnen gleich kommen; als länglicht runden Crystallen, Agatsteinen, Helfenbein, Stückgen Stahl u. d. gl. Sie werden in Silber gefasst und solchergestallt eingefüget, dass sie die Kinder nur 1 oder 2 Zoll lang in den Mund stecken können. Mir kommt zwar die Wirkung, die sie in Beförderung des Ausbruchs der Zähne erweisen sollen, sehr gering vor: weil aber die Kin-*

Monita. 2. Dentitione juxta normam procedente ne te immisceas [11]). Si autem a norma deflexerit; tunc aut caussa deflexionis removenda, aut ejus effectus temperandi [12]).

Method. antiphlogistica. 3. *Status inflammatorius* exposcit ut mox victus tam nutricis quam infantis imminuatur. Utrique praeterea alvus movenda, eccoproticis illi, clysteribus huic. Si infantum alvus nihilominus rebellis foret, *solutio mannae* indicatur. Motus febriles optime *nitro* [13]) compescuntur, evitato

der von der Kühlung im Munde einige Erquickung finden, und damit viel Speichel herbei locken, so pflege ich sie nicht zu verwerfen, sondern vielmehr anzurathen. Wie denn auch eine rein gewaschene Speckschwarte, daran man sie käuen lässet, zur Hervorlockung des Speichels sehr dienlich und der salzige Geschmack denen Kindern angenehm fällt." Storch l. c. p. 43.

11) „Stahl *sagt an einem Orte: wenn das Zahnhecken vor sich wohl von Statten geht, soll ein Arzt sich nicht darein mischen, sondern glauben, dass er, zum Ausbruche der Zähne, nicht das geringste beytragen könne.*" Storch l. c. p. 36.

12) „*Der Zahntrieb ist ein Werk der Natur, welches sich gemachsam treibet und Zeit und Weile darzu haben will. Was ein Arzt dabey thun kann, das besteht darinnen, dass er ein Aug auf die Ursachen des schweren Zähnheckens habe, und die Hindernisse, nach Möglichkeit, aus dem Wege räume, und etwa die übrige und unnöthige Bewegungen mindere und lindere.*" Idem, ibid.

13) Non satis commendatur a scriptoribus, excepto We-

evitato simul nimio conclavis calore. Urgens caput vereus cruor, perbelle *lenibus* sinapismis, suris, aut plantis pedum, per unam alteramve horam admotis, revellitur. Nisi haec quod morbosum est auferant, infantis vita omnino ab applicatione *hirudinum* retro aures pendet. Gratiae aeternae medicis qui hoc auxilium promulgaverunt [14]). Quodsi tamen febris valde urgeret, phlogosis gingivarum praesto esset et convulsiones in conspectum venirent, hirudinibus non standum sed ad *phebotomiam* properandum [15]). Qua peracta indicataque adhuc cruoris evacuatione, haec, ope *scarificationis gingivarum* [16]), secura ut testantur [17]) operatione, obtineri posset.

4. Constitutione annua morbis rheumaticis et catarrhalibus favente, ac infante atmosphaerae intemperici exposito, expectandum est, illa morborum semina radices in partibus a dentitionis negotio jam morbose affectis, egisse, si aegrotulus Method. diapnoica.

DERIND l. c. Dosis grana sex-decem aut in ipsa mannae solutione aut in uncia una aquae rubi idaei cum syrupi ejusdem binis drachmis.

14) Inter eos eminent HARRIS et LEROY ll. cc.

15) SYDENHAMUS l. c.

16) Ejusmodi *scarificationes* probe ab *incisione gingivarum* de qua infra (No. 9) distingui debet.

17) „*The gums will bleed a little, which may be of service in taking off the inflammation. I never saw a case, where the bleeding either proved inconvenient or dangerous.*" HUNTER l. c. p. 242.

lus febre et tussi laboret. Hic, fracto prius morbi impetu ope methodi antiphlogisticae, tandem ad *pharmaca diapnoica* deveniendum, quae et initiis levissimi morbi quadrant. Loquimur de *infuso florum tiliae*, vel *sambuci*, addito *syrupo althaeae* vel *violarum* concurrentibus modico cubiculi calore et mora in lecto. Tussis, absque indiciis inflammatoriis obveniens, molesta ac rebellis *sulphure aurato antimonii* [18]) tractatur. Nulla alia vigente indicatione quam ea transpirationis opus restituendi — *balneum tepidum.*

Methodus antigastrica.

5. Ubi ventriculi sordes curriculo debito dentitionis obstant, *radicis ipecacuanhae* grano uno alterove eliminandae. Nec *clysteribus emollientibus* parcendum. Si faeces fuerint viridescentes — *magnesiae purae*, aut *lapidum cancrorum* aliquot grana. Meteorismo apyrectico — *aqua* aut *foeniculi* aut *menthae* opponitur [19]). Dolores abdominis inunctio *olei macis expressi* temperat. Alvi

18) Granum unum in mucilagine gummi arabici drachma una subactum; addita uncia una syrupi althaeae. D. S. Cap. omni tertia horâ cochleare cofeanum. Cfr. Wedekind l. c.

19) Sequens formula sub dentitione cum complicatione gastrica eaque apyrectica mihi familiaris est. R. Pulveris lapidum cancrorum grana tria. Mucilaginis gummi arabici, Aquae foeniculi simplicis ää drachmas duas. Syrupi rhei unciam unam. M. D. S. quassato vase cochleare cofeanum secunda quaque vel tertia horâ.

Alvi obstructioni *syrupus rhei* obviam it. Quodsi febris usui remediorum paullulum calefacientium obstaret, hypochondrium dextrum tumidulum foret, tubi intestinalis sordes ope *calomel* [20]), benedicendo hîc remedio, eliminabis.

6. Symptomata nervosa, nec a statu inflammatorio vel gastrico provenientia, necque febrem sociam agnoscentia, *pharmaca* sic dicta *antispasmodica* exposcunt. Validiora e. c. *radicem valerianae* et *pulverem castorei* nutricibus exhibemus [21]), mitissima e. c. infusum *florum matricariae chamomillae*, vel *papaveris rhoeados*, infantibus. Haec si istis non sufficerent, gutta una alterave *spiritus nitri dulcis* in convenienti vehiculo [22]) porrigitur. Gravissimo in casu, urgentibus videlicet convulsionibus, *moschus* [23]) sacra ancora. Nimis aestuosa reperimus alia hîc laudata Methodus antispasmodica

20) Granum unum cum granis quatuor sacchari cum lacte nutricis bis terve de die donec alvus moveatur.

21) „Sicuti autem in gravioribus infantum morbis *nutrici* saepe, quam infanti medicamenta dare praestat; ita quoque hoc similiter observandum est in vehementissimis retardatae dentitionis symptomatibus. Fr. Hoffmann l. c. curat. §. 3.

22) R. Aetheris nitri alcoholisati guttas tres. Aquae cerasorum nigrorum unciam unam, Syrupi ejusdem drachmas duas. M.

23) R. Moschi granum unum. Mucilaginis gummi arabici drachmam semis. Aquae rosarum unciam unam. Syrupi alkermes drachmas duas. M. D. S. conquassato vase quaque hora cochleare cofeanum.

laudata pharmaca, ut *alcali volatile* [24]), *spiritum cornu cervi* [25]), etsi acido *succino* nuptum. *Opium*, aliàs in morbis nervorum a stimulis mechanicis excitatis tam proficuum, infantibus vix sine vitae periculo dari potest [26]). — Interdum *balnea tepida* et *clysteres* ex infuso chamomillae optime ut antispasmodica inserviunt.

Complications. 7. *Curam complicationum* quot quot exstant singulatim prosequi, longum nimis foret. Sufficiat duarum utpote vulgatissimarum meminisse; complicationis videlicet *inflammatoriae gastricae* et *inflammatoriae nervosae*. Illa *hirudinibus* abdomini admotis, *mixturâ oleosa* [27]), et *calomel* curanda. Haec, exhausta jam methodo antiphlogistica, *acidum sulphuricum* [28]) exposcit.

Cura oris. 8. *Acida vegetabilia* e. c. *succus citri* etiam topice ad compescendam gingivarum irritationem laudem

24) Boerhaave Aphor. 1378.

25) Sydenham l. c. („Prae caeteris quae mihi innotescunt medicamentis votis hic respondet"), Swieten l. c. §. 1378. (R. Spiritus cornu cervi guttas tres. Bibat ex syrupo Kermes drachmis duabus ter de die).

26) Exhibere tamen ausus est Rosenstein (l. c. p. 54) unam alteramve laudani liquidi Sydenhami guttam.

27) R. Olei amygdalarum dulcium. Mucilaginis gummi arabici. Syrupi althaeae aa drachmas duas. Aquae fontis unciam unam. Misc. triturando.

28) Infusi rosarum rubrarum unciam unam. Syrupi rubi idaei unciam semis. Acidi vitriolici diluti guttam unam alteramve ad gratum saporem.

laudem promeruere [29]). Possunt revera iis tuto infricari nisi jam signa irritationis praesto sint [30]). Hac comparente *emollientibus* standum [31]). Inter ea jure celebrantur *oleum amygdalarum dulcium*, *mucilago gummi arabici*, *sperma ceti*, *cremor lactis*, *butyrum* inprimis *melli nuptum*, *vitellum ovorum* [32]) etc. Quondam magna cum fiducia sanguis e crista galli nigri desumtus gingivis inungebatur [33]). Et illinitio gingivarum ope *aetheris sulphurici* locum obtinuit [34]). Suadetur etiam applicatio *fici* per medium dissecti, in ipsa illa parte, ubi dens, prorumpere conatur atque tumorem et ardorem gignit [35]). Verum periculum suffo-

29) Bourdet Blumenthal l. c. Carabelli.

30) „*Le ptialisme ou la salivation annonce que la dent pousse et est arrivée à la gencive. Alors il faut la frotter de temps en temps avec du jus de citron, dont on a le doigt bien trempé, jusqu'à ce que la dent soit découverte, et la gencive divisée: on fait la même chose à chaque dent qui perce. Il faut mettre de bonne heure en usage ce jus de citron, et ne point attendre que la gencive soit enflammée.*" Bourdet l. c. p. 112.

31) „Gingivas emolliendo, refrigerando, leniendo, mollibus, glutinosis, antiphlogisticis." Boerhaave Aphor. 1377.

32) R. Vitelli ovorum No. 1. Syrupi croci et papaveris albi aa drachmas duas. Pro illiniendis gingivis.

33) Riedlin lin. med. 1695. p. 406.

34) „Infanti a difficili dentitione convulso guttulam naphthae vitrioli gingivae aliquoties illiniebam et convulsio brevi sopiebatur. In alio autem casu hoc re-

suffocationis a corpore ori infantum commisso, haudque firmato, timeremus.

Incisio gingivarum.

9. *Num dentium eruptio gingivarum incisione promovenda?* Suadent hanc operationem, ut facilem et tutam, VESALIUS [36]), PAREUS [37]), PAULI [38]), UNDERWOOD [39]), HUNTER [40]), BELL [41]), J. F. OSTERLEIN [42]), CARABELLI [43]) etc. [44]). Aliter

medium aliquoties tentatum inefficax fuit." PLENK l. c. p. 18. not.

35) FR. HOFFMANN l. c. §. 5.

36) Lib. I. de hum. corp. fabrica cap. 11.

37) Opp. Paris 1582. Lib. XXIII. cap. 67. (incisionem gingivarum neglectam in Ducis Nivernensis puero octimestri mortem ei conciliasse asserit).

38) Act. Hafniens. T. I. p. 147.

39) Op. c. T. I. p. 213. 218. 220. („*to lance the gums is ever, at least a safe operation*").

40) Op. c. p. 210. („*as far as my experience has taught me, to cut the gum down to the teeth appears to be the only method of cure*").

41) *Inbegriff der Wundarzney. Th.* 3. p. 519.

42) In *neue Chiron herausgegeben von* TEXTOR. *B.* 1. *St.* 2. *No.* 4. *Sulzbach* 1822.

43) Assentit HUNTERO dicenti (l. c. p. 241): „*The incisions must be made pretty deep, till the tooth be felt with the instrument*").

44) „*Unter andern sahe ich den hoffnungsvollen Erben eines hohen Hauses wegen verabsäumten Einschnittes zu Grunde gehen, da doch bei Untersuchung des Verblichenen meine Vorhersagung wahr wurde.*" PASCH l. c. p. 30. — „. . . *mi offersi ad esaminare il fanciullo, quale trovai preso da terribili convulsioni, tutto*

ter sentiunt ARMSTRONG et SCHAEFFER [45]), HUDSON [46]), BLAKE [47]), GARIOT [48]) etc. inprimis si incisio

infiammato sopratutto nelle gingive, e nelle labra, con la bocca tutta ulcerata, effetti, che si credevano derivanti dalla febbre, che lo tormentava. Subito mi venne l'idea, che ciò fosse prodotto dalli denti; communicai al medico la mia idea, ed il risultato della nostra conferenza fu di fargli una piccola levata di sangue, e l'uso di qualche topico, che diminuisse l'irritazione, e la tensione de' muscoli, ciò chi mi permise di poter allora esaminar la bocca; ed avendo scoperto, che la cagione del suo male era la sortita di quattro denti in una volta, dei quali, due mollari alla mascella inferiore, e due canini alla superiore, io diedi mano tosto all' operazione, incidendo le gingive, che impedivano la sortita delli denti, e con questo mezzo li sintomi disparvero, e in poco tempo il fanciullo ricuperò la salute." CARNELLI l. c. p. 11.

45) Op. c. p. 93. („. . . öfters wird die Operation zur Unzeit und mit Nachtheil vorgenommen. So weiss ich dass sie in einem halbjährigen Prinzen, welcher mit einmalen Zuckungen bekam, die man auf Rechnung des Zahnens schrieb, mit tödtlichem Erfolg verrichtet wurde. — Ein sehr erfahrner Arzt versicherte mich erst neulich, dass er sie einmal vor zwanzig Jahren gemacht, nie aber wieder machen werde. Bey einem fast zwey Jahr alten Kinde, welches plötzlich von dem Jammer befallen wurde, war der erste Backenzahn beynahe im Durchbrechen. Der Arzt machte einen tiefen Kreutzeinschnitt, der Zahn war durch, die Convulsionen aber wurden gleich nach der Operation heftiger und das Kind starb").

46) Apud BLAKE op. c. p. 176. („Dr. Hudson says:

incisio gingivarum nimis mature [49]), aut, ut operationis fautores suadent, admodum profunde vici-

concerning your question about lancing gums of children, I have avoided making it a source of revenue to myself, convinced from experience of its futility, except in inflammatory cases, and where the teeth were near the surface; in such cases the lancet gave relief, and I believe seldom or never on other occasions. Where I have operated by advice of the attending physician, it is true, many children have recovered after the operation, but I could never fairly say the recovery was in consequence thereof").

47) Op. c. p. 179. („*I shall conclude by saying, that I do not think lancing the gums of children is altogether so safe an operation as has been heretofore imagined, and that great caution should be used in the method of performing it, and also we should be perfectly certain of its necessity*").

48) Op. c. p. 200. („*Cette opération qui a été pratiquée toujours sans succès pour l'objet qu'on se proposoit, a pu dans quelques cas calmer la douleur par la saignée locale qu'elle produisoit, et d'autres fois augmenter les accidens nerveux par l'irritation qu'elle déterminoit sur des parties dont la sensibilité étoit déjà très-exaltée par le travail de la dentition*").

49) „In primo illo dentitionis molimine aeque ac in secundo, chirurgi gingivas infantum quacunque ex occasione imperite incidunt, quo scilicet dentes facilius erumpant; unde vulnus citra necessitatem, et nullam plerumque opem ferens, teneris promiscue infligitur; quum secundum solum dentitionis tempus (quod diligenter notandum) eam plagam inferri proprie requirat." Harris l. c. p. 35.

vicibusque repetitis, instituatur. Timent nimirum hisce ultimis binis in casibus, destructionem germinum dentium permanentium et gangraenam [50]). Nos nec boni nec mali quid a debita gingivarum incisione conspeximus credimusque de ea tunc solum cogitandum esse, ubi praeter dentitionem alter *non* latet morbus, uti e. c. hydrocephalus acutus. Caeterum SWIETENIO [51]) assentimur, duce FAUCHARD [52]) dicenti: „Sectio illa

50) „*Lancing the gums likewise is not altogether so simple or safe an operation as Dr. Underwood seems to think, for from what I have demonstrated in chapter IV. respecting the connexion which subsists between the temporary and permanent teeth, the connecting membranes and sacs of the permanent teeth must have been constantly cut by the common mode of operating; the formation of the permanent teeth must of course be much impeded, and probably sometimes entirely destroyed, by the frequent repetition of the operation. Lancing gums of sickly children has sometimes terminated in gangrene and death; my late friend surgeon Dease told me he met several instances of this kind.*" BLAKE l. c. p. 175.

51) Op. c. §. 1377.

52) Op. c. T. I. p. 54 („*Si tous ces remèdes ne soulagent pas l'enfant, si la gencive est rouge, gonflée et tendue; si l'on voit, ou si l'on sent au travers de la gencive le corps de la dent, soit avec le doigt, soit avec la sonde, il n'y a aucun danger à ouvrir la gencive en cet endroit: il faut même faire cette opération promptement*").

illa tunc tantum opportuna est, cum membrana alveolum tegens a dente emergente elevatur, tenditur, rubet, dolet intense; tunc plerumque valida satis febris adest et convulsiones metuuntur, nisi denti subito via concilietur: at post sectionem dens illico prominet. Si vero profundius adhuc haereat dens, dum haec sectio instituitur, vulnusculum hoc inflictum brevi consolidabitur, et cicatricula resistet magis denti postea erupturo. Fama etiam medici insigniter periclitatur, si incisionem suaserit, nec facta dens appareat:" addendum: sique indicatam negligat [51]). Incisio autem

53) Brunner (l. c. p. 131—139) exemplum inclytae refert familiae, filium dilectissimum dentitionis tempore convulsionum caussâ amittentis. Amica parentibus defuncti enarravit, advenam med. doct. puerum proprium sub eadem rerum positione, per gingivarum incisionem salvasse. En secundus illius familiae filius simili prorsus ac frater prius morbo correptus. Quum morti jam proximus esset, patri amicae enarratio in mentem venit. Expetiit itaque a medico suo ordinario gingivarum incisionem. Hic autem humeros attollendo respondet. Peragitur nihilominus incisio! *„Welch eine Veränderung! Das fast sterbende Kind erholte sich den Augenblick, als ob es vom Schlafe erwachte, der hässliche Krampf, der den Kopf so fest nach der Seite gehalten hatte, liess eben so plötzlich nach, seine Stimme zeigte sich wieder thätig. Die darauf folgende Nacht wurde ruhig zugebracht, und des Morgens war der Zahn über die Hälfte zum Vorschein. Nur eine kleine Mattigkeit hielt noch einige Tage an, welche endlich gänzlich verschwand."*

autem secundum longitudinem arcus maxillae institui debet pro dente incisorio et canino; crucialis incisio suadetur pro dente molari. Instrumenta ad hoc necessaria BELL [54]), BLAKE [55]) et MAURY [56]) proponunt. Vulnus, lacte et decocto capitum papaveris [57]) vel succo citri mellito eluitur, vel spongia vino saccharato subcalido imbuta fovetur. — Postremo, si dens sibi sponte per gingivas viam paraverit, ast ita, ut gingivarum laciniae adhuc eum partim obtegant, secanda [58]).

CAPUT X.

De dentitione secunda impedita.

§. XLII.

Praemonitio.

1. Dentes lactei, maxillarum infantilium ambitui et alimentorum generi accommodi, nec man- Notio.

54) l. c. 55) l. c. Tab. VII. fig. 1.

56) *Tab. XXI. fig.* 4. *Tab. XV. fig.* 6.

57) BEADMORE l. c. p. 196.

58) „*Le jeune vicomte de Rothelin, . . . agé d'environ 22 mois, étoit dangereusement malade . . . je portai la vue sur l'extremité d'une de ces dents (molaires) . . où j'appercus une bride fort deliée, mais fort tendue . . je fus d'avis de couper ces brides. Je fis cette legère opération, et depuis ce tems l'enfant alla beaucoup mieux.*" BUNON l. c. p. 350—357.

mandibulis majoribus adultorum, nec victui illorum duriori quadrarent [1]). Lapsus itaque dentium lacteorum, *secundaque dentitio*, dentes longiores, albidiores, latiores et firmiores [2]) (*permanentes*, *fixos*, *perennes* dictos) e fonte quidem diverso [3]), at haud novo [4]), largiens, decreta est.

2. Anno

1) „. . . . *the jaw-bones being considerably smaller in children than in adults, and it being necessary that they should have two grinders; there is not room for incisores and cuspidati of sufficient size to serve through life.*" Hunter l. c. p. 106. — „*It appears from my preparations, and experience convinces me, that the space occupied by the temporary teeth would not be sufficient to accommodate the same number of permanent teeth which succeed them, and which on the whole are so much larger, particularly in the upper jaw.*" Blake l. c. p. 49.

2) Asserente Carabelli substantia adamantea dentium *lacteorum* illico in acido muriatico diluto solvitur; illa autem dentium *permanentium* plures dies antequam solvatur exposcit.

3) „*This variation in the size of the teeth is likewise a reason why the second set are not formed in the sockets of the first, and why the old sockets are destroyed.*" Hunter l. c. — Pulcherrime Blake duplicem seriem rudimentorum, dentium scilicet lacteorum et permanentium, exponit op. c. Tab. II. fig. 1. 2.

4) Rudimenta dentitionis secundae *jam in foetu praesto esse* Eustachius (l. c. p. 46) primum docuit. Sequitur inde quarto vel quinto aetatis anno, ubi prima dentitio adhuc viget et altera jam parata est, homines

2. Anno aetatis sexto *par tertium dentium molarium* (*primum permanentium*) prodit. Eorum apparitio signum dentibus lacteis dat secessus. Absorptis nimirum plerumque [5]) radicibus dentium lacteorum [6]), mox vacillare ac dein, ordine circiter quo erupere, decidere solent; videlicet, anno septimo — par inferius incisorum; anno octavo — par superius incisorum; ab anno decimo ad duodecimum — dentes reliqui incisores, canini et molares. Compensantur cum dentibus permanentibus sequenti modo: anno septimo — *par medium paulloque póstea par externum dentium* Curriculum.

maximo dentium numero gaudere. „*Indeed it appears as an established law of nature, that there should be more teeth formed and forming at four or five years of age, than at any other period of life, that is, in all fifty-two.*" Blake l. c. p. 44.

5) „*Ces vingt premières dents ne sont pas sans racines ... il est bien vrai qu'il n'en paroit presque point, lorsqu'elles tombent d'elles mêmes; mais si on les ôte avant qu'elles soient chancelantes, ou prêtes à tomber, on y en trouve qui sont à proportion de leur corps, aussi longues, aussi fortes, et presque aussi dures que celles des secondes dents. Cela se confirme encore par la remarque que l'on a faite de certaines racines de dents de lait, qu'on trouve dans les adultes, et qui sont situées à côté des renouvellées depuis plusieurs années.*" Fauchard op. c. T. I. p. 8.

6) Duval *mémoire sur la destruction des dents primitives. Bulletin de la fac. de méd. et de la soc. de Paris* (*année* 8). 1812. p. 7.

tium incisorum alterutrae maxillae [7]) (hi dentes lacteos magnitudine superant); anno duodecimo — *par primum et secundum dentium molarium* (minores sunt lacteis) et tandem *dentes canini*. Circa annum decimum octavum pari tertio dentium molarium supra memorato, *par illorum quartum* adjungitur. Inter hoc tempus et annum vigesimum quartum (citius in feminis quam in viris) par *molarium quintum* (*dentes sapientiae* [8])), haud raro in alterutra dumtaxat maxilla obvium, dentitionis negotium claudit.

§. XLII.

Definitio. Literatura.

Definitio. 1. Obstacula dentium permanentium eruptionem ita prementia ut vel deformitas oris, vel cruciatus maxillarum partiumque finitimarum, vel tumultus nervorum vel denique insultus febris excitentur, *dentitionem secundam impeditam* constituunt.

Literatura et momentum. 2. De hac dentitione scripserunt E. Gockel [1]), Loe-

7) Juxta Hunter (l. c. p. 82) eruptio primum contingit in maxilla inferiore; juxta Soemmerring (*Knochenlehre* §. 233) primum in superiore.

8) Alberti diss. de dentibus serotinis sapientiae vulgo dictis. Hal. 1737.

1) De puero decenni ex dentitione febricitante convulso et syncoptico. Miscell. acad. nat. curios. dec. II. a. 4. 1685. p. 70.

Loescher [2]), Ungenbauer [3]), Janke [4]), Gräbner [5]), G. H. Boehr [6]), Ideler [7]), C. F. Delabarre [8]), Duval [9]), L. F. E. Rousseau de Belleville [10]), Leveille [11]), E. M. Miel [12]), Toi-

2) Diss. de dentibus sapientiae eorumque morbis. Wittemb. 1728.

3) Diss. de dentitione secunda juniorum. Haller delect. disp. Vol. VII. p. 392.

4) De ossibus mandibulae puerorum septennium. Lips. 1751.

5) *Vom Hervorkommen und Wechsel der Zähne. Hamb.* 1768.

6) De dentitione perdifficili cum convulsionibus in adulta. Nov. act. acad. nat. curios. Tom. VIII. p. 157.

7) *Zufälle des Zahnens bei einem Erwachsenen.* Hufeland's *Journ. der pr. Heilk. B.* 10. p. 201.

8) *Traité de la seconde dentition. Paris* 1819. Et *méthode nouvelle de diriger la seconde dentition apuyée sur les preuves de l'agrandissement de la partie antérieure de l'arc maxillaire. Paris* 1826.

9) *De l'arrangement des secondes dents. Paris* 1820.

10) *Dissertation sur la première et la seconde dentition. Paris* 1820.

11) *Mémoire sur les rapports qui existent entre les premières et secondes dents et sur la déposition favorable de ces dernières sur le développement des deux machoires. Mémoire de la soc. méd. d'émulation. Paris Vol.* 7. p. 394.

12) *Quelques idées sur le rapport des deux dentitions et sur l'accroissement des machoires dans l'homme.* Ibid. p. 427. — *Recherches sur l'art de diriger la seconde dentition en général. Paris* 1826.

Toirac [13]) et Cornelio [14]). Est illa, respectu dentis sapientiae, *peculiaris momenti* pro medicis militaribus [15]).

§. XLIII.

Symptomata. Caussae.

Symptomata.

1. Phaenomena dentitionis secundae impeditae plerumque ad maxillas partesque contiguas circumscribuntur [1]). Frequentissime accidit dentes incisores et caninos maxillae praecipue superioris extra praescriptum ordinem nasci *). Detruduntur nimirum sua serie, vel a linea perpendiculari declinant [2]). Deformatur inde os et impedi-

13) *Sur les diverses espèces de déviation dont est susceptible la dernière dent molaire et sur les accidens qui peuvent accompagner sa sortie. Revue médicale* 1828. *Mars* p. 396.

14) *Sull' estrazione dei denti di sapienza. Torino* 1814. et *statistica* etc. *a.* 1815. p. 27. *a.* 1816. p. 19. — Aussant *sur les soins à donner aux dents de la seconde dentition. Paris* 1828.

15) „*I soggetti che formano un armata sono giovani dell' età dai* 18. *ai* 20. *anni, epoca per l'appunto in cui suole questo dente esercitare il periodo d'ingresso, e quello d'uscita.*" Cornelio *statistica a.* 1816. p. 33.

1) „. . . *in adults, who cut their teeth, we almost always find the pain and other symptoms confined to the part, or only local sympathy taking place.*" Hunter l. c. p. 237.

*) c. c. „*la grande incisive du côté droit de la machoire supérieure dirigée vers les ailes du nez.*" Maury l. c. p. 39. *Planche IX. fig.* 5.

2) „*Lorsqu' une dent sort plus large que l'intervalle*

peditur aliquando loquela [3]). Dentes molares, potissimum ultimi, dum emergere nituntur multifaria excitare possunt mala. Sic ubi dentes sapientiae dumtaxat in maxilla superiore locum obtinent, accidit dum os clauditur, ut pars anterior radicis processus coronoidei maxillae inferioris comprimatur, unde aliquando surditas [4]). Aliàs dens sapientiae maxillae inferioris solum ad partem anteriorem obvius fit, ad posteriorem vero adhuc a gingiva cooperitur, quae gingiva tunc a subjacente dentis portione lacessitur, et a dente opposito comprimitur [5]). Obliquitas dentis sapientiae ab externis interiora versus linguae motum

qu'elle doit occuper, elle se tourne obliquement entre ses voisines, où elle se montre par une de ses parties latérales; et successivement toutes les incisives et canines suivent le même ordre." Lécluse op. c. p. 18.

3) „. . . *cette enfant âgée d'environ huit à neuf ans, avoit une difficulté de parler . . . Ne sachant à quoi l'attribuer . . on s'avisa de regarder la bouche . . et on trouva des dents qui perçoient à l'intérieur . . . et qui gênoient les mouvemens de la langue, d'où resultoit une prononciation difficile et défectueuse.*" Courtois l. c. p. 164.

4) „*Ich habe hier eine an dem linken Ohr taube Dienstmagd gesehen, welche man für unheilbar gehalten: sie bekam ihr Gehör zurück ohne Gebrauch einiger Mittel, nachdem der Zahn durchgebrochen war.*" Pasch op. c. p. 36.

5) „*La gencive se trouve froissée et comprimée par les dents de la machoire supérieure et par les parties voisines.*" Laforgue op. c. p. 90.

motum impedit, eamque aliquando exedit [6]). Casus oppositus buccis vim infert [7]). Impedita dentis sapientiae maxillae inferioris sinistrae evolutio, tonsillae ejusdem lateris inflammationem excitavit [8]). Haud raro inde tument glandulae submaxillares et parotides ita ut morbus *fluxionem* et *cynanchem* simulet [9]). A dentibus sapientiae aegre erumpentibus (maxime si impedimentum ab incarceratione in apophysi coronoidea [10]) aut a dente contiguo pendet [11]), observati sunt cruciatus enormes, periodici [12]), febres veluti intermit-

6) Toirac l. c. obs. 2. *Dent de sagesse poussant de dehors en dédans, du côté de la langue, et y déterminant une ulcération d'apparence syphilitique.*

7) Toirac l. c. obs. 3. *Dent de sagesse, poussant de dédans en dehors, allant se loger dans l'épaisseur de la joue.*

8) Toirac l. c. obs. 6. *Amygdalite chronique entretenue par la difficulté de la sortie d'une dent de sagesse.*

9) „. . . *j'ai observé que ces dernières molaires, lorsqu'elles venoient dans un âge avancé, causoient quelquesfois des fluxions, et même des abcès aux parties voisines.*" Fauchard op. c. T. I. p. 33. — Cornelio *statistica a.* 1816. p. 33.

10) Toirac l. c. obs. 4. *Dent de sagesse poussant et étant arrêtée en partie sous la base de l'apophyse coronoïde.*

11) Courtois op. c. p. 247. obs. 22. *Sur une dent de sagesse venue fort tard.*

12) „*The pains in the adult are often periodical, having their regular and fixed periods.*" Hunter

termittentes [13]), convulsiones [14]), epilepsia [15]), chorea St. Viti [16]), delirium interitum minitans [17]), ophthalmia [18]) aliaque sensuum et cerebri vitia [19]), apoplexiâ haud exceptâ [20]).

2. *Causa*

l. c. p. 238. et p. 246.: „*A lady . . . was attacked with a violent pain in the left side of her face. It was regularly periodical, coming on at six o' clock in the evening. She took the peruvian bark, which had no effect. . . . But one of the points of the dens sapientiae of the upper jaw, of the same side, appearing, shewed the cause, and indicated the remedy. The gums were lanced, and the pain ceased.*"

13) Editionis secundae P. I. sect. I. Vol. I. cap. II. §. XXVIII. 2.

14) *Breslauer Sammlung* 1724. *September* p. 323.

15) Ideler l. c. — Cornelio *statistica a.* 1816. p. 27.

16) Goeckel l. c. — Storch l. c. — „*Dr. Rutherford saw a case of chorea produced in a child about eight or nine years of age, by the permanent incisores cutting at the internal part of the mouth and Dr. Monro relates a case of its being produced in a youth by the appearance of the wisdom teeth.*" Blake op. c. p. 173. — Cornelio *statistica a.* 1816. p. 34.

17) Courtois op. c. p. 253. obs. 23. „*L'état de la maladie faisoit craindre pour sa vie; l'on saisit le moment de calme pour lui administrer tous ses sacremens.*"

18) Cornelio *statistica* 1815. l. c.

19) Cornelio *statistica* 1816. p. 21. („*vertigini, che sottentrano al dolor di testa di vario genere, proclività al sonno ed una stupidezza che mantiene per lo più astratto l'ammalato . .; soffre egli negli orecchi un sibilo, ed un percuotimento; gli sfugge tal-*

Causae. 2. *Caussa* generalis impeditae dentitionis secundae, in ipsa faciei [21]) maxillarumque peculiari structura, saepe haereditaria [22]), locata est. Spatium deficiens [23]) (praesertim in maxilla superio-

volta la luce, e vede farsi intorno un lume un iride con delle scintille, che parimente osserva quando erge il capo . .").

20) Cornelio l. c. p. 28.

21) „*La conformation de la face détermine toujours l'ordre des dents; quand elle est plate et carrée, les machoires présentent un contour presque circulaire, dans lequel les dents s'implantent avec plus de régularité; au contraire, lorsque la face est étroite et saillante dans son milieu, comme si la tête avoit été aplatie par les côtés, la machoire a la forme de l'extremité d'un ovale, et elle n'offre pas assez de place à l'arrangement des dents.*" Duval op. c. p. 53.

22) „*Es können auch die Maxillen, die Zahnkiefer und die Fächer eine solche angeerbte Beschaffenheit haben, dass der Natur der Zahntrieb dadurch zu schwer wird: denn wenn die Eltern und Kinder in Betracht der Zähne, was deren Grösse, Breite und Voneinanderstehen, anbetrifft, einander zum öftern sehr gleich kommen, ja sogar die Mängel und Fehler der Zähne von denen Eltern auf die Kinder erben; so können auch die Kinder in denen Zufällen, welche sich in dem Zahnhecken mit beymischen, nach ihren Eltern arten.*" Storch l. c. p. 22.

23) „*As that part of each jaw, which holds the ten foreteeth is exactly of the same size when it contains those of the first set, as when it contains those of the second; and as these last often occupy a much larger space than the first; in such cases the*

periore [24])) et dentes lactei ultra praescriptum tempus perstantes, succrescentes dentes permanentes a linea perpendiculari et serie, extrorsum, introrsum vel ad latus declinare cogunt. De processu coronoideo maxillae inferioris exitui dentis sapientiae obstante jam dictum est.

§. XLIV.

Diagnosis. Prognosis. Cura.

1. Quanti momenti sit *diagnosis* dentitionis secundae impeditae, docent exempla medicorum, qui *exostoses maxillae* pro dentibus sapientiae habuerunt [1]), quique mala ab his pendentia aliis longe caussis (e. c. moliminibus catameniorum [2])) adscripserunt, atque aegros, quos manu ori admota sanare *plerumque* potuissent, pharmacis incassum excruciarunt [3]). Diagnosis.

2. *Ple-*

second set are obliged to stand very irregularly." Hunter l. c. p. 198.

24) „*This happens much oftener in the upper jaw, than in the lower; because the difference of the size of the two sets is much greater in that jaw.*" Idem, ibidem.

1) Cornelio *statistica*. a. 1818. p. 7.

2) „*Quand ce sont des filles, on attribue souvent cet état aux règles qui veuillent s'établir, tandis qu'il provient des dents qui poussent avant l'age de treize ans.*" Bourdet l. c. p. 119.

3) „*Je n'ai été que trop long-tems témoin d'une pareille fluxion, qui après avoir tiranisé un illustre Magistrat par ses retours fréquens et périodiques, pendant*

Prognosis. 2. *Plerumque*, inquam, nam aliquando obstaculum quod processus coronoideus eruptioni dentis sapientiae opponit, tale est ut auferri nequeat. Compertum habemus dentem sapientiae superiorem, transversim positum, processum pterygoideum destruxisse [4]). Ex dentibus sapientiae difficulter erumpentibus narratur et mortis exemplum *). Quo minores dentes lactei, eo magis impedimenta secundae dentitionis expectanda sunt. In genere maximum est illorum in hos imperium.

Cura. 3. Operis itaque pretii est, inter annum septimum et decimum quartum aetatis, os saepius examini submittere [5]), inprimis si maxillarum

plusieurs années, n'a cédé qu'à l'arrachement que Mr. Bunon *seul a osé entreprendre. Cette dent à demi sortie et arrêtée dans son élévation par la molaire précedente et par l'apophise coronoïde de l'autre côté, étoit hors de rang, et placée comme un coin angulaire entre ces deux corps solides*" (*Rapport des Mr.* Puzos *commissaire de l'académie sur le 4. chap. de l'essay de* Bunon. Bunon op. c. p. 292).

4) Ex ore Carabellii. De carie maxillae a dente sapientiae aegre prodeunte lege Cornelio l. c. p. 17.

*) Tulpius Lib. I. c. 36. — „*Il comico Martelli morì in Torino par la nascita dei denti di sapienza, che gli produsse una grande risipola nel capo accompagnata da rubedine che si estendeva dal petto a tutta la parte capellata, e terminava alle vertebre dorsali.*" Cornelio *statistica a.* 1816. p. 28. nota.

5) „*Lorsqu'il s'agit de planter des jeunes arbres, l'on*

rum forma impedimenta dentitionis secundae praesagiat [6]). Haec quidem impedimenta, natura ipsa prospiciendo incremento arcus maxillaris [7]) (non solum anterioris sed etiam posterioris [8])) haud

commence par en disposer le plan avec tout l'art et toute l'industrie possible, on les garantit avec soin de tout ce qui peut leur être nuisible, et on les veut d'une belle venüe et bien allignés, on les redresse pour cet effet, ou les assujettit de bonne heure; et les dents capables des mêmes soins, et même d'une culture moins dispendieuse, sont la chose qu'on néglige le plus." Bunon *essai* etc. *Chap. I.* p. 9.

6) „*Les personnes dans la famille des quelles cette coupe de la moitié inférieure de la figure, qu'on designe vulgairement sous le nom de menton de galoche, serait très prononcée et semblerait être héréditaire, agiraient sagement en soumettant de bonne heure leurs enfans à l'examen d'un dentiste instruit.*" Taveau l. c. p. 98. — Cfr. Catalan *mémoire, rapport et observations sur l'appareil propre à corriger la difformité qui consiste dans le chevauchement de la machoire inférieure en avant de la superieure difformité vulgairement nommée menton de galoche. Paris* 1826. — Maury hanc ipsam deformitatem vocat *menton de vieillard* praeceptaque utilia vitia dentium inde pullulantium corrigentia tradit. l. c. 78. *Planch. IV. fig.* 9. — *XI. fig.* 8.

7) „*From what is now said I feel myself justifiable in concluding, that the alveolar arches continue to increase during the entire progress of the formation of the teeth.*" Blake l. c. p. 54.

8) Dixerat Hunter (l. c. p. 102): „*The jaw still increases in all points till twelve months after birth;*

haud raro vincit [9]); ast saepe tamen ars iis obviam ire debet, dentes lacteos (utpote vel vacillantes, vel carie laborantes [10]), vel fistulâ gingivae stipatos [11])), aut etiam illorum dentium lacteo-

but it never after increases in length between the symphysis and the sixth tooth." Singularis haec opinio a DELABARRE (*méthode nouvelle* etc.) aliisque, ut puto, jure impugnata est. Mirum itaque ea rursus a MIEL (op. c.) defendi.

9) „*D'après cet abrégé on doit concevoir .... que le cercle alvéolaire augmentant journellement d'étendue, les dents hors du rang viendront se placer au bord qui leur est destiné, comme cela arrive aux cinq sixièmes et plus d'individus.*" LAFOROUE p. 97. — „*I have seen hundreds of instances in which the four permanent incisores appeared irregular, but in a short space of time became perfectly regular without any artificial assistance.*" BLAKE l. c. p. 52.

10) „*Il est d'une extrême importance de prendre garde aux suites que peuvent produire les dents de lait cariées. Le moyen de les prévenir est d'ôter ces dents à propos, soit entieres, soit par fragments, d'en exstirper jusqu'aux racines qui séjournent après la destruction des couronnes par la carie, et les parcelles ou débris de ces mêmes couronnes cariées, que la couronne de la dent nouvelle, en remplaçant celle de lait, a brisées et divisées.*" BUNON *expériences* etc. p. 167.

11) „*These cases I account remarkably instructive, for they clearly point out the necessity of removing the temporary teeth, when any such ulcerations or gumboils are forming, particularly if they are of great extent, or long continued.*" BLAKE l. c. p. 77.

lacteorum fragmenta [12]) et radices [13]), eximendo. Ne vero hoc arduum, quidquid dicant [14]), aliquando opus [15]), praepostere et incaute suscipiatur [16])!

Dentes

12) „*Parcelles de dents de lait, cariant les dents voisines, perçant les parois de l'alvéole et ulcérant la gencive.*“ Buson l. c. p. 172.

13) „*Einem gewissen Grafen E . . wurden in seiner Kindheit die zwey untern mittlern Schneidezähne, weil sie den zweyten in dem Weg waren, herausgenommen; durch Ungeschicklichkeit blieben die Wurzlen zurück; nach einiger Zeit entstand allda eine Verschwürung, mit welcher sich der Graf bis in sein dreyssigstes Jahr herumschleppen musste. Ungeachtet aller angewandten Mittel blieb das Geschwür beständig, wie es Anfangs war, der schon überdrüssige Graf liess endlich Herrn Rauscher zu sich rufen; dieser fand das Geschwür hohl, und in dessen Grunde einen lockern fremden Körper. Allda machte er einen genugsamen Einschnitt, und fand unvermuthet die verbliebenen Wurzlen der Milchzähne, nahm selbe heraus, und in kurzer Zeit war das Geschwür heil.*“ Pasch l. c. p. 45. — Cornelio *statistica a.* 1816. p. 41. *Osservazione sulla cancrena della lingua proveniente da incognita radice di dente latteo.*

14) „*Quant aux moyens d'extraire les dents de lait, ils sont toujours faciles.*“ Taveau l. c. p. 84.

15) Courtois l. c. p. 293. *Observ.* 30. *Sur une dent de lait dont l'extraction causa l'hémorrhagie.*

16) „*Quant aux premières dents des enfans, que l'on nomme dents de lait, il ne faut pas les ôter, à moins qu'elles ne soient disposées à tomber, ou atteintes de quelque maladie particulière, qui empêche de différer davantage et qui oblige indispensablement à l'opéra-*

Dentes enim lactei quousque licet conservandi sunt, quia maxillae evolutioni, pronunciationi et digestioni prospiciunt [17]) et non semper a dentibus

tion. L'alvéole n'a point aux enfans beaucoup de solidité, et cependant les racines de leurs dents peuvent être plus fermes et plus solides qu'on ne l'auroit crû; ainsi en ôtant pour lors leurs dents, on pourroit causer des accidens fâcheux; parce que l'alvéole n'ayant pas assés de force, pour soutenir l'effort qu'on fait en emportant la dent, ce même alvéole pourroit être endommagé, et même enlevé en partie avec la dent." Fauchard op. c. T. I. p. 194. — „*The indiscriminate practice of drawing children's teeth before they loosen is erroneous: the intent of making greater room for the second set is thereby directly defeated.*" Hudson apud Blake l. c. p. 72.

17) „*Cependant on ne doit pas trop se presser d'extraire des dents de lait, à moins qu'elles ne soient cariées, chancelantes, ou qu'elles ne gênent et ne fassent dévier trop fortement celles de sept ans; parceque la présence de toutes ces dents et la géne qu'elles éprouvent pour se placer, contribuent beaucoup à favoriser le développement du bord alvéolaire, ce qui est la condition la plus nécessaire pour que les secondes dents puissent se ranger facilement.*" Gariot l. c. p. 214. — „*Rimasti i fanciulli privi dei denti, dovendo far uno sforzo di petto per esprimersi, acquistano un ingratissima pronuncia; inoltro smagriscono in volto, e il loro ventricolo s' indebolisce, dovendo digerire gli alimenti non triturati in bocca.*" Tagliaferro l. c. p. 11. Cfr. Léveillé *mémoire sur les rapports qui existent entre les premières et les secondes dents, et sur la disposition fa-*

bus permanentibus resarciuntur [18]). Debet praeterea dens lacteus, rite a dente permanente distingui [19]). Porro cavendum ne illum extrahendo,

 nascen-

vorables de ces dernières au développement des deux machoires (société méd. d'Emulat. T. 7. p. 394).

18) „. . . *je vois souvent des personnes d'un certain âge qui ont encore plusieurs dents de lait, et que ces dents ne leur sont restées que parce que les secondes ont manqué, et n'ont point pris d'accroissement. Si malheureusement ces personnes étoient tombées dans les mains de certains dentistes, qui ôtent les dents de lait sans nécessité, elles seroient dépourvues de dents aux endroits où ces dents de lait subsistent même dans un âge avancé. Je rencontre tous les jours des bouches qui ont été demantelées par cette pratique.*" Bourdet l. c. p. 121. — „. . . *it is to be considered, that the stamina of a second set have in some cases been destroyed by preceding disorders, and then it is better to leave the milkteeth, which sometimes last to old age, than to rob the patient of their use and ornament.*" Berdmore l. c. p. 208.

19) „*Wenn man nicht gut die Zähne kennt, kann leicht der unrechte, so von dem andern krumm gewachsen, ausgezogen werden, nach einer Zeit fällt der andere auch aus, und wird nimmermehr ersetzt. Die Unterschiedszeichen zwischen den Milchzähnen sind folgende: die Milchzähne sind glatter, mehr perlfarb, kürzer, die Hundszähne kleiner, weniger spitzig, die Backenzähne hingegen breiter, aber kürzer, je länger sie stehen bleiben, desto mehr verlieren sie von ihrer Weisse und Festigkeit; die zweite Zähne sind breiter, zackigter, härter und weisser, ihre Wurzeln fester, kegelförmiger, der Gang darinnen ist sehr eng.*" Pasch l. c. p. 44.

nascentem dentem laedamus [20]). Forceps (*Rizagra*) tutissimum hoc in negotio instrumentum proclamatur [21]). Plerumque magis convenit dentem eximere lacteum adjacentem (e. c. molarem parvum primum, si agatur de promovenda eruptione dentis canini), quam illum qui super dentem permanentem aegre prodeuntem locatus est [22]).

Argumenti finis. 4. Dens permanens obliquus, recenter natus, *digito* saepe de die ad eum applicito in situm premi potest [23]). Aliàs *filo serico* duplicato, cera et mastiche illito utamur. Fiat nempe in utroque fine fili orbiculus, qui dentibus vicinis inseratur, dein filum bipartitum contra dentem

20) „. . *le germe qui doit former la seconde dent, et qui est caché à l'extremité de la racine de celle qu'on veut tirer, pourroit aussi être altéré, ou même détruit; d'où il s'en suivroit que la dent qui doit succéder, ne paroitroit que plusieurs années après, ou même ne paroitroit point du tout; ou que si elle revenoit, elle seroit très-mauvaise, ainsi que je l'ai vu arriver plusieurs fois.*" Fauchard op. c. T. 1. p. 195.

21) Carabelli. — Blake op. c. Tab. VII. fig. 2. 3. — Maury l. c. *Planch. XIX. fig.* 1. 2. 3. 4.

22) „*From the manner in which the teeth are shed, it is evident that drawing a temporary tooth, for the easier protrusion of the one underneath, will be of no great service; for in general it falls out before the other can touch it. But it is often of much more service to pull out the neighbouring, or adjacent temporary tooth.*" Hunter l. c. p. 106.

23) Plenk l. c. p. 28.

tem obliquum bis terve firmiter decussatur [24]). Cavendum autem ne fili labantur ac gingivas molestent *). Potest etiam ad *lamellam* confugi. Longitudo ejus excedat mensuram duorum dentium vicinorum una cum obliquo; latitudo non adaequet altitudinem dentium. Intrinsecus obliquis internis, extrinsecus obliquis externis adplicetur lamella, in cujus finibus bina sunt foramina, per quae fila duplicata, cerata traducantur, quae decussatione contra dentem obliquum peracta connectantur [25]). Si dens his quoque adminiculis in situm naturalem redigere se non sinit, tunc reductio ope *machinae Brunnerianae* [26]), vel *trochleae specie* [27]), vel instrumenti *Pelikan* [28]), tentari potest. Quae singula

24) Idem, ibidem. Maury l. c. p. 199. *Planch. XI. fig.* 1. 2 *et* 7.

*) „*Nous remédions à cet inconvénient en appliquant un crochet sur la dent que ces fils ont le plus de tendance à déchausser.*“ Maury l. c. p. 74. *Planche XI. fig.* 3—6.

25) Lafforgue l. c. p. 222. *Redressement des dents mal rangées: manière de les faire placer au rang par la ligature et les plaques.* Interea ait Maury (l. c. 200): „*Ce procédé, qui paroit d'abord fort ingénieux, n'est par toujours practicable, et les résultats qu'il produit sont rarement heureux et prompts.*“

26) Brunner *Einleitung* etc. p. 83.

27) Carabelli admirabilem construere curavit.

28) „*Lorsque les personnes ne veulent pas supporter l'incommodité d'un fil ou d'une plaque dans la bouche pendant un tems plus ou moins long, on peut redresser*

singula si incassum adhiberentur, dens unus alterve permanens sacrificandus [29]). Magno autem in selectu dentis eximendi criterio opus est. Plerumque dens a linea aberrans relinquendus [30]) et

une dent en un moment, au moyen du pélican; mais cette opération que nous décrirons dans la dernière partie, n'est pas toujours sans inconvéniens; car, si on ne prend les plus grandes précautions, si on n'opère pas lentement, on peut rompre la dent qu'on ne vouloit que redresser, comme cela est arrivé quelquefois. Pour éviter cet accident facheux, il faut avoir soin, quelques jours avant l'opération de passer, un gros fil autour du collet de la dent, et tout près de la gencive, en le renouvellant chaque jour; par ce moyen on ne tarde pas à ébranler une dent qu'on peut ensuite redresser avec le pélican, sans craindre de la rompre." Gariot l. c. p. 221. — Sic sentit quoque Maury l. c. p. 201.

29) „*Au premier abord cette opération paroit très-inconvenante, et on ne conçoit pas comment on peut proposer d'arracher quatre bonnes dents qui ne font point de mal: mais, si l'on réfléchit à l'importance des avantages qui résultent de ce sacrifice, on concevra qu'on ne les paye pas trop cher; le premier bienfait que l'on retire de cette opération, est d'écarter une des principales causes de la carie des dents.*" Gariot l. c. p. 217.

30) Courtois (l. c. p. 164) narrationem quam §. XXXIX. not. 3. retuli sic prosequitur: „*On fit aussitôt venir un dentiste pour remédier à cette vicieuse conformation. Le dentiste appelé, peu versé dans la connoissance qui sert à distinguer les dents de lait d'avec celles du second germe, proposa de faire l'extraction des dents qui étoient hors de rang, et qui se plaçoient intérieurement. Son avis fut écouté et malheureusement exécuté;*

et contiguus, etsi rectus, evellendus [31]); aut, quod idem esse solet, dens qui prius erupit abigendus alterque relinquendus [32]). Si dens sapientiae difficulter erumpat, sacrificetur molaris medius [33]), saltem in malo recenti [34]). Quoad dentem

ensorte qu'au lieu d'ôter les dents de lait, ce qu'il auroit dû faire, quoique bien rangées, il préféra d'ôter celles qui étoient revenues, parce qu'elles étoient déplacées."

31) „*Certaines gens croyent faire merveille, lorsque de deux dents mal arrangées dans la bouche d'un enfant, dont l'une est tortüe, l'autre droite, ils choisissent celle qui est tortüe pour l'ôter, laissant celle qui paroît droite et mieux placée; mais ils se trompent, car il arrive que celle qu'ils ôtent, est justement celle qu'ils auroient dû laisser; puisque ce n'est pas la dent qui est tortüe, qui nuit à la dent qui est droite; mais qu'au contraire, c'est celle qui est droite, qui rend l'autre tortüe, et la fait placer hors de rang, en ne lui laissant pas la liberté entière de sortir.*" FAUCHARD op. c. T. I. p. 196.

32) „*La règle qu'il faut suivre, pour ne pas tomber dans le même inconvénient, est de tirer toujours la dent qui a paru la première, et de laisser la seconde dent qui est facile à connoitre, en ce qu'elle est ordinairement d'une plus grande solidité, et d'une plus belle couleur que la première.*" FAUCHARD l. c. p. 198.

33) „*What I have found answer every intention in such cases, is to take out the middle grinder, the wisdom tooth soon after moves forward into the place of the former, and violent symptoms of course cease.*" BLANE l. c. p. 180. — „*The first molares are generally most predisposed to disease: they are least important, as it regards both appearance and utility; and so situated as to afford, by timely removal, sufficient*

dentem sapientiae refractarium etiamsi ejus contortas radices eximere haud poteris, jam in corona abigenda multum levaminis afferres [35]). Lacunae ab extractione dentium permanentium relictae, a reliquis dentibus majus tunc spatium habentibus plus

room for anterior teeth, as well as for the second and thin molares." Koecker l. c. p. 191.

34) Bunon (l. c. p. 297) ad aegrotum vocatus qui jam diu ab impedita dentis sapientiae eruptione patiebatur, absoluto oris examine ait: „*après quoi mon avis fut que si l'on n'ôtoit que la dent voisine, ainsi que l'avoient décidé ceux qu'on avoit consultés avant moi, on feroit une opération très - infructueuse, attendu qu'elle étoit tardive, et pratiquable seulement lorsque la dent commençante à croître laisseit entrevoir les dispositions qu'elle avoit à être gênée par son voisinage.*"

35) Continuat Bunon (l. c. p. 298): „*Je fis observer en même tems la possibilité de l'extraction de cette dent, que j'avois trouvé le moyen de saisir par son collet, en le débarassant des parties charnüee qui le recouvroient, à moins pourtant qu'elle n'eût des racines difformes, mal conformées, et capables de resister à l'opération, ou d'occasioner leur fracture, auquel cas elles resteroient engagées au fond de l'alvéole. Je dis de plus, d'après mon expérience, que quand cet inconvénient arriveroit, la couronne et tout le collet de la dent étant emportés, il en resulteroit toujoure un grand avantage, en ce que les parties voisines de la dent, où residoit principalement tout le sentiment et toute la douleur, ne seroient plus comprimées et génées, ni par conséquent obstruées et enflammées.*"

plus minusve deleri solent [36]). Aliquando novi, deformes tamen dentes enascuntur [37]).

Caput XI.

De dentitione praematura, serotina et aberrante.

§. XLV.

Dentitio praematura.

1. Visi sunt dentes in abortu mensium quinque [1]), sex et septem [2]). Rarissimum non est dentatos nasci infantes [3]). Observatus est infans Exempla.

36) „*On peut en hâter le rapprochement en passant un cordonnet de soie écrue autour des deux dents entre lesquelles est la brèche.*“ Maury l. c. p. 197. *Planch. XI. fig.* 1. 2 *et* 7.

37) Fauchard *T.* 1. *chap. XXV. Six observations sur des dents régénérées.* — Courtois l. c. p. 198. *Douzième observation sur deux dents venues par un troisième germe.*

1) Swieten comment. T. IV. p. 742 (Duo dentes incisores).

2) Haller elem. physiol. T. VI. p. 19. Cfr. J. Ph. Wolff de puero ante nativitatem dente instructo. Act. acad. nat. curios. Vol. 6. p. 347.

3) In quam rem adduci solent verba Plinii (Lib. VII. hist. nat. cap. 16) ita scribentis: „Quosdam et cum dentibus nasci, sicut *M. Curium*, qui ob id *dentatus* cognominatus est, et *Cn. Papyrium Carbonem*, prae-

fans partu octimestri editus, cui septimo a partu die duo in maxilla inferiore perfecti dentes emergebant et subito crescebant [4]); alterque maturus cui brevi post partum dentes canini erupere [5]). Innu-

claros viros." Quibus ex recentiori historia addi debet *Richardus II.* Angliae Rex (quem cum omnibus dentibus in lucem editum testatur Joan. Rossus Warvicensis) et *Ludovicus XIV.* Galliae Rex (natum cum binis dentibus). In Academia Helmstadii quondam florente non infimae sortis femina plurimis dentibus nata est; teste Conringio (diss. de natura et dolore dentium). Et Cardinalis *Mazarin* quatenus cum dentibus natus citatur a Brunner (l. c. p. 3). Auctor operis: *Lettres à Sophie* (T. 4. p. 278) se cum dentibus molaribus natum esse, refert. Alia exempla narrantur a Schenkio obs. Lib. I. obs. 407. — in Ephem. acad. nat. curios. dec. III. a. 5 et 6. obs. 208. — Ab Haller l. c. — Girardi l. c. p. 27. not. c. — Sömmerring *vom Baue des menschlichen Körpers Th. I.* p. 217. et in *Revue médicale Janvier* 1828. *p.* 149. — Ipse die 6. Aprilis 1820. in suioris Vilnensis filiola duos dentes incisores medios maxillae inferioris connatos vidi.

4) Arnold observ. phys. med. Wratisl. 1777. p. 70. Cfr. G. A. Merclin de infantia recens-nati dente praecociter erumpente. Miscell. acad. nat. curios. dec. I. ann. 8. 1677. p. 75. et R. Lentilius addenda ad G. A. Merclin de infante recens-nati dente praecociter erumpente. Ibid. cent. I et II. Append. p. 206.

5) Reveillé-Parise in Frorier's *Notizen aus dem Gebiete der Natur- und Heilkunde B.* 20. *No.* 15. p. 229.

Innumerabiles sunt casus dentium, tertio, quarto, quintoque aetatis mensibus eruptorum.

2. *Caussam* dentitionis praematurae in vi vitali nimis valida locatam esse [6]), mera est hypothesis. Et observationem, nutricum morbos febriles hoc in phaenomenon imperium exercere [7]), vir clarus hypothesi defoedavit [8]). Caussae.

3. *Dentitio prima* dicitur *praematura*, dum dentes ei addicti ante sextum aetatis mensem erumpunt [9]). *Dentitionis secundae praematurae* [10]) terminum haud invenimus stabilitum. Generatim praematura dentium eruptio phaenomenon quidem sistit a consueto naturae ordine recedens [11]); at neutiquam per se morbosum. Diagnosis.

4. De

6) Plenk l. c. p. 19.

7) Ait Alphonse Leroy (*médecine maternelle* p. 124): „*J'ai souvent vu, qu'un enfant poussoit une ou deux dents avant le terme ordinaire, lorsque la nourrice avoit eu la fièvre, ou lorsqu'elle s'étoit échauffée, ou qu'il s'étoit fait à son sein un engorgement inflammatoire; . . .*"

8) Prosequitur idem Leroy: „. . . *son lait alors surchargé de calorique accélère la dentition.*"

9) Plenk l. c.

10) „*Ed io vidi in Siena ad un giovane carrettiere spuntare nella tenera età d' anni 14. il dente chiamato di sapienza.*" Cornelio *statistica a.* 1821. p. 11.

11) Pulchre Aristoteles (Lib. II. de generatione animalium c. 6): „Cetera quidem animantia dentes habentia nascuntur; homo vero, nisi quid accidat praeter naturam, non habens."

Prognosis. 4. De praematura dentium eruptione non vaticinabimur veterum ad exemplum [12]). Ominosa ea aliter non est, nisi quod dentes sic nati, citius quoque corrumpuntur atque decidunt [13]).

Cura. 5. Quaeritur quo pacto infantes cum dentibus nati, ubera sine nutricum molestiis, sugere queant [14])? Respondi posset suctionis opus non maxil-

12) Prosequitur PLINIUS (l. c.): „In foeminis ea res inauspicati fuit exempli regum temporibus. Cum ita nata esset Valeria exitio civitati, in quam delata esset, futuram, responso auruspicum vaticinante; Suessam Pometiam illa tempestate florentissimam deportata est, veridico exitu consecuto." — Quum infans in Piceno agro cum sex dentibus editus fuisset, facie simul insolentis plane magnitudinis, hoc inter alia prodigia mortem Joannis Corvini praenuntiantia postea relatum esse, commemorat ANTONIUS BONFINIUS in Rer. Ungar. dec. III. Lib. IIX. p. 517.

13) M. GERBEZ de dentibus connatis infanti ante tempus evulsis. Miscell. acad. nat. curios. dec. III. ann. 1695. 1696. p. 10. In infante, de quo ARNOLD (l. c.), dentes, qui perfecte emergebant et subito increscebant, octava ab eruptione septimana iterum exeidebant. — „*Semblables à ces végétaux dont on provoqueroit l'accroissement et la floraison par la chaleur artificielle ou des arrosemens réitérés et trop fécondans, leurs fleurs précoces et frêles tombent sans donner du fruit: ainsi les dents précoces de ces enfans se gâtent et tombent peu de tems après leur éruption.*" LEROY l. c.

14) BRUNNER (*Abhandlung* etc. p. 3) de infantibus dentatis disserens, ait: „*Ob sie aber gesäugt worden sind, davon herrschet in der Geschichte ein tiefes Stillschweigen.*"

maxillarum sed labiorum ope absolvi; ast valeat exemplum regium [15]).

§. XLVI.

Dentitio serotina.

1. Numerus infantum dentes primos dumtaxat sub curriculo anni aetatis secundi accipientium magnus est [1]). Vidimus dentitionem istam serotinam in infantibus omnibus unius ejusdemque familiae [2]). Aliquando dens lacteus, facta jam dentium deciduorum eruptione, apparet [3]). Exempla.

Den-

15) „*On sait que* Louis XIV. *né pour être extraordinaire en tout, vint au monde avec deux dents. Il mordoit sa nourrice au point qu'elle refusa de lui donner le sein. Une seconde est appelée; également mordue, elle se retire encore plus effrayée. Une troisième tente l'épreuve et s'enfuit au premier coup de dent. Enfin une quatrième se présente, c'étoit une belle paysanne, gaie, forte et resolue. On croit devoir la prévenir. — Bon, dit-elle, si c'est là tout, je n'ai pas peur moi, baillez moi l'enfant. — Il la mord de même que les précédentes; mais bravant toute étiquette, elle replique vivement par une claque assés forte sur les fesses du royal nourrisson: dès lors il tèta sans mordre*" (*Mémoires de* P. L. Hauet-Clery *T. I.* p. 11).

1) F. Lachmund de infante bimulo nondum dentato. Miscell. acad. nat. curios. ann. 6 et 7. 1675 et 1676. p. 242. — Swieten puellam vidit sanissimam cui dens primus solum decimo nono aetatis mense prorupit. Comment. T. IV. p. 742.

2) Mercatoris Judaei Vilnae.

3) „*Mr. le comte* S....w *avoit onze ans; les deux gran-*

Dentitionis serotinae adultorum et senum infinita narrantur exempla [4]).

2. Quum

des incisives de lait de la mâchoire supérieure n'avoient point paru, et son état de foiblesse pouvoit faire craindre qu'il ne fut privé de ces dents le reste de ses jours, si le gonflement du bord alvéolaire ne m'eût porté à croire qu'en augmentant les forces vitales de cet enfant on seroit assés heureux pour en faciliter la sortie, qui étoit tant retardée, des bains de marc de raisins et un régime approprié produisirent tout l'effet qu'on déstroit." Duval l. c. p. 28.

4) C. Rayer de sera dentitione. Miscell. acad. nat. curios. dec. I. a. 9 et 10. 1678 et 1679. p. 273. — J. Lanzoni sera dentitio. Ibid. dec. II. a. 9. 1690. p. 84. et de dente molari orto in quinquagenario. Ibid. dec. III. a. 1. p. 51. — M. F. Lochner ad Lanzoni observ. Ibid. p. 317. — Ch. F. Garmann de sera dentitione. Ibid. p. 384. Idem de sene plus quam nonagenario dentiente. Ibid. dec. I. a. 9 et 10. p. 387. — G. Dethardino addenda ad Chr. Fr. Garmann ibid. cent. I et II. Append. p. 197. — Chr. Mentzel de sene 120 annorum cui dentitio integra (!) in sua senectute obtigit. Ibid. dec. II. ann. 3. p. 57. — S. Coleperesse *relation of an uncommon accident in two aged persons. Philos. transact. y.* 1666. p. 380. — J. Fr. Bauer dentes in vetula sexagenaria renati. Act. acad. nat. curios. Vol. 2. p. 21. — *Account of a new set of teeths after sixty years of age. Med. and philosoph. comment. by a soc. in Edinburgh Vol.* 3. p. 105. — *Observations sur des cheveux et des dents revenus à un homme de* 78 *ans. Mém. de Paris* 1703. *Hist.* p. 37. — J. Dolaeus de nova dentis canini eruptione in viro octogenario. Miscell. acad. nat. cu-

2. Quum dentitio serotina nobis in infantibus sanissimis obvenerit, vim vitalem languidam et morbosam succi nutricii conditionem [5]), vix accusandas esse censemus. Causae.

3. Quoad

rios. ann. 9 et 10. p. 308. — Fr. Slare *letter concerning a person who had a new set of teeths after 80 years of age. Philosoph. transact. y.* 1713. p. 273. — Ch. Fr. de Cisternay du Fay *observations sur deux dents canines et deux dents incisives sorties à un homme agé de 84 ans. Mém. de Paris* 1730. *hist.* p. 42. — J. Dachs *Bericht van eene oude Dame, welke in haar 86 Jaar drie nieuwe tanden heeft gekreegen. Verhandel. van de Maatsch. te Haarlem. Deel* 16. *St.* 2. *bl.* 317. — Dubois Foucon *considérations pathologiques sur les dents tardives et sur les surnuméraires* (Sedillot *rec. périodique de la soc. de méd. de Paris T.* 31. p. 73). — Commerc. lit. Norimb. 1732. p. 211. (anno aetatis 70. 90) 1733. p. 86 (in homine 114 annorum). 1735. p. 261. (in viro 84 annorum); — Hufeland *von der Kunst das menschliche Leben zu verlängern* p. 205. (annor. aetatis 116); — Isabeau in *Journ. de médec. T.* 25. p. 316. (in muliere 92 annorum); — Courtois op. c. p. 201. observ. 13. *sur des dents incisives et canines dont le second germe a été retardé jusqu'à l'âge de* 40 *ans.* — „*Dem berühmten Starck sahe ich im Unterkiefer auf der linken Seite im* 67. *Jahre den letzten Backenzahn ausbrechen* (Soemmerring l. c.). — Froriep *Notizen* 1826. *Febr.* p. 152. (7 molares in femina 53 annorum); — Jahn *Zahnen und Tod durchs Zahnen einem Greise* (Horn's *Archiv für med. Erfahrung* 1827. *Nov. Dec.* p. 995).

5) Plenk l. c. p. 20.

Diagnosis. 3. Quoad senum dentitionem non agitur de nova dentis generatione, sed de dentibus prius reconditis tandemque per alveolorum restrictionem (aetatis senilis effectum) expulsis [6]).

Prognosis. 4. Multum itaque abest ut senibus ob dentis manifestationem gratulari debeamus.

Cura. 5. Pharmaca quae dentes pellerent desiderantur. Sufficiat hinc obstacula eorum eruptionem impedientia removere [7]). Inter haec si rhachitis, alibi indicanda auxilia [8]).

§. XLVII.

Dentitio aberrans.

Error loci. 1. Dentes in conspectum venerunt sub lingua [1]), in palato [2]), sub naribus *), inter nasum et orbitas [3]), ad mentum [4]), super penultimum dentem

6) Sandifort obs. anat. patholog. Libr. III. Tab. X. fig. 5 et 6.

7) Cap. IV. §. XXI. No. 3.

8) Part. IV. Vol. I. sect. I. cap. de rhachitide.

1) Fabr. Hildanus *von den Brüchen und deren Heilung. Ulm* 1696.

2) Plinius l. c. Lib. XI. c. 37. — Act. acad. nat. curios. Vol. II. obs. 118. — Borellus observ. cent. II. obs. 81. — Schenk observ. Lib. I. No. 411. — Ch. H. Erndtel dens ex medio palati emergens. Act. acad. nat. curios. Vol. II. p. 262. — Hirsch *prakt. Beobacht. Cap.* 4. p. 74. — Todd *med. Journ. B.* 2. *St.* 4. p. 21.

*) Maury l. c. *Planch. IX. fig.* 1—4.

3) Forestus observ. et curat. med. Lib. XIV. obs. 12.

dentem molarem maxillae superioris [5]), in maxilla inferiore ad processum coronoideum [6]), atque retro dentem sapientiae superiorem [7]). A dentibus sub lingua et in palato positis masticatio laeditur ac lingua exulceratur. Tales dentes, aeque ac reliqui monstruosi vel incommodi, eximendi.

2. Reperti fuere dentes in atheromate [8]), in tumore abdominali [9]), in sacco intestino recto adhaerente [10]), et frequentissime in ovariis [11]). Inclusio varia.

3. Mi-

— Eustachius l. c. cap. 29. — Columbus l. c. Lib. I. cap. 10. p. 67. — Albini l. c. Lib. I. cap. 13. p. 53. Tab. IV. — Ejusdem de sceleto p. 477. — Sandifort museum anatom. Vol. I. sect. 2. p. 86. No. 347. sect. 4. p. 166. No. 91. p. 87. No. 348. p. 166. No. 92.

4) Sandifort museum anat. p. 139.

5) Sandifort obs. anat. patholog. Lib. III. cap. 10. p. 137. Tab. X. fig. 1—4. museum anat. Vol. I. p. 166. No. 93. 94.

6) Sandifort l. c. p. 138. Tab. X. fig. 5.

7) „*I have also ten or twelve times found teeth beyond the dentes sapientiae superiores. They were all small, the enamelled part shaped like the adult grinders, but never with more than one fang. I call them second wisdom teeth. . .*“ Dr. Hudson apud Blake l. c. p. 115.

8) Ruysch obs. med. chir. dec. III. — *Berlinische Samml. B.* 3.

9) *Gazette de santé* 1776. p. 81.

10) A. Serres l. c. p. 47. not.

11) Heister epistola de pilis, ossibus et *dentibus* variis

Monitum. 3. Mirum est, tot inter aberrationes nec unicum exemplum inveniri, ubi unum dentium genus alterius locum occupasset [12]).

Caput XII.

De dentium regeneratione, numero excedente, deficiente, deque radicum anomaliis.

§. XLVIII.

Dentium regeneratio.

Dentitio tertia. 1 ***Tertia vice*** pullulasse visa sunt dentium incisorum par medium [1]), parque inferius [2]); item dens molaris [3]). Lapsus dentium duodecim

corporis humani in partibus repertis. Helmst. 1743. — P. Denis *mém. sur trois genres différens de cas rares.* Paris 1828. — „Tales dentes, inquit Plenk (l. c. p. 21) reliquiae corrupti embryonis, in ovario concepti, non solum esse, sed etiam a praeternaturali germine dentis oriri possunt."

12) „. . . *dans le grand nombre d'exemples d'irrégularités rapportés par les auteurs, on n'a jamais vu les incisives à la place des canines, celles-ci occuper la place des petits molaires et vice versa.*" Serres l. c. p. 107.

1) Albinus adnot. acad. Lib. I. Tab. IV. fig. 3. — J. C. Gehler diss. de dentitione tertia. Lips. 1786. — Soemmerring l. c. p. 218.

2) Hunter l. c. p. 85. 3) Gehler l. c. fig. 3.

cim permanentium instar deciduorum, tertiaque illorum restauratio, in puero observata est [4]). Nec similia desiderantur exempla [5]).

2. *Dentitionem quartam* [6]), in dubium vocatam [7]), *sextae* (respectu saltem singuli dentis) edocti *dentitionis* [8]), admittimus. Dentitio quarta, sexta.

§. XLIX.

Dentes numero excedentes.

1. Sicuti digiti ita et dentes aliquando numero excedunt [1]). Generatim.

4) Unger̈auer diss. de dentitione juniorum in Haller select. dissertat. Vol. VII. p. 392.

5) Haller element. physiolog. T. VIII. p. 22. — Dachs *Verhandlingen te Haarlem T.* 16. *Deel* 2. p. 327. — *Diario de las Ciencias medicas. Barcelona* 1827. — Froriep's *Notizen B.* 20. *No.* 1. p. 10. — *Revue médicale. Janvier* 1828. p. 149. — Krimmer in Graefe's *und* Walther's *Journ. für Chirurgie und Augenheilk. B.* 10. *No.* 4. p. 606. — *Heilung einer Caries des Oberkiefers und nachträglicher Wiedererzeugung der Backenzähne* in Rust's *Magaz. für die gesammte Heilk. B.* 29. *Heft* 2. p. 391.

6) Haller l. c. p. 29. 7) Soemmerring l. c.

8) Fide dignissimus Carabelli mihi retulit, dominae Winthersteiner, feminae viginti quatuor annorum, Vindobonensi, dentem ocularem (caninum superiorem) lateris dextri, *sex vicibus* extractum fuisse. Ultimi quidem tres enati dentes parvi erant, ast debitae caeterum formae.

1) Dentes 36, et molares 24. — Ingrassias Text. 2. Dentes 33. — Columbus l. c. p. 34. Dentes 33 et

Numerus excedens classium.

2. Observati sunt dentes *incisores* quinque [2]), octo [3]); dentes *canini* quatuor [4]); dentes *molares* tresdecim [5]); dentes sapientiae duplicati *).

Series duplex etc.

3. Interdum *series dentium duplex* [6]), et, partim

34. — Fauchard op. c. T. I. p. 3. Dentes 36. — Bourdet l. c. p. 25. Cfr. G. Thomson *supernumerary teeth.* in *Med. essays and observ. by a soc. in Edinburgh Vol.* 5. *P. I.* p. 222. — Foucon l. c.

2) Ploucquet diss. sistens aetates humanas earumque jura. Tüb. 1778. p. 8.

3) Albini annot. acad. Lib. I. p. 53. Tab. IV. fig. 2. 3. — G. C. Arnold l. c. p. 69.

4) Lemaire in *Bulletin de la soc. méd. d'émulat. No. VII. Juillet* 1816. („*ma surprise fut extrême, lorsqu'au lieu d'une dent canine, j'en trouvois quatre très-distinctes les unes des autres et sans doute produites par quatre germes différens*)."

5) Courtois l. c. p. 273. obs. 25. *Sur sept grosses dents molaires venues à la même máchoire, outre le nombre de six.*

*) „*Une máchoire supérieure ayant deux dents de sagesse placées l'une au-dessus de l'autre.*" Maury l. c. *Planche X. fig.* 1.

6) Plinius op. c. Lib. XI. cap. 37. — R. Columbus op. c. Lib. XV. p. 67 (in proprio filio). — J. Lanzoni de duplici dentium ordine in infante. Miscell. acad. nat. curios. dec. III. a. 7 et 8. 1699 et 1700. p. 169. — Plenk l. c. p. 24. qui citat praeterea Dampier I. p. 437. Munik p. 144. in Ludovico XIII. C. Bartholinus p. 464. et Riolanus p. 482. *Medicinische Bemerkungen von einer Gesellschaft in Edinburg B.* 5. *Th.* 1. p. 226.

partim saltem, *triplex* [7]); quin semper connubium fortuitum dentium lacteorum et permanentium [8]) inculpari posset [9]).

4. Non-

7) *Herculem* triplicem dentium ordinem habuisse fabula narrat (UNGEBAUER (l. c.) itaque *numen* non *auctorem Herculem Saxoniam*, citat, ut putat SOEMMERRING l. c. p. 220. nota ††). — Posse autem tertiam dentium seriem partiatim locum obtinere, ARNOLDI mox citandus casus docet isque SYMMONDS *a case of three differents growths of teeth, succeding one another in the upper jaw of a child.* in *Med. observ. by a soc. of physic. in London Vol.* 3. p. 178.

8) „*When it happens that the roots of the milk-teeth are stronger and harder than usual, and that the succeeding set is soft and feeble, the milk-teeth retain their places, and last to old age: if the new growth is vigorous, but yet finds the milk-teeths too hard and firm to be expelled, it takes a new course, and sliding by them, emerges above the gums, on the outer or inner side, forming a double row in one or both jaws, sometimes complete through the whole anterior arche, sometimes only double in one, two, or three places: and this is the true cause of old supernumerary teeth, or double rows.*" BERDMORE l. c. p. 200.

9) Dentes lactei 20 una cum dentibus permanentibus 32 efficiunt dentes 52. Vidit autem ARNOLD (l. c.) puerum quatuordecim annorum, qui simul in ore gerebat dentes 72. Sic ut duplex series incisorum, caninorum, triumque in quolibet latere molarium posteriorum, *anteriorum molarium autem ordo triplex* esset. Numerabantur ergo in qualibet maxilla dentes incisores 8, canini in quolibet latere 2, et molarium 12. —

Dentes proliferi.

4. Nonnunquam *denticuli* [10]), vel *globuli* substantiae adamantinae [11]), more parasitorum coronis [12]) vel radicibus aliorum dentium (*proliferorum*) adhaerent. Aliàs *ossicula* cum dentibus molaribus societatem ineunt [13]), vel dens altero innasci-

Incisores ad regularem duplicem seriem non ponebantur, sed series inordinata utraque, saepe quasi promiscua cernebatur. Strictiorem ordinem servabant canini et molares. Horum dentium nullus carie affectus erat.

10) Stricte loquendo, gallice *Surdent*. Vide LAMOUROUX *note sur une dent humaine monstrueuse* in *Bulletin des sciences médicales T.* 4. p. 18.

11) „*Bisweilen zeigen sich bloss ein oder mehrere Klümpchen Schmelz an der Wurzel; bisweilen hingegen sieht man ein Klümpchen Schmelz mit förmlichen Wurzelchen von der Wurzel abgehen* (*In meiner und in Campers Sammlung*)." SOEMMERRING l. c. p. 222. Similia in museo CARABELLII vidi.

12) „*Excrescences of the cortex striatus are very seldom met with, one singular instance of it occurred to me, in a patient about* 17 *or* 18 *years of age. The right permanent cuspidatus in this person did not appear through the gum until the sixteenth year, on the side of it next the lateral incisor there was a bulbous protuberance of the cortex striatus, with a hollow or depression in the middle, this protuberance did not however extend to the apex of the tooth*" (*Table III. fig.* 5. *a. b*). BLAKE l. c. p. 112.

13) I. R. DUVAL *notice sur des osselets trouvés dans la cavité dentaire de quelques molaires.* in *Bulletin de l'école de méd. et de la société de Paris. An. IV.* (1808) p. 99.

innascitur [14]). Tandem dentium radices etiam *exostosi* subjiciuntur [15]).

5. Dentes numero excedentes aut excrescentiis notati iisdem ansam porrigunt incommodis ac dentitio secunda impedita eandemque exposcit medendi rationem [16]). Incommoda. Cura.

§. L.

14) Cheselden osteograph. Tab. IX. fig. 7. c.

15) „*Cette maladie*, inquit Maury (l. c. p. 106), *toujours très-difficile à reconnaitre avant l'extraction des dents, n'affecte aussi que leur racine: c'est le cas le plus ordinaire* (*Pl. XII. fig.* 16 *à* 21). *Elle n'existe quelquefois que sur un côté de la dent; elle présente une forme arrondie et anguleuse et dans certaines circonstances elle occupe tout le pourtour et la hauteur de la racine* (*Pl. XII. fig.* 17). . . . *Il est presque impossible de porter un diagnostic exact sur cette affection; on peut tout au plus en soupçonner l'existence, à la douleur gravative et profonde qui l'accompagne, et dont l'intensité n'est pas toujours la même au gonflement de l'alvéole, à la mobilité de la dent malade, qui ne se rencontre pas dans tous les cas, et à la perte de niveau de cette dent avec les dents voisines. . . . . Fox parle d'une jeune dame qui fut obligée de se faire extraire toutes ses dents, parceque leurs racines étaient exostosées.*“

16) „*Les dents surnuméraires de l'espèce de celles qui viennent hors de rang contre d'autres dents, et que quelques auteurs ont appelées sur dents, déparent la bouche quand elles sont placées en devant, vis-à-vis l'ouverture des lèvres: quelquefois quand elles sont dirigées du côté de la langue, elles nuisent à la prononciation; il y a même des cas où la langue dans quelques-uns de ses mouvemens venant à frapper contre*

§. L.

Dentium numerus deficiens.

Distinctio.

1. *Defectus* numeri consueti dentium est modo, plus minusve, *universalis*, modo *partialis*. Porro *congenitus*, aut *fortuitus*.

Defectus universalis.

2. Legitur de femina sexaginta annorum [1]) deque viro annorum quinquaginta quinque [2]), quibus dentes nunquam erupere; — item de viro in magistratu et chirurgo unis dentibus molaribus instructis [3]); — de puero cum solis dentibus incisi-

elles s'enflamme et s'ulcère; il en est d'autres où l'intérieur des joues, à force de battre contre les surdents dirigées de leur côté, s'enflamme et s'ulcère..... Pour obvier à ces inconvéniens, il s'agissoit d'extirper les différentes espèces de dents dont on vient de parler. On a eu recours pour cela au repoussoir, aux pinces et au levier; ces instrumens ont réussi dans certains cas, mais avec plus ou moins de difficultés; et quelquesfois on n'a pu en obtenir ce qu'on en attendoit. . . . Ces considérations en ont fait désirer un plus parfait; elles ont porté Mr. Courtois, chirurgien dentiste, à imaginer l'espèce de pélican qu'il a presenté à l'académie, et dont elle nous charge de lui rendre compte." *Extrait des registres de l'académie.* — Courtois op. c. p. 307.

1) Borelli hist. et observ. med. phys. rarior. Cent. II. obs. 41.

2) Cornelio *statistica* 1821. p. 12 („*Un tal Pietro Paolo Hauser arrotino di professione, arrivò all' età di* 55 *anni senza che mai siasigli germinato alcun dente*").

3) Ephem. nat. curios. dec. II. a. 6. obs. 122.

cisivis [4]); — de infante ad dimidias tantum dentato [5]) etc. [6]).

3. Notatus est *defectus* dentium duorum molarium alterutrae, immo utriusque maxillae [7]), — dentis unius alteriusve molaris anterioris [8]), — paris dentium incisorum modo externi modo interni [9]), — dentiumque incisorum et caninorum [10]). Defectus partialis.

4. Dentium numerus deficiens frequentius in feminis quam maribus obvenire dicitur [11]). Partialis defectus a brevitate maxillarum repeti potest [12]). Universalis inexplicabile sistit phaenomenon. Caeterum in illo inquirendum, num tem- Causae.

4) „*J'ai vû à Tours un petit garçon agé d'environ cinq à six ans, auquel la plus grande partie des dents n'avoit jamais parû: il n'en avoit seulement quelques-unes au devant de la bouche.*“ Fauchard op. c. T. I. p. 340.

5) „*L'enfant dont parle* Brouset (*éducation médicale des enfans*) *n'avoit que la moitié de ses dents, et le reste du bord alvéolaire avoit acquis la consistence des gencives des vieillards.*“ A. Serres l. c. p. 163.

6) Danz in Stark's *Archiv für die Geburtshülfe B.* 4. p. 684.

7) Blumenbach *Geschichte der Knochen* §. 188. p. 258.

8) Hunter l. c. p. 60.

9) Albinus de ossibus cap. ultim. p. 127.

10) Miscell. acad. nat. curios. dec. II. a. 6. obs. 122.

11) Riolanus p. 38.

12) „Sic dentes sapientiae in hominibus, qui arcum alveolarem superiorem vel inferiorem non satis longum habent, nunquam erumpunt.“ Plenk l. c. p. 15.

tempore dentitionis primae forte gingivarum incisio suscepta fuerit; in hoc, num aut matris gravidae aut infantis morbi praegressi sint, a quibus *destructio germinum dentium* repeti posset.

Diagnosis. Cura. 5. A defectu dentium congenito, defectus fortuitus a dente elapso aut evulso, quatenus *edentulitatem* constituens, distinguendus. Utrique aequo occurritur pacto, dentibus videlicet artificialibus.

§. LI.

Radicum anomaliae.

Notio. 1. *Anomaliae* dentium ad ipsas eorum *radices* extenduntur. Magna inde obstacula respectu extractionis dentium proveniunt, nec ab odontiatro, nec a medico, illius saepe judice, ignoranda.

Radices incisorum. 2. *Dentes incisores* medii maxillae superioris radicibus et alveolis destituti, ac a gingivis cooperti obvenerunt [1]). Visa est radix dentium incisorum reliquam dentis partem volumine adaequasse, quin immo superasse [2]). Museum Carabel-

1) „*In the head of a young subject which I examined, I found that the two first incisor teeth in the upper jaw hat not cut the gum; nor had they any root, or fang, excepting so much as was necessary to fasten them to the gum, on their upper surface; and on examining the jaw, I found there was no alveolar process, nor sockets in that part.*" Hunter l. c. p. 8.

2) „*Il y a des racines qui égalent le corps de la dent,*

rabellianum dentem incisorem lacteum continet, cujus radix a prorumpente dente canino superiore (qui sese in illam intrudere conabatur) scissa est. Interdum dentis radix omnino incurvata [3]).

3. Observata est inversio dentis canini [4]); aliorumque [5]). Haud raro dentis illius radix longitudine peccat [6]), et in maxilla superiore aliquando ita, ut in antrum Highmori penetret [7]). Visa est uncinata [8]), duplex [9]), triplex [10]). Duplex dentis canini radix expectanda, ubi hic dens complanatus est et bicuspis [11]). Radices caninorum.

4. *Den-*

et qui le surpassent même quelquefois en grosseur. Fauchard op. c. T. I. p. 9.

3) Capperon *observation sur une dent à racine extrêmement courbe. Mém. de l'acad. de chirurg. T. 3. Hist.* p. 17.

4) Hunter l. c. *Explanation of Tab. VIII. fig. 9. A sketch of the upper jaw of a child, where the cuspidatus was inverted, so that its point was turned up aginst the jaw, and the growing mouth of its cavity towards the gum.*

5) Pollich incrementum ossium p. 25. — Albinus l. c. c. 9. — Sandifort l. c. fig. 1.

6) Fauchard op. c. *Planche XXVII. fig.* 10.

7) Bertin *ostéologie T.* 2. p. 300.

8) Fauchard *Planche XXVII. fig.* 11.

9) Ibid. *fig.* 12. 10) Ibid. *fig.* 13.

11) „*Au lieu de se terminer en pointe comme le sont ordinairement toutes les dents canines; celle-ci au contraire avoit une couronne très-applatie: deux petites éminences, séparées par un petit enfoncement, se faisoient remarquer sur la couronne de cette dent canine,*

Radices molar. minor.

4. *Dentes bicuspides* solito radice singulâ, vel aliquando duplici, instructi, in maxilla superiore radices tres, incurvatas uncinatasque exhibuerunt [12]).

Radices molar. major.

5. Radices dentium *molarium majorum* saepissime a norma recedunt, videlicet invicem dehiscunt [13]), simulque praesepi adhaerent [14]); incurvatae [15]) molaque auctae conveniunt [16]); alveolo

ce qui me fit juger qu'elle avoit deux racines; mais je ne m'en assurai pas par l'extraction, car je ne voulus pas l'entreprendre." COURTOIS l. c. p. 270.

12) FAUCHARD op. c. *Planche XXI. fig.* 9. („*une dent semblable ne peut être ôtée sans faire éclater l'alvéole*") *fig.* 14.

13) FAUCHARD op. c. *Planche XXVII. fig.* 1. 2. *T. II.* p. 210: („*une grosse molaire supérieure dont les racines sont au double plus écartées les unes des autres, que le collet n'est large. Une dent ainsi conformée, ne peut être ôtée sans faire éclater l'alvéole*").

14) FAUCHARD ibid. *fig.* 5 („*Une grosse molaire de la mâchoire supérieure, dont les racines sont non seulement écartées les unes des autres, mais encore intimement adhérentes à la cloison de l'alvéole, ne faisant qu'un même corps avec elle: on ne peut ôter ces sortes de dents sans qu'une portion de l'alvéole ne reste attachée à leurs racines*").

15) FAUCHARD ibid. *fig.* 19. 20. 21.

16) FAUCHARD ibid. *fig.* 3 („*Une dernière molaire de la mâchoire inférieure, dont les racines sont recourbées l'une sur l'autre, se joignant presqu' ensemble, étant d'un plus grand volume que le corps: cette dis-*

veolo adcretae sunt [17]), ejusque parietem amplectuntur [18]). Illarum repertae fuere tres [19]), quatuor [20]), quinque [21]). De globulis quibus interdum

position est cause, que ces sortes de dents sont très-difficiles à ôter, sans que l'alvéole s'éclate"). Et *T. I.* p. 12: („*Il y en a dont les racines se touchent par la pointe, et sont fort écartées par la base proche le corps de la dent. Ce sont ces dents qu'on nomme dents barrées, si difficiles et si dangereuses à ôter*").

17) Fauchard ibid. *Planche XXVII. fig.* 4 („*Une grosse molaire de la mâchoire inférieure, dont les racines se rapprochent en se recourbant l'une sur l'autre, et intimement adhérentes à la cloison mitoyenne de l'alvéole; de là vient qu'une dent de cette nature ne peut être ôtée sans que la cloison la suive*").

18) Fauchard ibid. *fig.* 6 („*Une grosse molaire supérieure avec une racine recourbée en forme d'arc, se réunissant presque avec les autres racines vers leurs extrémités et embrassant la cloison de l'alvéole: ces sortes de dents fracassent l'alvéole quand on les ôte, ou se cassent elles mêmes*").

19) Fauchard ibid. *fig.* 17 („*Une grosse molaire de la mâchoire inférieure à trois grosses racines; ce qui n'est pas commun, les molaires de la mâchoire inférieure n'ayant ordinairement que deux racines*").

20) Fauchard ibid. *fig.* 7 („*Une autre grosse molaire de la mâchoire supérieure à quatre racines*"). — Jourdain *réflexions* etc. p. 152. *Sur l'extraction d'une molaire de sagesse de la mâchoire supérieure à quatre racines.*

dum notantur, modo dictum est. De radicum atresia mox infra.

Caput XIII.

De dentium raritate, densitate, concretione et elongatione.

§. LII.

Dentium raritas, densitas.

D. raritas. 1. *Situs dentium nimis rarus* interstitia inter dentium coronas relinquit. In infantibus trium annorum coronae dentium lacteorum suis lateribus se quasi tangunt: in infantibus autem septem annorum coronae dentium amplos inter se habent hiatus [1]). „Ratio est quod dentes lactei non ut maxillae adeo velox incrementum capiunt. Dentes autem secundarii, saltem viginti priores, latiores lacteis acquirunt coronas“ [2]). Sed et pro istis aliquando maxilla adultorum latitudine peccat [3]). Saepe tartarus sese ita inter dentium interstiti-

21) Fauchard ibid. *fig.* 8 („*Une des dernières grosses molaires de la mâchoire supérieure à cinq racines*“). Koenen l. c. p. 50.

1) Raritas dentium ab aetate Plenkii l. c. p. 22.

2) Plenk l. c.

3) Raritas dentium a nimia maxillarum latitudine Plenkii.

terstitia insinuat, ut eos invicem deducat [4]). De istius vitii cura alibi [5]). Generatim raritati dentium *ligaturâ* mederi studemus [6]).

2. Dentium *situs* nimis *densus* efficit, ut coronae dentium se lateribus suis tangant. Hoc vitium vel in aliquibus vel in omnibus dentibus observatur. Adscribitur tam coronarum excedenti latitudini [7]), quam maxillarum nimiae brevitati [8]). A reciproca pressione marginum lateralium dentium caries timetur commendaturque ideo separatio ope limae [9]). Nisi jam caries effecte adsit, consilio viri experti innixi [10]), pacem potius concedimus. D. densitas.

§. LIII.

4) Raritas dentium a tartaro. 5) Cap. XVII. §. LXV.

6) Laforoue l. c. p. 220. *Du rapprochement des dents par la ligature.*

7) Densitas a nimia coronarum latitudine Plenkii l. c. p. 23.

8) Densitas a nimia maxillarum brevitate Plenkii.

9) Plenk l. c. — Maury l. c. p. 212.

10) „*Il est très-ordinaire de trouver des personnes, et ce qui me fait plus de peine encore, des dentistes, qui pensent follement que des dents très-rapprochées les unes des autres, quoique très-saines d'ailleurs, doivent être séparées pour être conservées plus longtems. Pour moi je vois bien différemment: j'ai toujours pensé que plusieurs corps quelconques, avoient une solidité d'autant plus durable qu'ils se trouvoient bien rapprochés les uns des autres; en sorte qu'ils se communiquent un appui mutuel; avantage par conséquent dont on prive les dents, en les séparant les unes des*

§. LIII.

Dentium concretio.

Notio. 1. Dentes omnes in unum conferruminatos fuisse, enarratur [1]). Legitur de concretione omnium dentium in superiori maxilla, ut tres tantum

autres, et les rendant comme isolées . . . . D'ailleurs peut-on séparer les dents sans les priver de leur émail, qui est une portion si nécessaire à la conservation de la dent? . . . qu'arrive-t-il après l'opération? La personne éprouve une sensibilité très-incommode, à la moindre impression de froid ou de chaud. On se repent alors de n'avoir pas gardé ses dents dans l'état où la nature les avoit données. En vain on emploie des remèdes pour faire disparoître cette sensibilité. L'émail étant détruit par l'effet de la lime, ne revient plus, et sa perte irréparable ne laisse envisager qu'une continuation de souffrance pour tout le temps qu'il nous reste des dents ainsi maltraitées par la lime: temps que l'on est quelquefois forcé d'abréger, étant obligé de se les faire ôter pour être delivré des douleurs qu'on éprouve, et qui n'ont pour cause qu'une sotte opération dans laquelle on a eu l'imprudence de préférer le beau imparfait à la bonté permanente." Courtois l. c. p. 335.

1) „Narrant quidam historici Pyrrhum regem Epirotarum: Euripheum Cyrenaicum: et complures etiam alios os continuum pro dentibus habuisse, aeque extensum ac lineis quibusdam altis non aliter distinctum, nec alio tenore, quam plerique maxillares caprarum conspiciuntur." Eustachius op. c. cap. 29. — Lud. Coel. Rhodiginus lect. antiq. Francf. 1589. Lib. IV. p. 137.

tantum in ea maxilla dentes essent [2]); deque tribus aut quatuor molaribus non aliter quam in pecudibus continuatis [3]). Concretio dentium incisorum inter se et cum caninis saepius observata est [4]). Nec rara confluentia coronarum unius alteriusve dentis molaris [5]). Sic et atresia radicum dentium [6]), inprimis cum alveolo.

2. Talia vitia ab imaginatione laesa gravi- Causae.
darum [7])

2) Genoa anat. chirurg. — Cfr. cap. XXV. §. XCVII. No. 3.

3) Eustachius l. c.

4) „*I have met with more than a dozen cases somewhat similar, for instance the bodies and roots of the lateral temporary incisores and cuspidati joined together, and among the permanent teeth, the middle and lateral incisores and cuspidati.*“ Blake l. c. p. 111. — Carabelli inter alia exempla illud pistoris filii vidit, ubi in utraque maxilla atresia dentis incisivi lactei cum canino locum obtinuerat. Cfr. Laveran *note sur quatre dents d'une conformation extraordinaire.* In Sedillot *rec. périod. de la soc. de médec. T.* 29. p. 192.

5) Haller l. c. p. 29. — Sömmerring l. c. p. 220. — G. Fleischmann *anatom. Wahrnehmungen.* — 3. *Sonderbare Verwachsung zweier Backenzähne.* In *Abhandlung der physik. med. Soc. zu Erlangen* B. 1. p. 31.

6) Courtois l. c. p. 215. obs. 15. *Sur deux dents jointes ensemble par leurs racines.* — p. 260. obs. 24. *Sur deux dents unies ensemble par leur racines.* — Duorum dentium incisorum radices junctas vidi in Museo Carabellino.

darum [7]) et a syphilide [8]) repetuntur. Caussam proximam alii ponunt in succi ossei effusione ex laterali coronarum superficie [9]), alii in inclusione simultanea germinum [10]).

3. Quan-

7) „Dentium vero prima rudimenta in utero poni inde porro conſtare videtur, quod gravidarum forti imaginatione dentium non secus atque aliarum partium structura et figura immutari possit. Dolendum equidem, sed hujus impressionis exemplum paucis abhinc milliaribus in reverendi et pii cujusdam viri pio filio videre licet. Cujus mater cum singulari utero gerentium desiderio nimis avide minusque caute dilectae ovis os et insitorum dentium structuram rimaretur, fecit ut insontis embryonis dentes similem in modum formarentur, et infanti excluso ovini dentes postea prodirent, quod profecto probo puero et loquelae et masticationis difficultatem tum quoque insignem faciei deformitatem non potuit non afferre. Vivit etiamnum infelix puer, vivit reverendus pater, vivit etiam intempestivae curiositatis rea mater, suumque errorem non raro oborto lacrymarum imbre detestatur.“ Conringius l. c.

8) Exemplum atresiae radicum dentium a me visum (6), syphilidem pro caussa agnoverat.

9) Plenk l. c. p. 38.

10) „*Here it is evident both pulps most have been contained in the same investing membrane or sac, for their ossification is in general so complete that one hole serves to both for the admission of vessels* etc. *In those cases the body of each of the teeth so conjoined commonly retains its own appropriate form, though both are completely surrounded by the cortex striatus.*“ Blake l. c. p. 111. Tab. III. fig. 4. a. b. c.

3. Quandoque dentes densitate peccantes, nisi prope, et circum circa observentur, concretionem simulant [11]). Sic et tartarus dentes involvens [12]). Diagnosis.

4. Concretio dentium nullum in masticatione vel alia functione incommodum caussat, nisi aliis vitiis juncta. Atresia radicum dentium cum alveolo, efficit ut dens vel evelli nequeat, vel si magna adhibita vi evellatur, alveoli portionem secum trahat. Prognosis.

5. Dentium concretorum, nisi forte carie detentorum, separationem tentare velle, absurdum foret. Cura.

§. LIV.

Dentium elongatio.

1. Obvenerunt dentes magnitudinis inconsuetae [1]), ac ita elongati, ut, clauso etiam ore, Notio.

11) „*Amongst the permanent teeth however I have met with one instance, where one of the middle and lateral incisores were so intimately united, that on viewing them externally they appeared as one large middle incisor, no trace being left of their having originally two distinct bodies; but on the internal surface there is a very marked difference and each retained nearly its propre shape.*“ Blake l. c. Tab. III. fig. 6. a. fig. 5. a. b.

12) Conferruminatio tartarea Plenkii. l. c. p. 38. Cfr. cap. XVII. §. LXIV. No. 2.

1) Diemerbroeck anat. corp. human. Ultraj. 1672. Lib. IX. cap. 10. — Schenk obs. med. Lib. I. obs. 383. p. 427.

labium superius excederent cooperirentque inferius [2]). Saepius elongatio unum alterumve dumtaxat dentem adtingit. Magna inde tam sub masticatione, quam sub somno sequuntur molestiae [3]).

Causae. 2. Dentium elongatio quibusdam familiis et nationibus [4]) addicta est. Praeterea rhachitis, incremento abnormi ossium generatim favens, et hìc accusanda: quod etiam a dentium mollitie interdum

2) „*Un jeune homme de Poitiers, agé de 16 à 17 ans ... avoit les dents si longues, quoiqu'on les eût déja limées, qu'elles excédoient considérablement la lèvre supérieure, même quand la bouche étoit fermée, et traînoient sur l'inférieure en la couvrant toute entière, ce qui déparoit beaucoup un cavalier, qui d'ailleurs étoit fort bien de figure et de taille. Ces mêmes dents sortoient en saillie presque horizontalement.*" Buffon l. c. p. 334—335.

3) „*Il est d'une extrême importance de prendre garde et de fort près, aux dispositions où les dents sont par rapport à l'arrangement, dans la rencontre de deux mâchoires; car si par l'inégalité ou le mauvais arrangement de quelques-unes ou de partie d'entre elles, elles sont disposées à se heurter, ou à se refouler réciproquement, et qu'on néglige de reconnoître cet inconvénient, on expose à bien des maux causés par l'ébranlement qui suit infailliblement, soit des mouvemens des mâchoires et de leur rencontre dans la mastication, soit du grincement et du craquement qui arrivent, sans qu'on s'en apperçoive dans le sommeil le plus profond.*" Buffon l. c. p. 243.

4) Anglos formosos sexus utriusque inde deformatos vidi, idque longe saepius quam inter alias gentes.

terdum elongationi socia [5]) confirmatur. — Frequenter caussa elongationis dentis *unius* est defectus dentis oppositi [6]). Frequentissime tandem elongationis ratio in *morbis alveolorum* quaerenda.

3. Est autem elongatio dentium ex hac ultima caussa plerumque fictitia. Dens etenim ex alveolo, aut retracto, aut oppleto, aut carioso, pulsus, etiamsi super reliquos dentes promineat, re tamen vera longior non est [7]). Datur tandem *elongatio imaginaria* symptoma stuporis dentium [8]). Diagnosis.

4. Quo casu excepto, elongatio dentium, tam Prognosis.

5) „Vidi, inquit Plenk (l. c. p. 89) in puella octo annorum dentem lacteum caninum dextrum maxillae inferioris longiorem, et evulsus adeo fuit *mollis* ut corona et radix potuerint digito comprimi."

6) „Sic ab evulso dente molari maxillae superioris dens oppositus maxillae inferioris longior evadit, cum pressio coronae dentis evulsi ad coronam dentis inferioris remanentis, cesset." Plenk l. c.

7) „*Si les dents déchaussées nous paroissent plus longues que les autres qui ne le sont pas, il ne faut pour cela s'imaginer que la dent ait acquis plus de longueur qu'elle n'en a dans l'état naturel, ce n'est que parceque les alvéoles s'affaissent et que les cavités qui reçoivent les racines des dents venant à se remplir vers leur base par l'ossification qui se fait plutôt chez certains sujets, obligent la dent à sortir; de là vient que les dents déchaussées paroissent plus longues qu'elles ne le sont effectivement.*" Courtois l. c. p. 75.

8) Cap. XIX. §. LXXIII.

tam ut morbus per se [9]), quam ut aliorum morborum signum [10]) aut caussa [11]), haud flocci pendenda.

Cura. 5. Facile dictu, dentes elongatos peculiaris limae [12]) ope, reliquis dentibus adaequandos, hancque operationem, si dens fuerit longissimus, vicibus repetitis perficiendam esse [13]). Quamvis enim dentes exstent qui usque ad dimidium coronae impune limari queunt, sunt et alii (ejusdem aliquando oris) ubi limâ vix admotâ, jam cavitas dentis denudatur, summo cum dolore et aliquando cruoris stillicidio [14]). Evulsionem itaque

9) „*Les dents excédant en longueur leurs voisines, doivent être regardées comme des dents malades, étant disposées en partie contre nature; puisque non seulement elles déparent la bouche, mais qu'elles causent aussi des incommodités aux parties voisines et qu'elles nuisent à l'articulation de la voix.*" Fauchard op. c. T. I. p. 108.

10) Courtois l. c. p. 174 (caries alveoli latens).

11) Bunon l. c. p. 244 (abscessus maxillae superioris et caries, ab elongatione dentis canini inferioris et contigui incisoris, „*qui se rencontroient par leur longueur avec l'incisive latérale*").

12) Gariot l. c. *Planche V. No.* 2. — Maury l. c. *Planche XVI. fig.* 1. 2. 4. 5.

13) Gariot l. c. p. 261.

14) „. . . . *je pourrois rapporter un grand nombre d'exemples de personnes de* 30 *à* 40 *ans et plus, à qui limant quelques incisives ou canines, pour les mettre au niveau des voisines qu'on avoit déja limées considérablement et sans douleur, on trouvoit au premier*

que dentium elongatorum, usui limae saepe anteponimus, etsi illa facile haemorrhagiis ansam det [15]). Aliàs cura ad alveolos dirigenda.

Caput XIV.

De dentium stridore et detrimento.

§. LV.

Dentium stridor.

1. *Stridor dentium* [1]) est effectus motus reciproci et velocissimi musculorum maxillas mutua opera abducentium et adducentium, qua dentes invicem confricantur. Definitio.

2. Cur scriptores de morbis dentium, paucissimis exceptis [2]), hunc affectum omiserint, vix intelligitur. Affectus omissus.

3. Oritur is a prava dentium dispositione [3]), a mala consuetudine [4]), ab ira, sternutatione, hydro- Causae.

coup de lime une extrême sensibilité. J'ai vu même des dents qu'on avoit limées beaucoup moins que les autres, d'où le sang néanmoins sortoit par l'extrémité de la couronne." Bunon l. c. p. 333.

15) Courtois l. c. obs. 33. *Sur une hémorrhagie occasionnée par une dent déchaussée.*

1) Gall. *Grincement des dents.* Germ. *Zahnknirschen.* Ital. *Stridore dei denti.*

2) Kräutermann l. c. p. 257. 3) Bunon l. c. p. 243.

4) Pictorem Italum nosco qui a dentium suorum stridore delectari videtur.

hydrocephalo acuto [5]), vermibus et insultibus epilepsiae [6]).

Diagnosis. 4. Dentium stridor a *dentium collisione* [7]), (frigoris, praesertim febrilis, effectu) distinguendus.

Prognosis. 5. „Dentium convulsio vel stridor [8]), qualis inter manducandum auditur, saepe naturalis et nullo modo terribilis est; saepius autem in morbis motum maxillae non voluntarium, nervorum distentionem, periculum, febris intermittentis accessionem [9]), delirium [10]), et post insaniam fatum propinquum [11]) denunciat, praesertim si cum signis exitialibus est. Minus tamen terrere debet, si in infante lactente [12]), accidit" [13]).

6. Prae-

5) P. II. Vol. I. sect. I. cap. IV. §. XXII. No. 4.

6) Swieten comment. §. 1073 („dentium stridor ingratissimus percipitur, et non sine horrore recordor, quod coram viderim in tenera satis puella dentium molarium fragmenta exsilisse cum impetu"). Cfr. P. II. Vol. I. sect. II. cap. XI. §. LIII. No. 4. §. LVIII. No. 4 („. . . vicissim ita dentibus stridebat, ut inde pollen ex vehementi attritu spumae loco coram ore prodiret").

7) Gall. *Le claquement des dents.* Germ. *Zähnklappern.*

8) Avicenna L. IV. Fen. II. Tr. 1. c. 37. p. 823. ed. Basil. 1556.

9) Edit. secund. P. I. Vol. I. sect. I. cap. II. §. XXII. No. 2.

10) Hippocrat. Coac. §. 2.

11) Praedict. I. 6. Prognos. §. 4.

12) Paullus de med. IV. 57. p. 531. coll. Steph.

13) Gruner semiotice p. 590.

6. Praeter curam, caussarum notioni adaptandam, *balsamus peruvianus*, temporibus et collo illiniri potest [14]). Cura.

§. LVI.

Dentium detrimentum.

1. Dentium consumtio, absque corruptela, *detrimentum* [1]) constituit. Definitio.

2. Detrimentum bifarium, *coronarum* videlicet et *radicum*. Divisio.

3. Corona dentis vel tota vel ex parte deteritur. Detrimentum est verticale, horizontale, obliquum. Detrimentum obliquum dentis relinquit acumen [2]). Juxta detrimenti gradum variat dentis color [3]). Quousque substantia vitrea perstat, eousque superficies detrita candida. Perducto detrimento ad substantiam dentis corneam, griseus apparet color. Sequitur substantia ossea, flava, circularis, puncto obscuriore in medio notata. Postremo ipsa forma canalis dentarii in conspectum venit. Quo propius detrimentum ad nervum accedit, eo majori Detrim. coronarum.

14) Consilio Kräutermanni l. c. p. 257.

1) Gall. *Usure des dents.* Germ. *Abnutzung der Zähne.*

2) Acuminatura a dentis detritura obliqua Plenkii l. c. p. 53.

3) Duval *mém. sur l'usure des dents* (*Extrait du Bulletin de l'école de méd. et de la soc. de Paris* (*année* 6) 1810. p. 6). — Rousseau l. c. — Maury l. c. p. 82.

jori sensu gaudet dens; unde frigus aeque ac calor intolerabiles evadunt. Denudato jam nervo dolor continuus.

Detrim. radicum. 4. Dens adspectu sanissimus ac plerumque firmus, sub masticationis opere aut sub attactu, adeo dolet, ut aegrotus extractionem absolute exposcat: qua peractâ extremitas radicis aspredines, vel puncta nigra offert. Extremitas radicis dentis puncta nigra offerens, liquori in cystide [4]) (hydatis?) contento, innatat. Cystis plerumque una cum dente extrahi solet; aliàs in alveolo relicta illius provocat suppurationem [5]). Sunt porro, qui de *spina ventosa* radicum dentium loquantur [6]).

Caussae. 5. Dentes incisores prae caeteris detrimento obnoxii sunt, quod praeterea ex jactura serrarum, cui jam circa annum aetatis decimum vel duodecimum subjiciuntur, elucet. Restringi itaque debet

4) Maury l. c. *Pl. IV. fig.* 8.

5) Duval *observations sur la consomption de l'extrémité de la racine des dents suivi d'une note sur la tuméfaction et l'ossification du perioste alvéole dentaire* (Sedillot *rec. périod. de la soc. de méd. de Paris T.* 43. p. 220). — *Extrait du rapport fait à la soc. sur un mémoire intitulé: observations sur la consomption de l'extrémité de la racine des dents* etc. (*Bulletin de l'école* (*ann.* 7) 1811. p. 204).

6) „*Cette maladie est très rare; elle a beaucoup d'analogie avec l'exostose, dont elle présente les mêmes signes et les mêmes indications: seulement la racine est plus grosse qu'à l'ordinaire; elle est creuse, son ouver-*

debet sententia eorum, qui contendunt [7]) dentium molarium corònas, utpote latas atque tritui corporum durissimorum dicatas, magis quam coronas reliquorum dentium detrimentum experiri. Interea constat molarium defectum, dentium incisorum detrimentum promovere [8]). Quod eo facilius accidit, quo magis maxillae sub opere masticationis sibi recte opponuntur [9]). Contra, dens, opposito dente carens, non deteritur. Dentes parvi, calcis colorem aemulantes iique rhachiticorum facillime consumuntur [10]). Detrimentum dentium praematurum provocant, dentium stridor [11]), dentes oppositi elongati [12]), alimenta et

ture est très-large et ses parois sont très minces." Maury l. c. p. 107.

7) Plenk l. c. duce Hallero elem. physiol. T. VI. p. 29.

8) „*Tant que les molaires grosses ou petites subsistent, elles soulagent les incisives et les canines, qui à leur défaut sont obligées de faire leur besogne, ce qui les fatigue extraordinairement et les fait périr avant le terme.*" Buhon l. c. p. 266.

9) „*Quand les dents se correspondent d'une manière exacte . . . leur usure est horizontale.*" Garidt l. c. p. 33.

10) Carabelli.

11) „*Il y a des personnes qui ont le tic singulier de mouvoir perpétuellement leurs mâchoires l'une sur l'autre avec une si grande force qu'ils font craquer leurs dents. J'ai connu un médecin qui étoit dans ce cas là; il est aisé de concevoir combien un semblable frot-*

et pharmaca acida, pulveres dentifricii incongrui, scopulae aetis nimis firmis instructae, dentiscalpia metallica [13]), tubi argillacei attractioni fumi nicotianae dicati [14]), et maxime limarum usus [15]).

Diagnosis. 6. Detrimentum dentium in senibus, quippe effectus necessarius usus diuturni, indicansque simul ventriculum annosum jam cibos exposcere molles ac trituratione non indigentes, *pathologiae non est objectum.* Secus autem *detrimentum* dentium *praematurum.*

Prognosis. 7. Est istud, quatenus repentinum, maxime dolena [16]),

tement doit être pernicieux pour l'émail des dents, qui doit alors s'user sans pouvoir rien faire qui puisse s'opposer à ce mauvais effet." COURTOIS l. c. p. 29.

12) FAUCHARD op. c. T. I. p. 426. obs. 1. *Sur un dépôt causé par une dent canine non cariée, mais usée par la rencontre d'une autre dent.*

13) „*Dirai-je que l'on a vu quelquefois des dents usées sur les côtés par le passage réitéré d'une aiguille, ou d'une épingle de cuivre, et être dans cet endroit imprégnées de particules cuivreuses?*" DUVAL *le dentiste de la jeunesse* p. 72.

14) „*Si l'on n' a pas la précaution de garnir le bout de la pipe, le frottement qui se fera contre les dents ne manquera pas de les user, et d'en découvrir la partie sensible.*" FAUCHARD op. c. T. I. p. 68.

15) Historia singularis! „Professor Jenensis sibi a chirurgo diversimode dentes radi curavit, ut aptior esset pronunciandis literis quibusdam Hebraicis." CONRINGIUS diss. de natura et dolore dentium. Helmst. 1662. §. 17.

dolens [16]), ac beneficii detrimenti dentium senilis expers. Hîc etenim dentium detritorum reliquiae a coarctatis alveolis ocyus serius expelluntur, gingivis callosis redditis, et dentium vices quodammodo agentibus [17]). Caeterum natura pecularis processus ope consumtioni dentium obviam ire videtur [18]).

8. Dens unus alterve detritus vehementerque dolens evellendus. Vix enim illius adustione constans Cura.

16) „*L'effacement produit par l'âge se faisant petit à petit, à mesure qu'il s'opère, la partie spongieuse de la dent a le tems de s'accoutumer à l'impression des corps extérieurs . . . L'effacement au contraire qu'il se fait par la lime étant subit, peut devenir dangéreux.*" Jourdain *traité des dépôts* etc. p. 236.

17) „*Lorsque toutes les dents sont tombées, la mâchoire inférieure, en se rapprochant de la supérieure, ne se trouve plus retenue par les dents, et se porte beaucoup plus en avant et en haut . . . Le fond des cavités dentaires s'obstrue, leurs parois se rapprochent, les alvéoles finissent par disparoître entièrement et la surface dentaire ne présente plus qu'un bord tranchant. Par la nécessité de la mastication, les gencives acquièrent de plus en plus de la fermeté et finissent par suppléer en partie à la fonction des dents, quoique d'une manière beaucoup plus lente et moins énergique.*" Garriot l. c. p. 38.

18) Duval l. c. — J. L. Oudet *expériences sur l'accroissement continué et la reproduction des dents chez les lapins, considérées sous le rapport de leur application à l'étude de l'organisation des dents humaines. Paris* 1823.

stans obtinetur levamen. Dentibus omnibus detritis suadetur usus alimentorum nec calidorum nec frigidorum nimis, fuga acidorum et atmosphaerae frigidae humidaeque [19]).

CAPUT XV.

De jacturâ substantiae vitreae dentiumque atrophiâ.

§. LVII.

Jactura substantiae vitreae.

Notio. 1. Praeter detrimentum quod substantia vitrea cum reliqua dentis substantia commune habet, peculiaris adhuc illius exstat consumtionis genus, *jactura* dictum [1]).

Formae. 2. Jactura substantiae vitreae seu adamantinae varias agnoscit *formas*. Nunc fissura seu solutio linearis obvenit [2]). Aliàs substantia vitrea circa gingivarum arcum ita secedit, ut dens a filo circumdatus videatur. Malum sensim sensimque super universam dentis superficiem tam externam quam internam extenditur, parte dentis

19) COURTOIS l. c. p. 181.

1) GALL. *destruction de l'émail des dents. Décomposition de l'émail.*

2) Fissura dentis. PLENK l. c. p. 54. GALL. *Entamure.* MAURY l. c. p. 84. *Planche XIII. fig.* 2.

tis osseâ (mox bruneo notando colore) nudâ relictâ [3]). Saepe videtur superficies externa substantiae osseae dentis, jam prius morbosa, substantiae vitreae annexae fulcrum recusare, ideoque istius promovere secessum [4]).

3. Inter *caussas* detrimenti dentium generales [5]) substantiae adamantinae maxime infensa sunt acida (inprimis ea quae in pulveribus dentifriciis contineri solent), quod ex illius substantiae partibus constituentibus [6]) facile intelligitur. Accedunt tartarus dentium, limae aliaque instrumenta Caussae.

3) „*In all the instances I have seen, it has begun on the exterior surface of the tooth, pretty close to the arch of the gum. The first appearance is a want of enamel, whereby the bony part is left exposed . . . and hence it may be called a denuding process.*“ Hunter l. c. p. 155.

4) „*I have seen instances, where it appeared as if the outer surface of the bony part, which is in contact with the inner surface of the enamel, had first been lost; so that the attraction or cohesion between the two had been destroyed; and as if the enamel had been separated for want of support.*“ Hunter l. c.

5) Cap. XIV. §. LVI. No. 5.

6) Josse *analyse de l'émail des dents. Paris an. X.* — *Journ. de médecine.* — Substantia adamantina dentium juxta Pepys (Meckel *Archiv für die Physiologie B.* 3. p. 645) componitur ex 78 phosphatis calcis, ex 6 carbonatis calcis et ex 16 aquae crystallisationis. — Eam spatio horae in acido muriatico solvi testantur experimenta Hachett apud Blake op. c. p. 152.

menta et corpora [7]), violentiae externae [8]), atque calor frigori rapide succedens. Quarum caussarum vis eo major est, quo magis dentes a vitio congenito, scrophuloso et rhachitico [9]) atque plicoso labefactati sunt: immo in ea versamur opinione haec vitia vel per se jacturam substantiae vitreae gignere posse.

4. Dens

7) „*Enfin une habitude qu'ont la plupart des femmes en s'occupant de l'ajustement de leurs vêtemens, c'est de porter constamment des épingles ou des aiguilles à leur bouche et de se servir de leur dents pour couper du fil, de la soie* etc. *Ces corps durs altèrent à la longue l'émail des dents, et ce qui ne laisse aucune doute à cet égard, c'est que toutes les femmes qui par état se livrent habituellement à des ouvrages d'aiguille, ont une perte de substance vers les dents qui répondent à la commissure des lèvres. La même chose s'observe sur les hommes qui ont l'habitude de fumer du tabac dans des pipes de terre.*" Taveau l. c. p. 119.

8) „. . . *aucun homme ne doit se permettre d'imiter l'exemple de celui dont les dents rendoient du feu, lorsqu'on les frappoit avec un caillou* (Bartholinus de luce hominum et brutorum Lib. I. c. 13); *il laissera aussi le fanfaron mâcher du verre et des pierres, et le téméraire casser des noyaux et des noix.*" Duval l. c. p. 77.

9) „*We can readily understand, how defects, or derangements in the constitution, or the many changes which take place in it, during the periods we have mentioned (about six or eight years), may at times totally impede the formation of cortex striatus, or render it susceptible of various stages or degrees of perfection.*" Blake l. c. p. 129.

4. Dens substantia vitrea orbatus veluti limatus apparet [10]). Indagandum praeterea, num status iste a caussis localibus, num a labe corporis universali repetendus sit. Dum ad id habitum aegri perpendis, ne *unguium* negligas examen, quorum magna cum substantia adamantina dentium est analogia [11]). Diagnosis.

5. Jactura substantiae vitreae praeter quam quod formam dentis laedit, etiam cariei aliisque morbis viam sternit [12]). Qui id negant [13]), in Prognosis.

con-

10) „. . . *the whole wasted surface has exactly the appearance as if the tooth had been filed with a rounded file, and afterwards had been finely polished.*" Hunter l. c. p. 155.

11) Comparatio *substantiae dentium vitreae* cum *unguibus* nova non est. Ait jam de la Hire (*mém. de l'académie de* 1699): „*Qu'elle est composée d'une infinité de petits filets, qui sont attachez sur la partie interne de la dent par leur racine, à peu près comme les ongles et les cornes le sont aux parties où elles s'attachent.*" Caeterum ad hanc comparationem complendam opus non fuit, *maxillas brachiis* adaequare! Oken l. c. — Nec hic restat comparatio uti videre est ex E. M. Rostan *parallèle de la nourriture des plumes et celle des dents* in: Acta Helvetica Vol. V. p. 407.

12) „. . . *les fibres de l'émail étant une fois usées, et ne pouvant plus se réparer, la substance de la dent étant alors pénétrée plus aisément, elle peut devenir plus sensible au froid et au chaud; ce qui fait quelquefois souffrir beaucoup et est cause que la dent est plus disposée à se carier.*" Fauchard op. c. T. I. p. 26.

13) „*On peut impunément faire l'ablation de l'émail, sans*

contradictionem incidunt [14]) et nolentes regenerationem substantiae vitreae concedunt [15]). Alioquin compertum est, eam usque versus annum aetatis vigesimum augmentum capere [16]).

Cura. 6. Fissura seu crepedo dentis *mastiche* adimplenda [17]). Si acumina referret, haec limâ abigenda [18]).

§. LVIII.

que la dent soit, par ce fait, sujette à se carier, ni même à faire éprouver des douleure." Fournier l. c. p. 345.

14) „. . . *nonobstant la perte de l'émail, la dent se conserve et se maintient.*" Fauchard l. c. p. 25.

15) „*A la vérité cette regenération ne se fait pas d'une manière aussi sensible que dans les ongles; mais on ne peut se refuser de l'admettre et convenir que sans elle il ne seroit pas possible de conserver des dents pendant un nombre d'années considérable, comme on le voit dans la pluspart des hommes.*" Courtois l. c. p. 28.

16) „Extrahantur uno eodemque homini duo dentes, primus anno aetatis duodecimo, alter decimooctavo. Istius substantiam vitream $\frac{1}{2}$ lineae grassiorem invenies quam illius." Carabelli verba. Hinc vere Fauchard: „*Cette substance que l'on nomme émail, se forme avant la sortie de la dent, se fortifie et s'embellit jusqu'à l'age d'environ vingt ans; après lequel temps cet émail commence à s'user par le frottement continuel.*" Fauchard (l. c. p. 24). — Aliter sentit Blake (l. c. p. 127) ubi ait: „*I conclude, that when once a tooth penetrates the gum, the cortex striatus is then as hard and perfect on it, as it can be at any future period of life.*"

17) Plenk l. c. 18) Maury l. c.

§. LVIII.

Dentium atrophia.

1. Dentes substantiâ vitrea deformi instructi ac plerumque volumine imminuti *atrophici* dicuntur. Definitio.

2. Hujus morbi primum FAUCHARD, nomine *erosionis dentium* meminit [1]). Exacte eum descripsit BUNON [2]), proponens nomina *depressionis* vel *asperitatis substantiae vitreae* [3]), re autem ipsa Fauchardi nomenclaturae adhaerens. Secuti sunt MAHON [4]) et DUVAL [5]) qui ultimus *atrophiae* nomen substituit. Historia.

 3. Den-

1) Op. c. T. I. p. 127 („*La partie émaillée des dents, est encore sujette à une maladie qui ressemble fort à la carie, mais qui cependant n'est pas une carie. Leur surface extérieure devient quelquefois inégale et raboteuse, quasi en forme de rape, mais disposée plus irregulièrement. Je nomme cette maladie érosion de la surface émaillée, ou disposition à la carie*").

2) *Essai* etc. p. 66—77. — *Expériences* etc. p. 131—198. — „*Aucun dentiste n'en avoit parlé avant lui*, et FAUCHARD *s'est contenté de l'effleurer.*" *Commissaires nommés par l'acad.* vid. BUNON *Expériences* p. 132.

3) „*Ces différentes observations . . . . en me faisant sentir l'impropriété du nom d'érosion que M.* FAUCHARD *a donné le premier à cette maladie, m'avoient porté à lui donner celui de dépression, qui m'avoit paru le plus convenable et le plus propre à exprimer ses effets. Mais après avoir bien analisé toutes les idées que présente le mot de dépression, je ne l'ai pas trouvé assés clair. . . . Et je crois qu'on pourroit adopter le nom d'aspérité.* BUNON l. c. p. 147.

Formae. 3. Dentes atrophici exhibent modo lineas prominentes, undatas et transversas [6]); modo sulcos [7]), rugosos et depressiones punctis insignitas; modoque asperitates; haecque omnia plerumque cum volumine, respectu dentium similium, imminuto.

Causae. 4. Atrophia dentium gignitur a morbis in epocha graviditatis [8]) et dentitionum incidentibus; hîcque maxime a variolis, morbillis, rhachitide et scorbuto [9]). Quum atrophia dentium haud raro in foetu obveniat [10]); pro primo inter den-

4) Op. c.

5) *Mémoire sur l'atrophie des dents. Extrait du bulletin de la faculté de méd. et de la soc. de Paris* (*Année VIII*) 1812. p. 7.

6) „*C'est une impression semblable à celle que la cire reçoit d'un cachet en relief, ou à celles qu'on voit sur l'émail d'une infinité de pièces de fayence.*" Bunon l. c. p. 143. — Maury l. c. *Planch. XII. fig.* 12.

7) „*Il se fait dans l'émail un enfoncement qui va quelques fois jusqu'à la substance osseuse, et qui la pénètre même par la surface qui est contigue à l'émail; ce qui arrive principalement à l'extrémité de la couronne dans les rayeures qui se trouvent entre les angles ou éminences sur la table de cette couronne.*" Bunon l. c. p. 139.

8) „*Si c'est un enfant en très-bas age qui porte l'atrophie dentaire, il faut conclure que sa mère a été fort malade pendant la grossesse.*" Fournier l. c. p. 341.

9) Bunon l. c.

10) „*On a reconnu dans différens hôpitaux et à nombre de sujèts l'érosion imprimée sur des dents qui n'avoient pas encore vû le jour, et qu'on n'a, pour ainsi dire, dé-*

dentium morbos haberi debet [11]). *Dentes lactei* (maxime incisores, canini et par primum molarium) atrophia affici solent, dum allati morbi infra secundum aetatis annum locum obtinuerunt. *Dentes permanentes* (potissimum molares majores) ubi illi ipsi inter annum quartum et decimum grassati sunt. Dentium radices atrophia non adtingit.

5. Distinctionem *atrophiae* dentium ab ipsorum *carie*, infra dilucidabimus [12]). Diagnosis.

6. Dentes atrophici omnibus morbis praealiis obnoxii sunt. Carie praesertim tentantur dum simul densitate et ordine peccant [13]). Prognosis.

CAPUT

chatonnées que pour voir avec étonnement la justesse et la solidité du prognostic qui l'avoit annoncée." *Commissaires de l'académie* vid. BUNON l. c. p. 133.

11) „*L'érosion . . . est donc la première maladie qui attaque l'émail.*" BUNON l. c. p. 151.

12) Cap. XVIII. §. LXIX. No. 5.

13) „*Les dents dont l'émail est en cet état, sont sujettes à la carie par leur seule disposition, lorsqu'elles sont trop serrées les unes contre les autres, qu'elles sont mal arrangées, et que les impressions dont il s'agit, étant irrulières et profondes, interceptent des particules de limon ou d'alimens âcres, qui produisent la carie par leur séjour dans ces enfoncemens où ils sont engagés.*" BUNON l. c. p. 139.

Caput XVI.

De dentium vacillatione, luxatione et fractura.

§. LIX.

Dentium vacillatio.

Definitio. 1. Dentium mobilitas in suis alveolis *vacillatio* [1]) dicitur.

Symptomata. 2. Dentes vacillantes masticationi obstant, lapsum minantur dolores excitant [2]) et fluxiones [3]).

Causae. 3. Vacillant dentes lactei circa annum aetatis septimum, quia dentes permanentes succrescentes illorum radices consumserunt; — vacillant dentes senum propter alveolorum obliterationem et angustationem [4]); — vacillant denique dentes

1) Gall. *Dents branlantes, ou vacillantes.* Angl. *Looseness of the teeth.*

2) Bunon l. c. p. 256. *Six sujets dont les dents sont ébranlées et leur causent des vives douleurs.*

3) Bunon l. c. *Incisives, canines, et petites molaires fort branlantes, causant des douleurs et des fluxions.*

4) „*L'alvéole loin de s'élargir se resserre plutôt, et se contracte par sa propre vertu, et ce n'est que par cette vertu que ne trouvant plus de corps qui lui resiste, ses parois se rapprochent, et se collent, pour ainsi dire, les uns contre les autres; pour se convaincre de ce que j'avance, il n'y a qu'à essayer de faire rentrer ces sortes*

dentes culpâ defectus aliorum dentium [5]), tartari [6]), morborum alveolorum, radicum dentium, et gingivarum, scorbuti [7]), mercurii, variolarum [8]) et violentiarum externarum [9]). Dentes maxil-

des dents, on verra qu'étant descendues à un certain dégré, on ne pourra aller plus loin sans faire beaucoup souffrir le malade." JOURDAIN *reflexions* etc. p. 279.

5) BUNON l. c. p. 265. *Cinq sujets ayant les dents de devant ébranlées usées et detruites par la suite de la perte des molaires.*

6) „*A looseness of the teeth is occasioned by tartar, when it insinuates itself between the teeth and gums, when it destroys their connection, extends along the roots, and by pressing on the gums brings them to decay.*" BERDMORE l. c. p. 85. — KOECKER in *Philadelphia journal of the med. and phys. scienc. by* CHAPMAN *Vol.* 2.

7) Huc verisimiliter spectat exemplum dentium vacillationis exercitus *Sigismundi IV* de quo narrat AENEAS SILVIUS in hist. Bohem. c. 44. — Plura de eodem argumento inveniuntur apud VALENTINI diss. de *vacillatione*, casu et reparatione dentium. Giess. 1727. Et: LEIDENFROST de vacillatione dentium eorumque lapsu spontaneo. v. opusc. Vol. II. No. 3.

8) „*One case in particular occurred to me of a child about three years old, in which the four incisores of the under jaw and a considerable portion of the jaw itself had been sloughed off, by not attending to the child's mouth whilst it was labouring under and after the recovery of the confluent small pox.*" BLAKE l. c. p. 160.

9) „*Les précautions que l'on doit prendre d'ailleurs pour conserver les dents, consistent à ne point mâcher, casser ou couper des alimens, ou autres corps trop durs, et à*

maxillae inferioris vacillationi prae reliquis obnoxii [10]).

Diagnosis. 4. *Diagnosis* fit per dentium attactum. Vacillatio dentium lacteorum et senum, normale sistit phaenomenon, illorum lapsu plerumque spontaneo terminaturum. Saepe dentium detrimentum [11]) et, apparens saltem elongatio [12]), cum vacillatione complicatur.

Prognosis. 5. Dentes vacillantes non flocci pendentes, si dolores excitent et maxime si gingivas spongiosas reddant. Saepius levi opera firmari possunt. Aliàs ad extractionem perveniendum, facilem

ne faire aucun effort avec elles, comme font ceux qui follement cassent des noyaux, coupent des fils de chanvre, de lin ou de soie, lévent par ostentation des fardeaux très-pésans etc. *Par de tels efforts, on use, on ébranle, on éclate des dents, on s'expose à les perdre, et quelquefois on les perd en effet.*" FAUCHARD op. c. T. I. p. 67.

10) CARABELLI.

11) BUNON l. c. p. 259. *Incisives et canines . . . dont quelques unes sont deja ébranlées et usées.*

12) „*Accordingly, in those who have lost a tooth, and where the corresponding tooth of the other jaw is thereby deprived of the usual pressure and resistance, we observe that this last very frequently rises above the common level, and is generally supposed to grow longer, until after some time the patient finds it less firmly fixed in the socket, and then is taught that it has been protruded from its natural bed.*" BERDMORE l. c. p. 91.

lem qnidem per se, at frequenter haemorrhagiâ stipatam [13]).

6. *Cura* caussis vacillationis dentinm ad- Cura.
aptanda [14]). Senili pax concedenda [15]). Quae ex defectu aliorum dentium oritur, dentes artificiales exposcit [16]). Aliàs vel dentium tartarus removendus; vel radix dentis cariosa abigenda. Alveolorum et gingivarum morbis medendum, pro re nata evacuationibus cruentis ut scarificatione, pulvere aut tinctura cinchonae, quajaci, myrrhae, decocto radicis anthemis pyrethri [17]). Vacillatio dentium traumatica ut dentium luxatio curatur. Ne indicata caeterum ligatura per fila gingivis prope admota fiat [18]). Lamina anteponenda [19]).

§. LX.

13) Carabelli.

14) Fauchard *T. II. chap. IX. manière d'opérer pour raffermir les dents chancellantes.*

15) „*Dans les cas de vieillesse, il n'est pas possible de raffermir les dents branlantes.*“ Courtois l. c. p. 74.

16) „*The teeth that change their position, and incline to one side, in consequence of the loss of a neighbouring one, may be brought back, or at least preserved from total luxation, by the interposition of an artificial tooth which will support them, and in process of time perfectly restore them to their former situation, provided it be well fitted in.*“ Berdmore l. c. p. 89.

17) Scrupulus unus ad colaturam unciarum sex.

18) Jourdain *reflex.* p. 169. *Inconvéniens des fils croisés.*

19) Jourdain ib. p. 182.

§. LX.

Dentium luxatio.

Definitio. 1. Dentis in alveolo adhuc contenti, e suo loco violenta motio, ut mobilis e serie deflectet, *luxatio* dicitur.

Symptomata. 2. Deflectit autem dens foras [1]), introrsum [2]), dextrorsum, sinistrorsum [3]), transversim, sursum, deorsum, oblique [4]) et quaqua versus [5]), haecque omnia cum cruciatu, aliquando maximo [6]), cumque impedita masticatione.

3. Luxa-

1) „*Les incisives se luxent bien plus souvent en dehors qu'en dedans.*“ Fauchard op. c. T. I. p. 125.

2) „*Les grosses dents se luxent en dedans bien plus fréquemment qu'en dehors.*“ Fauchard l. c.

3) „*La moins incommode de ces luxations, c'est lorsque la dent est luxée sur le côté, ou qu'elle n'est qu'en partie tournée de la droite à la gauche, ou de la gauche à la droite, présentant ses surfaces latérales, l'une en dedans l'autre en dehors.*“ Fauchard l. c. p. 126.

4) „*Celle qui est la plus fâcheuse de toutes, c'est lorsque la dent est luxée en travers. Lorsque les dents sont luxées de telle façon qu'elles excédent par leur extremité leurs voisines, ce que nous appellons luxation, ou déplacement de bas en haut pour la máchoire inferieure, et de haut en bas pour la máchoire supérieure, la mastication est très difficile à faire.*“ Idem, ibid.

5) „*Lorsqu' une dent tourne dans son alvéole, ensorte que les parties latérales de la dent repondent d'un côté en dehors et de l'autre en dedans; c'est une luxation complette.*“ Idem, ibid.

6) Aeger, Carabelli consilium ob morbum cum nevralgiâ faciali maguam similitudinem alente ac jam

3. Luxationi praecipue obnoxii sunt dentes incisores et canini, accedentibus lapsu, contusione, masticatione infelici, conatu insani corpus dentibus firmandi, dentem contiguum ope clavis anglicanae aut odontagrae extrahendi, ranula, neglectuque vacillationis. Causae.

4. Re ipsa dentis vacillatio primum luxationis constituit gradum. Dentis luxatio modo simplex, modo complicata cum morbis gingivarum et alveolorum [7]). Diagnosis.

5. Nisi dens luxatus vel plures radices contortas habeat [8]), vel nexum cum partibus contiguis plane amiserit [9]), reponi potest, dummodo aeger Prognosis.

per biennium durante, expetiit. Examinato ore luxatio dentis detecta est, qua ablata morbus extemplo disparuit.

7) Fauchard op. c. T. I. p. 372. *Observation par laquelle on reconnoîtra la vraie luxation d'une dent, et quelles furent les adhérences qui suivirent en conséquence.*

8) „. . . *a reduction is only practicable in the fore teeth whose roots are single; or in such molares as consist of strait conical roots, which will easily enter the bed from which they have been forced.*“ Bradmore l. c. p. 95.

9) „*La plupart des practiciens prétendent que quand une dent a été luxée, elle cesse de jouir de la vie, parceque son nerf a été rompu. Ils pensent qu'alors elle se trouve retenue dans l'alvéole par l'adhérence des gencives, comme une dent artificielle qu'on auroit placée aussitôt après l'extraction d'une dent cariée. Mais*

aeger sit caeterum sanus. Eo enim vitio gastrico, arthritico, herpetico, scorbutico, detento; phlogosis et suppuratio alveoli inevitabiles sunt.

Cura. 6. Reponuntur in locum dentes luxati ope digitorum et tenacularum, firmanturque per fila et laminas [10]). Dens huic methodo rebellis eximendus

cette opinion me paroit erronée; car, toutes les fois qu'une dent n'a pas été entièrement arrachée de son alvéole, elle reste en communication de vaisseaux et de nerfs avec les autres parties, elle continue de jouir de la vie, et peut, par le rapprochement et le repos, reprendre sa première solidité, à la manière des autres organes." Gariot l. c. p. 188.

10) „*Si l'effet de ces coups ne cause que le panchement des dents, il faut les redresser avec l'indicateur et le pouce, ou avec les pincettes droites, ou courbes. Cela fait, on se sert des fils croisez pour les attacher à leurs voisines* *). *Si elles sont déja sorties de leurs alvéoles par quelque accident, il faut les y remettre promtement, et si l'alvéole et la gencive ont été déchirés, on aura recours aux lames de plomb* (Planch. 28. *fig.* 4 *et* 5) *que l'on appliquera, l'une sur la surface extérieure des dents, et l'autre sur leur surface intérieure, ayant auparavant garni ces lames avec du linge, ou de la charpie, pour empêcher qu'elles ne glissent sur les dents, et qu'elles ne blessent les parties voisines: on tient ces lames assujetties par le*

*) Rectius Maury (l. c. p. 119): „*En général, il ne faut jamais attacher une dent ébranlée à ses voisines, parce que, quelque solides que soient ces dernières, elles deviendraient bientôt vacillantes comme elles. Il faut, au contraire, nouer la ligature sur la seconde ou troisième dent.*"

mendus, adhibita intorsione a gingivis, ne haemorrhagia subsequatur. Primo in casu summa requiritur aegri quies [11]).

§. LXI.

Dentium fractura.

1. *Fractura dentium* est separatio eorum in duo vel plura fragmenta. Definitio.

2. Fractura contingit ad dentis aut coronam, aut collum, aut radicem. Est ea (nisi frustillatim fiat) vel longitudinalis, vel transversa, vel obliqua. Quo ultimo in casu acumina remanent [1]), linguam, labia, gingivas et buccas laedentia [2]). Fractura facta, quin nervus dentis denu- Symptomata.

moyen d'un fil enfilé dans une aiguille, que l'on passe dans l'intervalle des dents par les trous de ces mêmes lames, de dehors en dedans, et de dedans au dehors, jusqu'à ce que ces lames et les dents ébranlées soient suffisamment raffermies." Fauchard op. c. T. II. p. 115.

11) „*The patient must now finish the rest. He must be particularly attentive at first, and give it as little motion as possible.*" Hunter l. c. p. 228.

1) Acuminatura ex obliqua dentis fractura. Plenk. l. c. p. 53. — Maury l. c. p. 85. *Planch. XIII. fig.* 7.

2) Fauchard op. c. T. I. p. 461. *Observation sur les excoriations calleuses de la langue, des joues et des gencives, causées par le frottement des chicots, ou dents éclatées.* — Memorabiles huc spectantes observationes retulit Cornelio *statistica odontalgica per l'anno* 1816. *Torino* 1817. p. 41.

denudetur, dolor dumtaxat transitorius est; aliàs constans.

Causae. 3. Dentes a rhachitide, scorbuto, senio labefactati; ab applicatione acidorum mineralium et oleorum ardentium contaminati, et a carie erosi, cohaesione adeo exigua gaudent [3]), ut a levi etiam impetu (e. c. a cultro dentiscalpii loco adhibito [4]), a dentarpaga admota) frangantur. Sed sanissimi quoque dentes raro [5]) resistere valent violentiis externis [6]), corporibusque duris sub mastica-

3) R. W. Kraus de dente cartilagineo. Miscell. acad. nat. cur. dec. III. an. 5 et 6. 1697. 1698. p. 619.

4) *J'ai été consulté pour une jeune fille de dix ans qui s'étoit fracturé la petite incisive inférieure avec un couteau qu'elle avoit mis entre cette dent et la canine.*" Duval *dentiste de la jeunesse* p. 72.

5) „*Ho veduto con mia grande sorpresa in Torino un' Indiana la quale nell' anno* 1809 . . . *rompeva coi denti delle pietre della grossezza di un mandorlo, di natura durissime; di più le riduceva in minutissime bricciole con una indicibile prestezza e facilità, esercitando questo lavoro quindici e più volte al giorno, rompendo tre o quattro pietre, che gli astanti portavano a bella posta dal fiume. . . . Trovai che i molari erano di una figura piramidale, gl' incisori ed i canini erano simili ai nostri, ma molto ricchi di smalto, come quelli che si scorgono nella nazione Piemontese.*" Cornelio *osservaz. odontalgiche* p. 40. Cfr. J. A. Hünerwolff de miro dentium robore. In Misc. acad. nat. curios. dec. II. an. 8. 1689. p. 209.

6) „Mauchart *rapporte dans les Ephémérides des curieux de la nature, qu'une incisive avoit été fêlée par*

sticatione obvenientibus, ut nucleis, metallis, lapillis et ossiculis 7).

4. Ipsa jactura substantiae vitreae dentium a violentiis externis, sub forma fissurae vel crepedinis, *fracturae* speciem sistit. Fracturae majores coronarum dentium meridiana luce clariores sunt. Illa colli et radicum dentium, habita ratione violentiarum praegressarum et vacillationis dignoscuntur. Diagnosis.

5. Fractura coronae dentis nullum admittit auxilium, praeter limam 8) et tenaculam 9) ad obtundenda acumina. Fracturae ad radicem et circa Prognosis.

un noyau de cérise jeté avec violence. Plus d'une fois cet innocent jeu du colin-maillard a été interrompu par une dent qu'on s'est fracturée contre la tablette de marbre d'une commode ou d'une cheminée J'ai vu un enfant d'un limonadier dont deux incisives supérieures ont été rompues par un coup de marteau dans un moment où la direction de son bras qui le levoit avec rapidité, fut changée par un de ses camarades. N'a-t-on pas vu aussi des dents renversées ou rompues à ces jeux ou on lance avec force un corps dur, tel qu'à la balle, au jeu de paume, ou au billard de jardin. L'exercise des armes n'est point exempt d'un pareil évènement." Duval l. c. p. 76.

7) Fauchard T. I. p. 249. observ. 3. *Dans laquelle on rapporte le concours des accidens fâcheux que causa une dent qui se fractura en mangeant.*

8) Fauchard op. c. T. II. p. 25. *Planch. X. XI.* — Berdmore l. c. p. 219—223. — Gariot l. c. p. 258. *Planch. V.* — Laforeue l. c. *Planch. III.*

9) Fauchard l. c.

circa collum, dummodo dens fuerit antea sanus, atque aegrotus juvenis [10]), callum non recusant [11]).

Cura. 6. Firmetur oportet dens fractus ope filorum sericorum et lamellae argenteae, imperatâ simul cauta masticatione in latere oris opposito. Denudato nervo, dens inurendus [12]). Radix sana, firma et indolens, ut reliquis dentibus fulcro sit, relinquenda, morbosa eximenda [13]).

CAPUT

10) Post quadragesimum aetatis annum CARABELLI nunquam callum dentium obtinere potuit.

11) JOURDAIN *essai* etc. — DUVAL *journal de la soc. de méd. de Paris. An. X.* — „*Mr.* LARREY *cite trois cas de fracture des dents vers le milieu de leurs racines, et où la consolidation des fragmens s'est opérée par le développement des vaisseaux osseux, protégé d'une part par la membrane externe, et de l'autre par le tissu gingival, auquel la base de la couronne doit être adhérente pour espérer ce succès.*" *Revue médicale. Juillet* 1828. p. 160.

12) *Si la pulpe est presqu' à découvert . . on la cautérise entièrement ainsi que le nerf, et on plombe ou orifie la dent, suivant la position qu'elle occupe dans la bouche.*" MAURY l. c. p. 87.

13) FAUCHARD l. c. — „*Le séjour dans l'alvéole pourrait déterminer des violentes douleurs, de l'inflammation, des abscès, et une foule d'accidens auxquels il est facile de soustraire le malade par l'extraction de la dent qui a été cassée.*" MAURY l. c.

Caput XVII.

De dentium decoloratione, sordibus, tartaro et mundatione.

§. LXII.

Dentium decoloratio.

1. Coloris dentium, plus minusve candidi *), mutatio in alienum *decoloratio* dicitur. Definitio.

2. Mutatur autem color dentium candidus 1) in cinereum et flavum 2), in lividum et nigrum 3), in viridem 4) et rubrum 5). Formae.

3. De-

*) „*Les dents sont recouvertes d'un émail d'un blanc de perle qui leur est particulier, et qui prend, suivant le tempérament de l'individu, des teintes d'un blanc jaune, gris, ou bleuâtre.*“ Maury l. c. p. 16.

1) „*L'on voit quelquefois des dents d'une substance si transparente, que le jour paroît à travers; ce que l'on observe particulièrement dans les rikais.*“ Fauchard op. c. T. I. p. 129.

2) „*La jaunisse des dents, ou le ternissement de l'émail causé par une crasse, ou par une viscosité qui s'attache à la surface de l'émail, fait à peu près le même effet, que la poussière et l'humidité qui s'attachent à la glace d'un miroir négligé.*“ Fauchard l. c. p. 106.

3) Cap. VI. §. XXVIII. No. 9.

4) „*Qui ne s'étonnera pas de la couleur verte que prennent les dents des artisans qui sont occupés à travailler le cuivre? En répétant cette observation, j'ai re-*

Causae. 3. Decoloratio dentium adscribenda climati, praesertim humido [6]), aëri urbium [7]), aquarum con-

marqué que des particules très-fines de ce métal s'étoient unies au tartre qui s'amasse sur les dents, et qu'elles avoient passé à l'état de vert-de-gris." Duval l. c. p. 93. — Etiam infantes (non adulti), qui coloribus viridibus pingunt, ac penicillum ori admovere solent, dentes virides acquirunt. Carabelli.

5) *Dentes roseos* Pater meus a. 1806. Petropoli in femina conspexit, cui ad phthisin pulmonalem profligandam rubia tinctorum per longum temporis spatium porrecta fuerat.

6) „*La transpiration y étant le plus souvent supprimée, il doit en naître des maladies catarrhales et fluxionnaires, dont la bouche et les dents sont si rarement exemptes dans les endroits aquatiques. Ainsi l'on voit ceux qui habitent les pays situés aux pied des plus hautes montagnes, et les côtes de l'océan, être privés de leurs dents, avant même qu'ils aient parcouru la moitié de leur carrière.*" Duval l. c. p. 94. — „*Pendente le lunghe pioggie, massimamente in tempo d'inverno, hanno avúto luogo le costituzioni aftose, per le quali i denti hanno non poco sofferto. Questo stato di cose è riuscito segnatamente fatale a chi abita luoghi bassi ed umidi, agl' indigenti, ed ai dotati d'una costituzione floscia.*" Cornelio *statistica a.* 1815. p. 10.

7) Sicuti habitus universi corporis minus floridus inter urbium incolas, quam ruri; ita etiam dentium adspectus. Nec adspectus solus: „*La consistenza de' denti ne' Torinesi è minore di quella dei denti degli abitanti delle campagne, ed in questi ultimi la consumazione e la caducità dei denti è più tarda assai che nei primi.*" Cornelio l. c.

conditioni [8]); neglectui munditiei; detriturae dentium praesertim senili [9]); cariei eorum internae [10]); vitio scorbutico, syphilitico, rhachitico, graviditati [11]); cibis praeter modum calidis [12]), fumo nicotianae [13]), esui sacchari [14]); cupro, mercurio,

8) Carabelli opinionem Duvalii (l. c. p. 94), imperium aquarum in dentes negantis, non amplectitur; adducitque exemplum urbis Neustadt prope Viennam, utpote quae aëre optimo sed aquis pessimis dotata paucos exhibet incolas dentibus laudabilibus instructos. Ipse caeterum Duval fatatur: „*les eaux minérales acidules, dont l'usage continu agace les dents, les rend jaunes et douloureuses.* Quod spectatim de *thermis* valet *Carolinensibus;* quamvis id negent Springsfeld (*Hamb. Magaz. B.* 22) et de Carro (*Carlsbad, ses eaux minérales, et ses nouveaux bains à vapeur. Carlsb.* 1827. p. 28. 171).

9) *Decoloratio dentium ab aetate* Plenkii. l. c. p. 49 („Juvenilis dentium nitor et albedo senili aetate in flavedinem mutatur, nullo remedio emendabilem").

10) *Decoloratio a carie interna dentis* Plenkii. l. c. p. 50 („Talis dens nitorem suum et albedinem perdit, pallidus, cineritius, fuscus et demum nigricans evadit").

11) *Decoloratio dentium a graviditate* Plenkii l. c. p. 49 („Praegnantibus jam lacte turgidis at puerperis non raro a lactis acescentia nitor dentium hebescit ac decoloratur").

12) *Decoloratio a cibis calidis* Plenkii. l. c. („Qui perpetuo liquida calidissima sorbillant, aut cibos nimium calidos in ore volvunt, his dentium nitor at albedo perit. An animalibus nitor et albedo ab abstinentia ciborum calidorum?")

13) J. P. Albrecht de dentium, ex tabaci secundum

plumbo, cosmeticisque haec metalla continentibus [13]); tracta-

neotericorum inventum fumatione, insigni laesione. In miscell. acad. nat. curios. dec. III. a. 9 et 10. 1701 — 1705. p. 24. — „*La fumée de tabac est encore très-contraire aux dents, elle les rend noires et vilaines.*" Fauchard op. c. T. I. p. 68. — „*Ici la bouche pourroit à juste titre être appelée Fumivore; que la grande partie de la fumée en soit rejetée, il n'y en a que trop de consumée par l'absorption, et il n'en reste encore que trop sur les dents, où elle se montre sous la forme d'un tartre fuligineux et carbonique.*" Duval l. c. p. 78.

14) „*Ceux qui aiment les sucreries, et qui en usent fréquemment, ont rarement les dents belles.*" Fauchard l. c. p. 66. — „*Whether sugar acts by softening or corroding the bony fibres, or, according to others, by affecting the nerves, and bringing on internal disorders, or else by hurting the connexion with the gums; thus much is beyond all controversy — that the people who eat most sweet-meats are the most subject to disorders and deformities of the teeth . . . I am credibly informed, that in low countries, where sugar, tea, coffee, and sweet-meats are used to excess, the people even at an early age are remarkable for the badness of their teeth.*" Berdmore l. c. p. 268. — Duvalio neutiquam assentio dicenti (l. c. p. 92): „*L'exemple de plusieurs personnes, et entre autres du duc de Beaufort, qui conserva jusqu'à soixante dix ans ses dents fermes et entières, quoi qu'il eut mangé chaque jour plus d'une livre de sucre pendant quarante ans* (anecdotes de médecine de Barbeu Dubourg p. 76), *ne permet pas de croire que le sucre soit nuisible aux dents, quoique quelquefois il les agace.*" Rectius

tractationi quorundam instrumentorum musicalium pneumaticorum [16]); rubiae tinctorum [17]), nec non violentiis externis [18]).

4. di-

sane TAVEAU (l. c. p. 103): „*il n'est pas moins certain qu'on a des fortes raisons pour conseiller aux personnes qui attachent du prix à la blancheur et à la bonté de leurs dents, d'être modérées dans l'usage du sucre.*"

15) „*Au nombre des objets qui font partie de la toilette des femmes, et qui portent une atteinte fort préjudiciable aux dents, on peut mettre les fards et un grand nombre d'eaux spiritueuses dont on fait un asage assez fréquent. Prèsque tous ces cosmétiques contiennent des substances minérales qui sont des véritables poisons. C'est ainsi que dans les fards il entre ordinairement de l'antimoine, du bitume, de l'oxyde de plomb, tandis que les eaux spiritueuses, comme les eaux de Ninon, des Sultanes, à la Duchesse, à la Maréchalle, contiennent fréqaemment du muriate suroxigéné de mercure, ou du muriate de plomb.*" TAVEAU l. c. p. 117.

16) „*. . . . suonatori di tromba e di corno da caccia, che fanno uso d'imboccare metalli, che non siano d'oro, d'argento, o di platina.*" TAGLIAFERRO l. c. p. 35.

17) BOEHMER in epistol. HALLERI T. III. p. 59.

18) Nisum in dentibus eximendis iisdem etiam rubrum colorem conciliare observat JOURDAIN *réflexions* p. 153. — Quod facile intelligitur perpendendo sub stratis candidis substantiae vitreae et dentes sane habere „*un aspect légèrement rosé, produit par une artère et une veine, qui les pénètre par un petit orifice de chaque racine et vont alimenter la pulpe dentaire, qui*

Diagnosis. 4. Judicium de colore dentium, quatenus comparationi coloris faciei innixum, saepe fallax [19]). Nec ignorandum impostores *dentes aureos* [20]) et *ferreos* [21]) simulasse; populosque nonnullos dentes diversimode tingere [22]).

5. De-

se trouve vers le milieu de l'intérieur de la couronne de la dent." MAURY l. c. p. 17.

19) In Aethiopibus, purgatoribus caminorum, rusticis Italis etc.

20) Huc referendus *aureus* ille *dens pueri Silesiani* qui seculo XVI. etiam doctos viros ut THUANUM (historia sui temporis lib. CIV. sub finem) in sui admirationem excitavit, nonnullosque etiam propemodum dementavit, donec impostura detegeretur; de quo praeter alios legi possunt DUNCANUS LEDDELIUS tract. de dente aureo et SENNERTUS Lib. II. pract. p. 1. c. 15. Cfr. DIOMED. CORNARII hist. admirab. rarae No. 20. — HORSTIUS de dente aureo. Lips. 1578. — *Journal des sçavans* 1681. *No.* 26. — INGOLSTETTER de aureo dente. Lips. 1595. — RULAND nova historia de aureo dente qui nuper in Silesia puero cuidam succrevisse animadversus est. Francf. 1595. — Demonstratio judicii de aureo dente adversus INGOLSTETTERI respons. Fr. 1597. — Z. LIEBHOLD *Gespräch vom goldenen Zahn. Bresl.* 1596. — A. TYLKOWSKY disquisitio duorum puerorum, unus cum dente aureo, alter cum capite giganteo in Lituania visus. Cfr. CASSIUS de auro. c. 3. p. 29.

21) Nec melioris notae fuit *ferreus dens viri Patavini*, qui et ipse nonnullos ridicula fecit hallucinari, ceu videre est apud BARTHOLINUM cent. II. hist. 24. — „*Il n'est pas de même . . de Frederic II., électeur de Brandenbourg, qui fut nommé ferratus, parce-*

5. Decolorationis dentium *prognosis* ex causarum consideratione elucet. Ardua illa quae decolorationem ex vitio universi corporis respicit. Prognosis.

§. LXIII.

Dentium sordes.

1. Reliquiae alimentorum inter dentium interstitia illorumque obvolutio a muco flavescente, fusco et foetido, *dentium* constituunt *sordes* [1]). Definitio.

2. Sor-

que dans un combat, la pointe d'une lance s'implanta dans une alvéole vide (Coenitius vita ejus p. 26). Bartholin *vit un homme qui se glorifioit d'une semblable dent* (cent. II. obs. 24)". A. Serres l. c. p. 169.

22) „*En Europe, et dans plusieurs contrées de l'Asie, depuis les temps les plus reculés, l'opinion n'a jamais varié sur les caractères qui constituent la beauté des dents. Nous pensons aujourd'hui comme on pensoit du temps de Salamon, d'Homère, de Virgile, d'Horace, de Juvenal, de Martial, de Lucrèce, d'Ovide, d'Apulée, sur les qualités qui constituent les belles dents. Ces poètes nous on transmis les sentimens de leur contemporains; ils sont d'accord avec les nôtres. Chez d'autres peuples la beauté des dents est relative. Les Japonois, de les avoir blanches, les teignent en noir, et suspendent la mastication plusieurs jours, afin de donner à leurs dents le temps de se bien imprégner de la liqueur colorante .... Les autres habitans (de Java) des deux sexes se teignent les dents avec une dissolution de fer et de grenade verte, appelée bagnion.*" Fournier l. c. p. 361.

1) Gall. *Limon.*

Symptomata. 2. Sordibus dentium laborantes dum os aperiunt, cloacam exhibent, exhalationibus suis contiguam atmosphaeram inquinantibus. Jejuni exquisito destituuntur sapore.

Caussae. 3. Caussae sordium cum iis tartari dentium mox recensendis conveniunt.

Diagnosis. 4. „Nitor et mundities dentium, aut sobrietatis indicium est, aut bonae chyloseos, aut debitae in munditia servanda diligentiae" [2]). Dente quid horridius nigro, quid pulcherius albo? Dentium sordes praeterea diagnosi plurimorum morborum, e. c. cariei dentium obstant [3]).

Prognosis. 5. Dentium sordes tartaro viam sternunt [4]), aliisque morbis.

§. LXIV.

Dentium tartarus.

Definitio. 1. Crusta dentibus adhaerens *tartarus* nuncupatur [1]).

2. Tar-

2) Baglivius solid. can. XVII.

3) „*No man can detect a slight caries of the side of a tooth, unless the parts are perfectly clean.*" Berdmore l. c. p. 181.

4) „*The viscid matter to the bed in which tartarous or earthy particles rest themselves.*" Berdmore l. c. p. 74.

1) Lithodos. Odontolithos. Rubigo dentium. Gall. *Tuf, tartre dentaire,* (vulgo) *chancre.* Germ. *Weinstein, Zahnstein, Zahnweinstein.* Ital. *Tartaro dei denti.*

2. Tartarus interstitia dentium, quos dirimit, explet, ac eorum superficiei externae arcte adhaeret. Nec radicibus semper parcet [2]). Tanta copia visus est, ut genae tumorem produxerit [3]), ut Symptomata.

2) Carabelli praeeunte Bunon l. c. p. 324.

3) „Quinquagenaria, catarrhosis fluxionibus obnoxia, biennio dolore dentium superiorum, in parte laeva, ita quassata est immaniter, cum faciei tumore insigni, ut mori potius vellet, quam tam saevum tormentum tolerare, quo noctu premebatur magis. Illa in primo accessu se habere praegrandem tumorem supra dentes, fatetur libenter; a quo adeo pungebatur, ut vigilans tota nocte decumbere cogeretur. Rei novitate permotus, labrum superius elevare conatus sum, existimans forte in gingivis adesse tumorem scirrhosum, a quo aliquando haec symptomata oriri consueverunt. Deus bone! tumorem detego, acu cum attrecto durissimum, immo saxeum invenio, et a natura scirrhi valde dissimilem, qui ita eminebat, *ut ovi mediocris adaequaret molem*, narem sinistrum occluderet, inspirationem interciperet, cum esset laevis, colore cineritius . . . . Tandem forcipe dentato in hunc usum parato, lapidem apprehendit chirurgus, ita fortiter, ut reluctante foemina, ac caput in varias figuras magna cum vi concutiente, in duas partes fuerit divisus: qui ab omnibus accurate conspectus, apparuit durissimus, solidus, et ad stateram appensus, *binas cum drachmis quinque uncias pependit.* Quo omnino evulso dens apparuit integer, et quod mirandum est, nullo livore, aut labe foedatus: et aegra a dolore in posterum immunis evasit.“ Zacutus Lib. I. prax. hist. cap. ult. obs. ult. p. 263.

ut linguae [4]) et maxillae [5]) motum impediverit, ut labium inferius protruserit [6]), utque dentes unam

4) „*Une dame agée d'environ* 35 *ans . . . me dit: qu'elle avoit depuis longtems une fluxion qui lui faisoit enfler les gencives en dedans et en dehors, de même que la joue en l'état que je la voyois, sans qu'elle en souffrit néanmoins d'autre incommodité, que la gêne que cela lui causoit à la langue et à la difformité de la joue . . . . quel fut mon étonnement, quand je vis que cette prétendue fluxion n'étoit qu'un amas de tartre d'un volume énorme, appliqué sur la surface des gencives à la máchoire supérieure du côté gauche, et qui en remplissant tout cet espace, poussoit extraordinairement la joue et formoit une tumeur incommode de la grosseur d'une moitié de pomme de moyen calibre, tant en dedans qu'en dehors; tellement que la joue étoit poussée d'une part et la langue gênée, au point d'altérer la prononciation et de rendre la mastication difficile.*" Bunon l. c. p. 228.

5) Gerauldi *l'art de conserver les dents* p. 135.

6) „*A gentleman, not above* 23 *years of age, applied to me for advice concerning teeth . . I found them perfectly buried in tartar, by which each set was united in one continued piece, without any distinction, to shew the interstices of the teeth, or their figure or size. The stony crust projected a great way over the gums on the inner side, as well as the outer, and pressed upon them so hard as to have given rise to the pain which he complained of. Its thickness at the upper surface was not less than half an inch, and the crust that covered the external side of the lower jaw was so large as to throw the lip forward considerably.*" Bendmore l. c. p. 81.

unam in massam conferruminaverit [7]). Tartarum adesse testantur dentium color niger, flavus et cinereus [8]), eorum vacillatio [9]), gingivae rubicundae, cruorem facile fundentes, tabidae, laxae [10]), halitus foetens, impedita masticatio et loquela, ac aucta salivae secretio.

3. Dentium tartarus microscopii ope examinatus, vix vermes [11]), sed congeriem granorum huc Tartari examen.

7) „*Quelquefois le tartre s'entasse sur les dents de certaines personnes négligentes ou mal constituées; de façon qu'il recouvre et embrasse les dents à un tel point qu'il s'en forme des tumeurs pierreuses quasi du volume d'un oeuf d'une jeune poule.*" Fauchard op. c. T. I. p. 132. *Planch. II.* — In museo Carabelliano conspexi dentem caninum a tartari drachma una et semis circumdatum, et dentem primum molarem cum uncia semis ejusdem incrustationis. Cfr. F. Ch. Stoeller *Beobachtung. und Erfahrungen aus der innern und äussern Heilk.* 1776. *No.* 3. — Sabatier *anat. générale T. I.* p. 78. — Lémaire *Bulletin de la soc. méd. d'émulation. An.* 1816. — Maury op. c. *Planche XXXIII. fig.* 9.

8) „Respectu *coloris* triplex datur tartarus dentium, *fuscus*, *flavus* et *niger*." Plenk l. c. p. 43.

9) „. . . *un tartre qui par succession de tems se forme, et s'attache le long et entre les racines des dents . . . les dents ne tiennent plus à rien dans les alvéoles, et n'y peuvent rester engagées que par l'irrégularité de leurs racines.*" Bunon l. c. p. 324.

10) Interdum *saccum* efformant. Bunon l. c. p. 315.

11) A. Leuvenhoeck *an abstract of a letter concerning*

huc illuc splendentium exhibet. Analysis chemica phosphatem et carbonatem calcis una cum materie animali largitur [12]). Et acidi urici praesentia suspicata est; at necdum confirmata [13]).

Caussac. 4. Sunt qui nulla prorsus adhibita cura a dentium tartaro immunes vivunt, sunt alii qui irrita summa

some microscopical observations about animals in the scurf of teeth. in *Philosoph. transactions. Year* 1684. p. 568. — Ejusd. *The abstract of a letter containing some microscopical observations on small animals, breeding on the out-side of the teeth.* Ibid. *y.* 1693. p. 646. Et nuperrime scribitur (*the London and Paris observ.* 1829. *No.* 215. p. 446): *It is said to have been lately ascertained, by microscopical examination, that the tartar upon teeth is produced in the same manner as coral, by animalcula resembling the madrepora oculata.*

12) Marcet in Schweigger's und Meineke's *neuem Journ. für Chemie und Physik B.* 26 p. 34. — Denis in *repertorio med. chir. di Torino. Novemb.* 1826. p. 519 („*Il tartaro dei denti è formato de' medesimi principii di cui è formato l'intonaco zavorrale della lingua*").

13) *Sur le tartre des dents rapport fait à l'academie de médecine par Mr.* Vauquelin. *Journal de pharmacie. Janvier* 1826. — *Bulletin des sciences médicales. Avril* 1826 („*Il resulte de cette analyse . . . que le tartre dentaire est composé: 1. d'une matière animale différente de celle qui est dans les os; 2. d'une matière organique; 3. de phosphate et de carbonate de chaux; 4. d'une matière brune ressemblant à de l'oxyde de fer, et formée elle-même de fer et de phosphate de magnésie*").

summa oris munditie sese ab eo tueri nequeunt [14]). Talis morbosa dispositio animadvertitur praecipue in rhachiticis [15]) et maxime in arthriticis. Crescit illa progrediente aetate. Porro tartarum provocare valent, prava dentium dispositio, quatenus eorum mundationi obstat; neglectus munditiei oris post pastum et somnum; esus ciborum friabilium vix aut ne vix quidem triturationem exposcentium; masticatio alterutra in maxilla, ob dentem cariosum, impedita [16]); vel utrinque ob puerperium obque morbos acutos, cibos solidos recusantes,

14) „*In the space of half a year he* (Cfr. not. 6) *came to me again, and I found his teeth covered with a new crust of the former kind, as thick as a crown-piece. This was the more surprizing, because he told me had not neglected to brush his teeth as I had directed.*" Bradmore l. c. p. 82.

15) Hufeland's *Journ. der prakt. Heilk. B.* 11. *St.* 4. p. 177. „*Le tartre dentaire est en général très rare chez les enfans sains et bien portans.*" Maury l. c. p. 128.

16) Vir 50 annorum, oris mundationem minime negligens, propter cariem dentis secundi molaris majoris maxillae superioris dextrae, per plures annos a masticatione hoc in latere abstinere debuit. Dente tandem a. 1825. a Carabelli incomparabili sua dexteritate extracto, redditaque libera undique masticatione, paucis vix diebus elapsis, comedendo inopinate corpus extraneum in ore percepit, illudque pro dente sponte lapso habuit. Fuit e contra tartari frustulum longitudinis pollicis, ponderisque granorum decem, a dentibus lateris quondam affecti, modo recedens.

santes, suspensa, linguae usus cohibitus [17]); vitium scorbuticum; peculiares denique halitus [18]) et salivae [19]) conditiones.

Continuat. argument. 5. In salivam enim reliquosque oris humores (certe non in peculiares glandulas [20])) tartari fontem, cum aliis [21]), locamus. Fulcitur haec opinio perpendendo, quod res omnes, quae salivae secretionem eliciunt, ut mercurius fumusque nicotianae, tartarum dentium provocant, quod-

17) „*Les mouvemens de la langue détruisent la plus grande partie du tartre qui s'attache à la surface intérieure des incisives de la mâchoire supérieure.*" Fauchard op. c. T. I. p. 180.

18) „*La seconde cause dépend de l'air, qui étant poussé hors de la bouche par la respiration, et chargé d'exhalaisons, fait que ce qu'il y a de visqueux, d'onctueux, et de pesant dans ces exhalaisons, s'arrête contre les dents qu'il touche, et se joint à la première couche de tartre ébauché par le limon desséché dont je viens de parler.*" Fauchard l. c. p. 178.

19) „*La salive contient le limon tartareux, elle le dépose sur les dents, le limon se durcit de couche en couche, et forme le tartre.*" Laforgue l. c. p. 103.

20) A. Serres (l. c. p. 28. fig. 5. X. X. X. X) glandulas (Meibomianis similes) secretioni tartari dentium dicatas stabilivit.

21) „*Mais il est plus naturel de croire que ce dépôt cristallin des humeurs buccales semblable aux concrétions si généralement répandues, et si communes dans l'économie animale, reçoit à sa surface et dans ses pores quelques molécules du residu alimentaire.*" Fourcroy.

quodque haec incrustatio maxime circa dentes molares maxillae superioris, ubi ductus salivales in os aperiuntur, in conspectum venit.

6. Evidens est cognatio tartari dentium (probe ab excrescentiis osseis gingivarum distinguendi [22]) cum lithiasi [23]). Calculo vesicae urinalis laborantes, a dentium tartaro immunes esse, et vice versa vir cl. observavit [24]); alter autem contrarium prorsus contendit [25]). Diagnosis.

7. Investigandum quonam in latere stet veritas; nam ex prima observatione sequeretur tartarum non sine emolumento et modo veluti critico ad dentes deponi. Caeterum ut ut sit; nam et Prognosis.

22) Fauchard (l. c. p. 397) postquam observationem, illi supra allatae (3) Zacuti sat similem, retulerit, addit: „*Le corps pierreux dont il s'agit dans cette observation, est d'une telle contexture, qu'il ne paroit pas être formé par une matière tartareuse; mais bien plutôt par un suc osseux qui s'est échappé de la substance de l'os même, par la rupture de quelques fibres osseuses; a peu près de même qu'il arrive dans la formation des exostoses.*"

23) Brouzet *sur l'éducation médicale des enfans T. I.* p. 379. — Springsfeld *Hamburg. Magazin B.* 22. p. 32.

24) Carabelli.

25) „*In persons subject to calculous affection, I have generally observed a remarkable tendency to deposition of tartar on the teeth, and I have always found it necessary to use the most powerful means to resist its re-accumulation after it has been most carefully and perfectly removed.*" Koecker l. c. p. 55.

et hoc in casu ablatio tartari praesentis, depositionem futuri reddet faciliorem, dentesque ac gingivas ab acerrimo inimico liberabit.

§. LXV.

Dentium mundatio.

Dentiscalpia.

1. Ordiendum est ab ablatione festucarum carnium, aliarumque ciborum reliquiarum inter dentium interstitia nidulantium. Quo scopo jam antiquissimis temporibus *dentiscalpia* ex ligno pistaciae lentiscus L. et pennis [1]) inservierunt. Etiamsi hodierna metallica non adeo, ut contendi solet, perniciosi sint [2]); attamen securitatis majoris caussa ea e ligno *juniperi* aut *evonymi Europaei* *) et maxime *ex caulis pennarum secata* ante-

1) „Lentiscum melius: sed si tibi frondea cuspis
Defuerit, dentes penna levare potes."
MARTIAL. Lib. XIV. Ep. 22.

2) „*Je ne pense pas non plus que l'usage des cure-dents d'or, d'aciers et d'autres métaux . . . soient aussi pernicieux qu'ont voulu le faire entendre ceux qui avant moi ont traité le même sujet. Pour réfuter leur opinion je n'ai qu'une seule question à faire: quand il s'agit de nettoyer les dents et d'emporter le tartre qui s'y attache, de quels instrumens faites-vous usage, vous qui proscrivez les cure-dents d'acier? Pouvez vous avancer que ceux dont vous faites usage soient faits d'un métal plus ami des dents que n'est l'acier? Pour moi je ne sais pas mentir, tout dentiste que je suis.*" COURTOIS l. c. p. 47.

*) Usitatissima sunt ejusmodi dentiscalpia in Italia; spectantque ad mensae adminicula.

anteponimus. Caeterum qualicunque dentiscalpio uti placeat, id desiderandum, ne coram societate [3]) et ultra necessitatem [4]) adhibeatur.

2. Accedit *oris elutio.* Num ope aquae frigidae aut calidae? Timent frigidam propter dentes, timent calidam propter gingivas. Adhibeatur itaque tepida; cui saporis gratia frustulum corticis aurantiorum vel citri recentis addi potest. Elutio non solum post coenam, sed post haustum fumi nicotianae (si omitti nequeat), post tractationem quorundam instrumentorum musicalium pneumaticorum, post usum pharmacorum, inprimis acidorum institui debet. Oris elutio.

3. Sed nec haec sufficiunt; oportet enim *dentes* ipsos *defricare;* cui scopo dicata sunt: *spongiae*, *folia*, *radices*, *scopulae*, *pulveres*, *electuaria*, *elixiria*, *instrumentaque varia.* Dentifricia.

4. *Spongiae* scopularum manubriis alligatae, quippe durae et renitentes, omnino rejiciendae. Singillatim adhibitae, si subtiles, purae, rotundae, magnitudinis ovi columbini, non quidem nocent, ast scopo non satis respondent [5]), saepeque ingratae sunt [6]). Spongiae.

4. *Folia*

3) „Non coram dentes defricuisse probem.“
Ovid. art. amant. lib. III. v. 216.

4) „. . . *all tooth-picks . . . by being often pushed between the teeth, destroy gums and widen the interstices, so as to furnish more convenient lodgment for the food, and render the custom of picking every day more and more necessary.*“ Berdmore l. c. p. 270.

Fol. salviae.

5. *Folia salviae* recentia, asperitate sua dentes perbelle detergunt, ac aromate quo pollent gingivas relaxatas corroborant. Sunt praeterea tam gustui quam odoratui grata. Quum vero difficulter per totum anni curriculum recentia haberi queant, quumque nulla virtute specifica gaudeant, ea vix ut dentifricia proponimus.

Radices.

6. *Radicibus althaeae officinalis* [7]), *glycyrrhizae glabrae* aut *medicaginis*, etsi praeparatis [8]) ac colore eleganti obductis [9]) cum aliis [10]) non

5) „*Les doigts ne pouvant l'introduire profondement dans la bouche, elle ne nettoie que les dents de devant.*" Taveau l. c. p. 127.

6) „*L'éponge, dont Fauchard préconise les avantages, a d'ailleurs l'inconvénient de produire en passant sur les dents une sensation fort désagreable, sur tout pour les personnes qui, à la suite de quelque accident ou de quelque opération, ont les dents privées d'une partie de leur émail.*" Taveau l. c.

7) Fauchard op. c. T. I. p. 75 („*Ce qu'il y a de très-convenable pour se frotter les dents, c'est le bout d'une racine de guimauve, de mauve, ou de luzerne bien préparée, elle les blanchit sans offenser les gencives*").

8) „*On a soin de choisir des morceaux de racine bien sains, droits, d'un an ou deux, et de grosseur convenable. On les coupe en bâton de six pouces, et après leur avoir fait subir les ébullitions nécessaires, et les avoir laissé sécher lentement, on les dispose en pinceaux par les deux bouts, soit au moyen d'un canif, soit par des percussions répétées.*" Gariot l. c. p. 246.

9) „*La decoction que* Baumé *indique pour teindre les racines dentifrices, est faite avec bois de Brésil quatre*

non favemus. Sunt enim difficilis conservationis, fragiles, nimis durae si exsiccatae, nimis molles si humidae. Praeterea istiusmodi radicum segmenta dumtaxat super planam dentium superficiem agunt, et neutiquam ad eorum interstitia perveniunt.

7. Secus *scopulae*, quarum singulae setae dentiscalpiorum vices agunt. Requiritur ut sint angustae ac absque filo ferreo ad dorsum. Porro ipsae peculiaribus conditionibus dentium et gingivarum accommodandae sunt. Infantum dentes, et gingivae spongiosae, scopulas *flaccidas*; — dentes adultorum una cum gingivis bene constitutis, *firmas* exposcunt [11]). Frictio non transversim sed juxta dentium longitudinem, a basi Scopulae.

 ad

onces, cochenille concassée deux gros, alun de roche quatre gros, eau deux livres." Garlot l. c.

10) Taveau l. c. p. 127.

11) Famosae scopulae setaceae Lavran (odontiatri quondam inter Vindobonenses jure celebrati) admodum durae erant. Quum illi saepius objecissem jacturam substantiae vitreae inde timendam esse, timori meo irridere solebat vir amicus, asserens substantiam istam vitream ipso ferro resistere. Interea a Carabellio dignissimo illius successore, accepi, Lavran ultimis vitae temporibus errorem commissum cognovisse, scopulasque suas pro junioribus dentibusque debilioribus dotatis, minus firmas reddidisse. Quoad me scopulis antiquioribus durissimis non procul a sexagesimo aetatis anno sine damno adhuc utor. Scopularum delineationes Tabula XXV. apud Mayar (l. c.) exhibet.

ad apicem, instituenda, si placeat, ad dentium superficiem internam scopulae convexae ope, et ope concavae ad externam. Scopulae post usum abluendae et exsiccandae.

Pulveres. 8. Solae scopulae setaceae ad dentes omnino mundos servandos neutiquam sufficiunt; *dentrificio* [12]) opus est. *Pulveres* tali usu inservientes etiam dentium et gingivarum peculiari statui adaptandi sunt; et non nisi semel bisve de hebdomade usurpandi [13]). Pro dentibus infantilibus optimum dentifricium, *pulvis* aut *magnesiae* aut *lapidum cancrorum* [14]). Pro adultis pulveres dentifricii ex pharmacis sequentibus componi possunt, habita semper ratione simplicitatis et gustus [15]).

12) „Quod vero adsumpsit nomen de dente fricando.“ Q. Serenus Sammonicus c. 14.

13) „. . . ces poudres quelques bonnes qu'elles soient, *forment cependant des petites masses capables d'altérer par leur frottement les fibres tendues de l'émail.*“ Jourdain *traité* etc. p. 222. — „*It is perfectly evident, that the most simple and best prepared tooth powder, frequently applied to the teeth, must be injurious, as they all tend to wear away the cortex striatus.*“ Blake l. c. p. 156. — „*A l'age de* 15 *ans, on commence à se nettoyer les dents: dans un an, on les aura nettoyées environ* 360 *fois; dans dix ans,* 3600 *fois; dans vingt ans,* 7200 *fois; dans trente ans,* 10800 *fois: il faut une excellente constitution des dents pour resister à l'action des remèdes actifs et usans.*“ Laforgue l. c. p. 108.

14) Consilio Carabelli.

stus [15]). Ubi nulla alia, praeter dentium mundationem, exstat indicatio, dentesque debita gaudent firmitate, pulvis *ossium sepiae*, cum eo radicum *ireos florentinae* et guttis quibusdam *olei aetherei* grati, egregium sistunt dentifricium [16]). Item *ossa sepiae* cum *gummi resina laccae* et *nuce moschata usta* [17]) aut cum *ligno santali rubri*, vel *sanguine draconis*, vel *coccinella*. Pulveribus autem dentifriciis *rubris* jure objici potest, quod dum gingivae sanguinem fundant, is cognosci nequeat, quodque lintea conspurcent. — Minus delicatis *carbo tiliae Europeae* [18]), vel *panis tostus* conducunt. Quo major tartari est copia, eoque validiora requiruntur dentifricia, ut *coralla rubra* [19]), *bolus armenicus*, *mastix*. Ubi simul

15) „*Il est peu de personnes, qui veuillent employer du charbon ou du tabac en poudre pour se netoyer les dents.*“ Gariot l. c. p. 225.

16) R. Ossium sepiae uncias duas. Radicis ireos florentinae unciam unam. M. f. pulvis. D. ad acatulam. R. Olei essentialis rosarum (aut caryophyllorum) drachmam semis. D. ad vitrum epistomio munitum. D. S. Gutta una addatur dosi quotidianae pulveris.

17) R. Ossium sepiae unciam unam. Gummi Laccae uncias semis. Nucis moschatae ustae drachmam unam. M. f. pulvis.

18) Carabelli pulverem carbonum tiliae ossibus sepiae dosi pari jungit, addita quarta parte radicis ireos florentinae et corticis punicae granati.

19) R. Pulveris corallorum rubrarum, radicis ireos florentinae ää uncias semis. M. — Sunt qui pulveris

simul gingivis spongiosis prospiciendum est, allata pharmaca *radicibus* aut *calami aromatici* [20]), aut, graviori in malo, *anthemitis pyrethri* junguntur [21]). Si dentes decolorati, caeterum fortes sint, pulvis *pumicis*, una alterave vice [22]), usurpandus. Excludimus omnino *alumen crudum* et *cremorem tartari*, utpote dentes quidem candidos, ast simul friabiles reddentes [23]). Dolendum sane maximam partem pulverum dentifriciorum, quae

corallorum rubrarum drachmis duabus, *grana duo muriatis oxygenati calcis* addant. D. ad vitrum epistomio munitum.

20) R. Carbonis tiliae, radicis calami aromatici unciam semis. M. f. pulvis.

21) R. Carbonis tiliae unciam unam. Radicis pyrethri drachmam unam. M. f. pulvis.

22) Pumex quotidie adhibitus, temporis anni unius totam destrueret substantiam vitream, quod facile intelligitur si perpendatur pumicem pro politione dentium artificialium inservire.

23) „*To ascertain the bad effects of cream of tartar as a tooth powder, I made the following simple experiment, which will at once explain how very detrimental the use of it must be, even in the smallest proportion. I placed a tooth in a solution of cream of tartar and water, and allowed it to remain in it for about twelve hours; when taken out I observed that the surface of the cortex striatus was quite rough, and according as it became dry, it appeared sprinkled over with an immense number of small crystals though very few were observable on the root.*“ Blake l. c. p. 157.

quae ut arcana venduntur (et non quidem obsoleta sed usitatissima [24])), haec pharmaca continere. — Qualiscunque demum pulvis dentifricius adhibeatur; os mox eluendum, ne illius pulveris particulae, dentibus et gingivis adhaerentes, relinquantur.

8. *Electuaria dentifricia* [25]) ex iisdem plane ac pulveres componuntur pharmacis addito tantum *melle rosato*. Grata quidem sunt gustui, ast aestivo tempore facile corrumpuntur. Praeterea dulcia non quadrant dentibus. Tandem electuaria dentifricia ut arcana venditata, semper maledictum illum cremorem tartari continent. Electuaria.

9. *Elixiria* solum vendentibus proficua [26]). Elixiria etc.

Inte-

24) Sic *la poudre de* Charlard Parisiis famosa alumen et cremorem tartari continet (*Clinique*. 28. *Fevrier* 1828. — Froriep's *Notizen aus dem Gebiete der Natur- und Heilk. B.* 20. *No.* 14. p. 217).

25) Gall. *Opiates*. Ex formulas: R. Pulveris ossium scpiae, gummi laccae aa unciam semis. Caryophyllorum aromaticorum scrupulum unum. Mellis rosarum q. s. ut fiat electuarium, vasi duplo majori tradendum. — Si placeat addatur et moschi granum unum alterumve. — R. Pulveris mastichis, myrrhae, thuris, nucis moschatae āā scrupulum unum. Mellis rosarum unciam unam. M. D.

26) Courtois ad venditorem famosi *elixirii* consilii gratia accersitus, cum interrogavit cur potius proprium non adhibeat specificum. „*Mon élixir*, respondit, *n'a de vertu que pour les personnes qui, en m'apportant leur argent, ont la bonté de croire qu'il les guérira.*"

Interea suademus ut aquae elutioni oris, post usum scopularum, dicatae aliquot guttae vel *aquae* sic dictae *Coloniae*, vel *spiritus cochlearine*, vel *tincturae quajaci* [27]) addantur. Absurdum ad *acida* qualiacunque demum recurrere *).

Tartari ablatio.

10. Praecepta mundationis hucusque tradita parum aut nihil contra tartarum dentibus adcretum valent. *Instrumentis* ad hoc opus est, ex quorum applicationis modo, odontiatrum expertem ab ignaro facile dijudicare poteris. Debent enim ejusmodi instrumenta (selecto anni tempore sicco et calido) juxta artis praecepta, caute, decenter et eleganter applicari [28]). Alia requi-

27) Suadeo quammaxime pro indicato scopo tincturam quajaci cum *taphia* paratam.

*) *Acidum aceticum* nuper a Dr. Good commendatum est (*the London and Paris observer* l. c.) scopo, somniata, aut saltem fortuita, in tartaro animalcula necandi.

28) „*L'opération qui a pour objet de nettoyer les dents exige souvent beaucoup de précaution et demande toujours à être faite avec soin . . . . Avant de commencer son opération le dentiste doit préparer et faire disposer toutes les choses dont il aura besoin. Il doit y avoir un siége très-commode, propre à bien asseoir tout le corps, à reposer les bras et à recevoir convenablement la tête pendant une opération qui est souvent longue; ce siége cependant doit être élégant et ne pas trop sentir l'opération. Il est aussi nécessaire qu'il mette une grande recherche de propreté et même de luxe dans les vases, les carafes, l'eau, le linge* etc.

requiruntur instrumenta pro ablatione tartari ex interstitiis molarium et incisorum; alia pro detergenda superficie anteriore et posteriore dentium incisorum et caninorum superiorum et inferiorum, dextri sinistrique lateris, aliaque pro tartaro frustillatim auferendo [29]). Interea ne quid nimis [30])!

11. Quodsi

dont il aura besoin. Il doit encore avoir l'attention de se laver les mains devant la personne dont il va nettoyer les dents, afin de ne lui inspirer aucun dégoût lorsqu'il portera les doigts dans sa bouche. Le petit nombre d'instruments qu'il étalera devant elle doivent être parfaitement nettoyés et avoir toujours l'air neuf, afin de faire oublier qu'ils ont pu déja être portés dans d'autres bouches .... Il doit aussi éviter, autant que possible de faire sentir à la personne qu'il opère sur le visage l'impression de son haleine; enfin, mettre dans tous ses mouvemens autant de promptitude que de légèreté." Gariot l. c. p. 252. — „*Si l'état de la bouche qu'il visite lui inspire du dégoût, il doit s'abstenir de cracher, ou bien le faire de manière à ce que la personne qu'il opère ne puisse en deviner le motif.*" Maury l. c. p. 203.

29) Fauchard op. c. T. II. p. 4. *Planch. IX.* — Gariot l. c. *Planch. I. II.* — Lafargue l. c. p. 141. *Planch. I. II.* — Maury l. c. *Planch. XIV. fig.* 1—6.

30) „*Quelques uns de ceux qui nettoïent les dents, ont pour l'ordinaire un fatras d'instrumens de toute espèce, et veulent persuader par-là qu'on ne les peut bien nettoïer sans cette quantité d'instrumens très-inutiles pour opérer, mais nécessaires pour imposer au public.*

Regimen. 11. Quodsi morbosa corporis universi constitutio tartari dentium formationem promoveret; ea emendanda. Plerumque ad regimen anti-scorbuticum et anti-arthriticum confugiendum. Sunt praeterea cibi qui formationi tartari adversentur [31]), ut lactuca, fructus [32]) et maxime fragaria vesca [33]).

Monitum. 12. Paragrapho finem monitu imponimus, ne mundationi nimis studendo, dentes labefactemus [34]).

CAPUT

Je ne me sers en nettoïant les dents que de cinq espèces d'instrumens (Planch. IX)". FAUCHARD l. c. p. 6.

31) VAN HELMONT tract. alimen. Tart. inson.

32) „*We may observe, that people who eat a good deal of salad or fruit, have their teeth much cleaner than common; which is owing to the acids in those fruits; and for the same reason people's teeth are commonly cleaner in summer than winter, in those countries where there is a great plenty of fruit.*" HUNTER l. c. p. 197.

33) LINNAEUS syst. natur. T. III. p. 175.

34) „. . . *on doit toujours préferer les bonnes aux belles dents, surtout quand elles ne peuvent avoir ce dernier avantage qu'au préjudice du premier.*" COURTOIS l. c. p. 16.

Caput XVIII.

De dentium carie.

§. LXVI.

Definitio. Literatura.

Definitio.

1. Erosio substantiae dentis, ejus ocyus serius minitans destructionem, *cariem* [1]) sistit.

Litera-tura.

2. Scriptores de morbis dentium in genere, deque odontalgia in specie, sese toti doctrinae cariei dentium dederunt. Eam praeterea excoluere L'Ecluse [2]), C. J. Ringelmann [3]) et Duval [4]).

§. LXVII.

Symptomata.

Divisio.

1. Symptomata cariei dentium sunt *localia* et per *consensum*.

S. localia.

2. Cariei dentium variae sunt formae. Nunc obser-

1) Gall. *La carie des dents.* Angl. *Rottenness; a rotten tooth.*

2) *Eclaircissement pour parvenir à préserver les dents de la carie.* Paris 1755.

3) De ossium morbis, eorumque in specie dentium carie. Arnstadt 1805.

4) *Sur la carie des dents. Bulletin de la faculté de médecine de Paris* 1809. p. 104. — *Second mémoire sur la carie des dents. Bulletin de la société de médecine.* p. 86.

observatur depressio circularis prope gingivas, substantia dentis vitrea albidâ, inaequali, friabili et sensili redditâ [1]). Nunc prodit macula flava in vitrea coronae dentis substantia, friabili admodum facileque secedente, relicta macula aut ejusdem aut brunei coloris, sine sensu [2]). Nunc apparet dentis (frigus et compressionem aegre ferentis) foramen vel fossa, cum parietibus ex flavo bruneis, manante humore foetido [3]). Nunc cernitur macula nigra in substantia vitrea (circum circa livida et translucida) subsequente cavositate, parietibus siccis, friabilibus et nigris instructa, sine odore et sensu, progressus rapidos faciente [4]). Nunc sese offert macula et cavositas coloris nigri, cum parietibus duris et progressibus vix ullis [5]). Nunc conspiciuntur coronae dentium molarium cum excavatione plus minusve superficiali, coloris vel flavi brunei, a substantia vitrea obducta [6]). Nuncque in conspectum venit, primum macula flava, dein ejusdem coloris cavositas, omnem respuens attactum, atque dentis substantiam

1) *Caries calcarea Duvalii.* — Maury l. c. *Planch. XII. fig.* 1.

2) *Caries decorticans Duvalii.* — Ibid. *fig.* 3.

3) *Caries perforans Duvalii.* — Ibid. *fig.* 6.

4) *Caries carbonaria Duvalii.* — Ibid. *fig.* 4.

5) *Caries stationaria Duvalii.* — Ibid. *Planch. IV. fig.* 7.

6) *Caries curata Duvalii* (Rarissima species Carabellio bis tantum visa). — Ibid. *Planch. XII. fig.* 11.

tiam emollitam transversim erodendo, coronam a radice separans [7]).

3. Dentium caries plurima etiam per *consensum* excitat symptomata [8]), videlicet tumores parotidum [9]), erysipelata faciei, crampum musculorum maxillae, cephalaeam [10]), maniam [11]), epilepsiam [12]), ophthalmiam [13]), otalgiam [14]), vomitum, diarrhoeam et enuresin [15]). 3. consensualia.

§. LXVIII.

7) *Caries disrumpens Duvalii.* — Ibid. *fig.* 2.

8) Pulchre hoc argumentum a Xav. Bichat dilucidatum est in *anatomie générale. 2. partie T.* 3. p. 88.

9) „*Une jeune personne de douze ans avoit de temps en temps un gonflement à une parotide qui formait une tumeur assez grande sous l'angle de la mâchoire inférieure, et qui lui occasionnait assez souvent une rougeur à l'oeil. On s'apperçut qu'elle avoit du côté de la tumeur deux grosses dents cariées; on en fit l'extraction; la malade fut guérie très-peu de jours après.*" Fischer de Flêchi *obs.* 8. *part. II.* p. 266.

10) Fauchard op. c. T. I. p. 411. *Chap. XXXIII. quatre observations sur les violentes douleurs de tête* etc. *causées par les dents.* Cfr. P. II. Vol. I. sect. I. cap. II. §. IX. No. 2.

11) Rush *medical enquiries upon the disease of the mind.* p. 85.

12) Rush l. c. *Part.* 1. p. 199.

13) P. II. Vol. I. sect. II. cap. XVIII. §. CIV. No. 2. — Emanuel, *Pere, observation sur une ophthalmie guérie par l'extraction des dents de la mâchoire supérieure, correspondantes à l'oeil malade.* Sedillot *rec. périod. de la soc. de méd. de Paris. T.* 34. p. 395.

14) Fauchard l. c. p. 418. 15) Bichat l. c.

§. LXVIII.

Causae.

C. praedisponent. 1. Dentes magis quam ossa cariei obnoxii sunt [1]). Disponunt ad illam vitium haereditarium [2]); morbi, tempore evolutionis dentium perpessi; inprimis rhachitis, scrophulae [3]); dentiumque densitas. Nulli caries dentium parcet aetati: quodsi post quinquagesimum vitae annum rarius appareat [4]), ratio in minori tunc dentium numero

1) „*Placé comme dentiste dans plusieurs pensions, nous visitons la bouche de plus de mille élèves, et nous pouvons affirmer que sur ce nombre de personnes, dont plus de cinq cents ont seize à vingt ans, nous rencontrons annuellement de cinq cent cinquante à six cents dents cariées.*" Maury l. c. p. 97.

2) „*Eine Mutter brachte mir einsmals ihr 4jähriges Söhnchen, welches* cariem maxillae *hatte, und dadurch einen Zahn verlore; da ich die Mutter recht ansahe, so fehlte ihr eben der Zahn, und war hergegen ein Stück Fleisch in der Lücke gewachsen.*" Storch *Abhandl. von Kinderkrankh.* p. 22.

3) „*Sembrami, che la carie dei denti rendasi assai più frequente che in altri tempi; la quantità, e la gravezza di quest' affezione sta appunto in proporzione col numero degli scrofulosi, dei rachitici, dei sifilitici, ed in particolare dove trovasi la densità dei denti. Il grave morbo della carie ereditaria ravvisasi presso molte famiglie delle città.*" Cornelio *statistica a.* 1815. p. 13.

4) „. . . *we seldom or ever see any person, whose teeth begin to rot after the age of fifty years.*" Hunter l. c. p. 141.

numero quaerenda. Cariei quammaxime subjiciuntur dentes lactei [5]), dentes incisores et canini maxillae superioris [6]) et quot quot sunt molares potissimum ultimi superioresque [7]). Porro quasi symmetriâ delectatur caries dentium [8]); longe

5) Du Chemin *sur la carie des dents de lait. Journal de Trevoux, Fevrier* 1759. — „*This disease and its consequences seem to be peculiar to youth and middle age; the shedding teeth are as subject to it, if not more so, than those intended to last through life.*“ Hunter l. c. — „*Il Signr. professore* Buniva *mi fa cognoscere una ragazza di quattro anni con tutti i suoi denti lattei infetti dalla carie.*“ Cornelio *osservazioni* p. 180. — „*Ella è cosa rara, che un fanciullo perda i suoi denti molari lattei, senza che siino quasi sempre cariati.*“ Tagliaferro l. c. p. 10.

6) „*Parce qu'à tous les instans elles sont plus découvertes et plus exposées au chaud et au froid par leur situation, soit qu'on boive, ou qu'on mange, soit par la seule aspiration et l'expiration de l'air.*“ Fauchard op. c. T. I. p. 149.

7) „*It is remarkable, that the upper molares are more frequently cariated than the lower, and the dentes sapientiae in general suffer sooner than any of the other grinding teeth.*“ Berdmore l. c. p. 149.

8) „*Il arrive souvent qu'après qu'une dent a été attaquée de la carie, la pareille de l'autre côté de la mâchoire, se carie aussi ordinairement. . . . Ce que j'ai trouvé surprenant, c'est que non seulement la dent pareille ne manque guères de se carier; mais qu'elle se carie pour l'ordinaire en des endroits semblables, et quelquefois avec une parfaite simétrie.*“ Fauchard

longe saepius dentium coronas quam radices adtingens.

C. excitantes.

2. Excitant cariem violentiae externae (etsi rarius quam vulgo creditur [9])), nec exceptis capsulis, lamellis et filis quibus dentes artificiales sanis alligantur [10]); sordes et tartarus; abscessus gingivarum; dentifricia incongrua, inprimis pulverea acidi sese gingivas inter et dentes insinuantes; essentiae corrosivae [11]); salivae depravata conditio; pharmaca substantiae dentium vitreae infensa, ut elixirium acidum Halleri; mercurius [12]); unguenta labiorum [13]); transitus rapidus

l. c. — „*Lorsqu'une dent se gâte la dent parallèle du côté opposé se gâte assés souvent dans le même endroit, et avec la même symetrie.*" Bourdet l. c. p. 32.

9) „*It does not arise from any external injury, or from menstrua, which have a power of dissolving part of a tooth; for any thing of that kind could not act so partially.*" Hunter l. c. p. 141.

10) Regnart *la clinique.* 28. *Février* 1828.

11) „*A variety of essences and lotions are also recommended and sold for cleaning the teeth, many of which contain acids, and though perhaps but a very small quantity, yet when constantly applied, they undoubtedly must dissolve and destroy the cortex striatus* etc." Blake l. c. p. 159.

12) „*Le mercure fait par ses effets gonfler évidemment les gencives, les ronge et les détruit; il agit de même sur les membranes qui revêtent la racine des dents, soit intérieurement ou extérieurement; il les dissèque,*

dus a cibo potuque fervidis [14]), ad frigida [15]); suctio fumi nicotianae [16]); consuetudo ore aperto dormiendi [17]); prava aquarum conditio [18]); alimenta

pour ainsi dire, les déracine, les fait tomber, ou les détruit par les caries qu'il occasionne." FAUCHARD l. c. p. 104.

13) „*Le screpolature delle labbia sono state frequenti, e trattate esse con pomade poco adattate, hanno offeso più o meno i denti.*" CORNELIO *statistica* l. c. p. 10.

14) Adagium sic auditur: Pultes ferventes faciunt corrumpere dentes. LAVAGNA (op. c.) de calore ait: „*Io sono persuaso che questo fluido sottile, ne è (della carie) la principale cagione.*"

15) „*On dit en proverbe que la soupe chaude gâte les dents; le froid du vin qu'on boit après y contribue-t-il?*" DUVAL *le dentiste de la jeunesse* p. 80.

16) „*Cette fumée produit encore un mauvais effet; elle échauffe la bouche, et un air froid venant immédiatement à frapper les dents, ces deux extrémes peuvent donner occasion à la fixation de quelque humeur dans la dent méme, dans les gencives, ou dans quelques-unes des parties voisines; ce qui peut occasionner des douleurs et des fluxions très-incommodes, et méme la carie, qui est le plus facheux des tous les accidens.*" FAUCHARD l. c. p. 68. — O. TAVEAU *conseils aux fumeurs sur la conservation de leurs dents. Paris* 1827. Vers. Germ. *Guter Rath für Tabackraucher zur Erhaltung ihrer Zähne. Leipz.* 1828.

17) Maximopere miramur, parum a medicis, si ALEXIUM PEDEMONTANUM in Libr. IV. de secretis p. 191. Edit. Basil. 1563. et BÜCHNERUM l. c. p. 27. excipiamus, hanc dentium corruptorum caussam esse animadversam.

menta difficilis digestionis, legumina, lac, caseus [19]); syphilis, plica et maxime scorbutus [20]). Et contagii quaedam est suspicio [21]).

C. proxima. 3. Cariei dentium *caussa proxima* locata est in vermes [22]), phlogosin [23]), humorem sese inter

18) Taveau *hygiène* l. c. p. 105.

19) „*Le trop grand usage des légumes, tels que sont les choux, les porreaux, les ciboullee, les navets, les pois verds (?); celui de la chair de pourceau, des viandes et des poissons salés, du fromage, du lait etc., est préjudiciable aux dents, puisque toutes ces choses produisent un mauvais chile.*“ Fauchard l. c. p. 65 (Salem haec vera sunt in hominibus tubo intestinali labefactato praeditis).

20) „*Ce mal cruel ébranle les dents, les déracine, les rend chancelantes et leur cause la carie, d'où il s'ensuit qu'elles sont en danger de se détacher totalement, ou en partie; ce qui arrive souvent.*“ Fauchard l. c. p. 265.

21) „*Caries in my opinion is in certain sense a contagious disease; for this disease in one tooth will generally communicate itself to the next, not only by its being in immediate contact with the surface of the adjoining tooth, but also, probably, indirectly by its chemical influence.*“ Koecker l. c. p. 278.

22) Salmuth cent. III. obs. 32. — Riverius vid. Fauchard op. c. *T.* 1. p. 151. — J. N. Pechlin de verme odontalgico. In Miscell. acad. nat. curios. dec. I. a. 9 et 10. 1678 et 1679. p. 75. — G. Clauder odontalgiae violentae caussa vermis dentis inquilinus. Ibid. dec. II. a. 7. 1688. p. 332. — Lobeck obs. IV. p. 43. Tabul. III. — Contra aetiologiam de qua agitur cariei et odontalgiae inde pullulantis scripsere

inter fibras osseas dentium insinuantem [24]), processum mortiferum [25]), calorem [26]), acida [27]) etc.

§. LXIX.

Diagnosis. Prognosis.

D. cariei externae.

1. Multum interest *cariem incipientem* cognoscere, cui scopo notio penitior *macularum* varias cariei formas indicantium [1]) inservit [2]).

J. Chr. Schaeffer *die eingebildeten Würmer in Zähnen, mit den vermeinten Mitteln.* Regensb. 1757. — Dax *expériences sur un phénomene que présentent certaines fumigations de jusquiame (contre le mal de dents) et sur la vertu, qu'on leur attribue.* Annales de la soc. de médecine de Montpellier T. 13. (*Hist. I.*) p. 327. — Ejusd. *Sur une erreur populaire relatif à un prétendu specifique contre les maux des dents.* — Sedillot rec. période. de la societ. de médec. de Paris T. 22. p. 287. — Demonstrant ambo vermiculos imaginarios apparentes esse plumulam et radiculam seminis hyoscyami, contra odontalgiam adhibita. — Absit ut vermes pro caussa proxima cariei habeamus! Interea posse interdum vermes in dentibus cariosis nidulari, non absolute negaverim. Et Plenk de odontalgia a vermibus ait (l. c. p. 65): „Ego vero hanc speciem possibilem censeo."

23) Paraeus Lib. XVI. c. 25 („Saepe reliquorum ossium more, inflammationem quae mox suppuret concipiunt, ac putrent, tandemque frustatim excidunt").

24) Fauchard l. c. p. 143. 25) Hunter l. c. p. 135 sq.

26) Lavagna l. c. 27) Meonart l. c.

1) §. LXIII. No. 2.

2) „*On peut . . . découvrir presque toutes les taches qui menent les dents à la carie, et reconnoitre méme cer-*

Eroso jam dente, diagnosis non solum per autopsiam sed deductis simul in auxilium instrumentis exploratoriis instituenda est [3]).

D. cariei internae.

2. De *carie* dentis *interna* seu *occulta* testantur: nitor dentis amissus; labefactatio gingivae annexae, fistula; masticatio impedita; dolor crebro ad dentis basin recrudescens, a frigore, calore, percussione specilli [4]), et galvanismo [5]) intolerabilis.

Monitum.

3. Scias autem *dolorem* infidum esse cariei dentium symptoma. Desideratur enim quousque dentis nervus denudatus non est; obvenitque crebrius in mera phlogosi membranae dentem investientis. Praeterea contingit haud raro aegrotum dolorem a carie excitatum in dentibus sanis percipere [6]). Quin immo et hic symmetriae valent leges [7]).

4. Quam-

tainement, la qualité et les dispositions des dents où elles peuvent se former." Bunon l. c. p. 199.

3) „*. . . je fis voir que le coup d'oeil ne suffisoit pas pour s'assurer de ce qui se passe dans l'intérieur de la bouche, mais qu'il faut encore que les instrumens suppléent quelquefois au défaut des yeux.*" Bunon l. c. p. 161.

4) Gariot l. c. p. 273.

5) Aldini *sur le galvanisme P. III.*

6) „*Un dentiste seroit fréquemment induit en erreur s'il croyoit aveuglément les personnes qui viennent le consulter, et s'il arrachoit toutes les dents qu'elles lui désignent, comme étant le siège du mal qu'elles éprouvent: souvent elles disent souffrir à la mâchoire supérieure,*

4. Quamvis odontiatrorum nonnulli [8]) species cariei dentium admodum multiplicaverint; placet adhuc paucis iisque essentialibus acquiescere. Dividimus itaque cariem in *localem* et *symptomaticam;* in *siccam* et *humidam;* atque in *simplicem* et *complicatam.* Species variae.

5. Caries dentium, in hominibus caeterum absolute sanis obveniens, et a caussis dentes mechanice vel chemice vel modo mixto laedentibus orta, nobis est *vitium* plane *locale.* Secus caries valetudinariis familiaris, et ab illis caussis haud repetenda. Haec enim *ad symptomata morbi universalis* spectat. Cavendum ne caries ista symptomatica cum dentium *atrophia* confundatur. Car. local. et sympt.

6. *Dentandis que c'est à l'inférieure que se trouve la dent malade, et fréquemment elles s'obstinent à vous assurer qu'une dent très-saine est la seule qui leur fait mal, tandis qu'on reconnoit plus loin celle qui est effectivement douloureuse et cariée. Il est une foule de cas en chirurgie où la douleur ne se rapporte point exactement au siège méme de la maladie.*" Gariot l. c. p. 273.

7) Observavit aliquoties Carabelli, quod dente lateris unius carie laborante, dolor in dente respondente lateris alterius, etsi sano, apparet, aliter non cessaturus, quam dente illo evulso.

8) Praesertim Duval l. c. — E contra Courtois dixerat (l. c. p. 64): „*Quoique plusieurs aient multiplié le nombre et les espèces des caries, je n'en distingue que deux; savoir la carie pourrissante et la sèche.*" Et Koecker (l. c. p. 216): „*I certainly consider such classifications to be entirely useless and ridiculous, as they are apt to produce learned obscurity.*"

Distinct. cariei ab atrophia.

6. *Dentium*

Atrophia.	*Caries.*
a. Dentes sub gingivis adhuc latentes adgreditur.	a. Solum in dentibus eruptis cernitur [9]).
b. Nulla dentis corruptio nisi accidentalis.	b. Essentia morbi provecti, corruptio [10]).
c. Stationaria, medelam omnino respuit.	c. Serpens plerumque, medelam, determinatos inter limites, admittit [11]).

7. Caries

9) „*La carie ne se forme ordinairement sur les dents qu'après leur sortie hors des gencives . . .; au lieu que l'erosion (l'atrophie) se trouve sur les dents encore enfermées dans les alvéoles et sous les gencives, quelquefois même plusieurs années avant leur sortie.*" Bunon l. c. p. 140.

10) „*La carie . . . non seulement est une corruption de la substance de la dent qui en est atteinte, mais encore un principe de putréfaction: un lieu que la maladie en question . . . ne peut causer de corruption que par les gravelures dont l'inégalité raboteuse gâte l'émail.*" Bunon l. c. p. 141.

11) „*. . . la moindre tache qui annonce la carie pourrissante, fait tous les jours quelques progrès plus ou moins lent, plus ou moins rapide, et le centre de cette tache, quelqu' imperceptible qu'il soit, céde à l'action la plus légère de l'instrument, et de l'extrémité pointue ou mousse de la sonde. Les taches d'érosions (d'atrophie) resistent au contraire à l'instrument dans toute leur capacité, lorsqu'il n'y a rien d'étranger qui s'y soit introduit.*" Bunon l. c. p. 138.

7. Caries dentium externa (saltem ab initio) semper *humida* et serpens; interna plerumque *sicca*, et nisi in humidam convertatur, stationaria. Ad probandam cariei humidae praesentiam, gossypium loco adfecto admovetur, quod mox ichore foetido inde imbuitur. C. humida, sicca.

8. Quousque non nisi dentis pars vitrea et ossea affecta est, caries dicitur *simplex*. Nuncupatur *complicata*, ubi vel phlogosin membranarum dentis cavitatem investientium, vel morbos gingivarum, alveolorum, maxillarumque socios agnoscit. C. simpl., complicat.

9. Dentium morbus funestissimus caries est. Cruciatus inde emergentes mali amplitudinis non sequuntur rationem [12]). Dentis carie neglectâ, expectari debent halitus foetens, fluxiones habituales, loquela impedita, propagatio morbi ad dentes sanos, gingivas, alveolos, palatum [13]), buc- Prognosis.

12) „*Ce qui peut arriver de plus heureux dans ces occasions, est que les filets des nerfs, qui entrent dans la dent, ne soient pas voisins de l'endroit carié, ou que tous les vaisseaux qui vont à la dent cariée, soient desséchés, ou consumés par quelque cause, ou qu'ils soient affaissés à un tel point, qu'ils ne soient plus capables de sensibilité.*" Fauchard l. c. p. 154.

13) „*Ce que j'avois prévu à l'occasion de l'extraction de sa dent arriva; c'est-à-dire qu'à sa sortie de l'alvéole une portion de cette dernière la suivit, ainsi qu'une autre portion de l'os du palais.*" Courtois l. c. p. 236. *obs.* 20. *Sur les accidens occasionnées par une dent cariée.*

buccas [14]), linguam [15]), maxillam inferiorem [16]) et superiorem [17]), et, quod pessimum, ad antrum Highmori [18]) nonnunquam ex dentis cariosi cavo, veluti caro luxurians, modo turgescens modo collapsa, pullulat [19]).

§. LXX.

14) Fauchard p. 428. *obs.* 2. *Sur une tumeur et une fistule causées par la carie d'une dent molaire. Obs.* 3. *Sur un abscès survenu à la pomette de la joue, en conséquence de trois racines, ou chicots, d'une grosse dent molaire cariée du coté gauche de la máchoire supérieure.*

15) Fauchard l. c. p. 461. *Observations sur les excoriations calleuses de la langue* etc.

16) Fauchard l. c. p. 431. *Obs.* 4. *Sur un abscès survenu au dessous de l'os maxillaire inférieur par la carie d'une grosse dent molaire et guéri par la seule extraction de la dent cariés. — Obs.* 10. *Sur la carie d'une dent, qui pour avoir été negligée, causa des accidens funestes, et donna lieu à de très-grandes opérations de chirurgie.*

17) Fauchard l. c. p. 428.

18) P. II. Vol. I. sect. II. cap. XXVI. §. CXXX.

19) Fauchard l. c. p. 465. *Obs.* 1. *Sur une excroissance fongeuse et charnue, située dans une cavité cariée de la couronne d'une grosse dent molaire, et contiguë au cordon des vaisseaux dentaires.* — Indolem ejusmodi excrescentiae propius examinavit Embruel (Froriep *Notizen aus dem Gebiete der Natur- und Heilk. B.* 23. *No.* 2. p. 27) reperiitque eam *turgorem* textus cellulosi, a vasis sanguiferis dilatatis referti, sistere. Docuit praeterea tale phaenomenon vix morbosum esse, ac per se evulsionem dentis minime exposcere. Sufficit enim apicem excrescentiae auferre,

§. LXX.

Cura.

1. Curam *doloris* cariei dentium *symptomatis* ad tractatum de odontalgia remittimus, hîcque dumtaxat therapiam *morbi* ipsius tradimus. Monitum.

2. Comparente carie sub forma *macularum*, quae solum substantiam vitream laedunt, quin tamen dentifriciis auferri possint, ad radulam vel limam anglicanam confugiendum [1]). C. macularum.

3. Si dens cariosus jam fuerit *excavatus*, primum illius mundationi studendum; sordes enim latentes omnem reliquam curam eluderent. Instrumenta mundationi ejusmodi dentium dicata simul ad cariem radendam, sibique viam ad partem affectam parandam inserviunt [2]). C. excavationis.

4. Caries *humida* in siccam convertenda atque exfoliatio partis affectae impetranda. Hoc sub respectu commendata est applicatio *acidi sulphurici* [3]), *muriatici* [4]), *phosphorici* [5]) et *pyroligno-* C. cariei humidae.

ac omnia evitare, quae majorem in dentem provocare possunt cruoris adfluxum.

1) Gariot l. c. p. 259. *Planch. V. fig.* 1. 2. — Maury l. c. p. 213. *Planch. XVI. fig.* 1. 2. 4. 5.

2) Fauchard op. c. *T.* 2. *chap.* 5. *Description des instrumens convenables pour opérer en ruginant les dents, lorsqu'elles sont cariées. Planch. XIV.*

3) Dionis *traité d'opération* p. 509. — „*Mr.* Dionis *conseille, lorsque la carie est sur la tablette de la dent, c'est-à-dire, à la surface qui est à l'extremité du corps de la dent, de la cautériser avec l'huile de souffre,*

lignosi [6]); *ammoniae* [7]); lactis *euphorbiae* seu *ficulnei* [8]); *solutionis ferri in acido phosphorico* [9]), *sulphatis chininae in aqua*, *camphorae in aethere sulphurico* [10]); *oleorum essentialium cinnamomi*, *caryo-*

ou de vitriol, dont on porte une petite goutte dans la dent gâtée avec un des petits pinceaux, dont on se sert pour peindre en mignature. . . . J'ose dire que cette pratique est fort dangereuse, parce que ces huiles étant corrosives, elles peuvent exciter, ou augmenter la douleur, en rongeant et en déchirant le tissu de la dent; outre que l'action lente de ces huiles rendroit la douleur plus vive et plus durable: de plus il est impossible de borner l'action de ces huiles, lesquelles se répandent et s'insinuent dans toute la cavité cariée, et n'attaquent pas moins les parties saines, que celles qui sont gâtées. On peut encore ajouter que la salive qui se méle avec elles, devant ensuite se répandre sur les gencives, peut y causer quelque désordre." Fauchard op. c. T. I. p. 161. — Summi viri monita rebus acerrimis in genere quadrare, non est cur moneam.

4) Abernethy *surgical observ. No.* 1.

5) Hirsch l. c. (guttae quinque cum uncia dimidia essentiae myrrhae).

6) Berres *über die Holzsäure und ihren Werth. Wien* 1823. p. 154.

7) Actor theatri Vindobonensis Dupré, cum periculoso hoc pharmaco celebritatem acquisivit. Frangitur inde dens, totiusque oris cavo excitantur phlogoses (Carabelli).

8) Kräutermann l. c. p. 259.

9) Schobelt in Hufeland's *Journ. der pr. Heilk. B.* 21. *St.* 2. p. 157.

10) Carabelli.

caryophyllorum [11]), *cajeputi* [12]) et *tincturae myrrhae*. Potest etiam pars affecta *ferro candente* [13]) (sane non gaz hydrogenio [14])) juxta artis praecepta [15]) *aduri*, si dens caeterum conservari mereatur, si aeger non admodum sensilis, si, teste summo dolore, nervus denudatus; si dens, utpote singula radice dotatus, singulum quoque habeat nervum, aut si plurimarum radicum nervi propter foramen amplum ad partem anteriorem dentis locatum adtingi queant. Ne vero credas applicationem cauterii actualis ad dentem cariosum tam facilem esse, ut contendi solet [16]). Notandum quoque dentem sic tractatum fragilem evadere [17]). De dentium *terebratione* alibi [18]).

5. Dens

11) Christien *Jatroliptik* p. 45.

12) Schendo van der Beck in Act. acad. nat. cur. Vol. I. App. p. 111.

13) Gariot l. c. p. 263. *Planch. IV.*

14) Proposuit chirurgus Florentinus Buzzi, reprobavit Cornelio in *Osservazioni odontalgiche sull' aria infiammabile, o gaz idrogeno.* Cfr. ejusdem op. cit. p. 136. ubi etiam instrumentum pro applicatione gaz tabula aenea excussum exstat.

15) Fauchard op. c. *T. II. chap. VII. De la manière de cautériser les dents.* — Maury l. c. p. 216. *Planch. XV. fig.* 1—4. *XXIII. fig.* 7. *XXIV. fig.* 4.

16) „*On ne doit pas croire non plus qu'il soit aussi facile que l'on dit de détruire les nerfs dentaires par l'application du feu.*" Gariot l. c. p. 263.

17) Carabelli; quocum plane Maury (l. c. p. 214) et Koecker (l. c. p. 426) conveniunt.

C. car. siccae.

5. Dens carie *sicca* [19]) ita laborans, ut habeat introitum fundo cavi angustiorem, utque nec sub ipsa masticatione doleat, *explendus*. Diversae ad hoc adhibentur res ut *cera* una cum gossypio (quotidie renovandae); *massa Sinensium* [20]), *d'Arcet* [21]), *Regnart* [22]), *Anodyna* [23]); *folia*

18) Cap. XIX. §. LXXIX. No. 3. Dentes intus cariosos limâ aperiendos esse docet Plisson *observations sur un nouveau moyen de guérir certaines douleurs des dents. Lyon* 1788. — Cfr. Delmond *mémoire sur un nouveau procédé pour détruire le cordon dentaire des six dents antérieures et éviter leur extraction. Paris* 1824.

19) Carie, inquam sicca, *non* humida. Vere Jourdain (*Réflexions* p. 162): „*Il se fait assez souvent un suintement par la cavité cariée; alors le plomb qui bouchera cette issue obligeant la matière de refluer, il arrivera que la distention sera bien plus violente: de ce reflux pourront naître des fluxions, des abscès, et des accidens bien plus graves, si l'on n'ôte pas le plomb.*"

20) R. Calcis, picis albae ää partem unam. Olei cocos nuciferae q. s. ut fiat massa.

21) Bismuthi partes octo, zinci partes quinque, plumbi partes tres. Fundantur ignis ope et formentur grana. „*Aujourd'hui on se sert d'un métal dur, mais qu'à l'approche d'un fer échauffé à une faible température se met promptement en fusion, et qui se répand de suite, sans occasionner la moindre douleur dans tous les détours de la cavité. Cette nouvelle méthode . . . a l'immense avantage,* 1. *de boucher plus exactement l'ouverture de la dent cariée;* 2. *de présenter à l'extérieur une surface dure et polie;* 3. *de ne donner aucune odeur à la bouche;* 4. *enfin de s'exécuter avec une extrême promptitude et de ne pas occasionner la moindre douleur, la fusion du*

folia auri [24]), *platinae* [25]), *plumbi* et *stanni* [26]). Expletio perfecta esse debet, ne relicto vacuo corpusculis extraneis aditus concedatur. Instrumenta

métal se faisant à une température telle, que si quelque parcelle dans ce moment s'échappe de la cavité de la dent, les parties voisines ne courent pas le moindre danger d'être brûlées, puisque la personne qui subit cette opération ne s'en apercevrait même aucunement." Tavrau l. c. p. 185.

22) Constat ex pastae d'Arcet partibus decem et mercucurii vivi parte una (Regnart *mémoire sur un nouveau moyen d'obturation des dents. Paris* 1818).

23) Pulvis sulphatis calcis (vulgo *plaster de Paris*) cum aqua in massam convertitur quâ dens, prius aquâ tepida elotus, denique solutione acetatis morphinae penicilli ope tactus, ad dimidium repletur, complendo tandem repletionem ope pulveris sulphatis ejusdem et calcis (*Gazette of Health No.* 157. *Jan.* 1829. p. 416).

24) Koecker (l. c. p. 405) aurum reliquis metallis anteponit, et merito sane, quatenus a cibis acidis non solvitur. Verum folia aurea admodum sunt fragilia et dentem iis expletum ob splendorem mox omnibus dum os aperitur denunciant.

25) Carabelli ea prae reliquis metallis adhibere solet.

26) Facilius plumbum denti imponitur et firmius in dente permanet. Praeterea anaesthesiam nervi inducit. Altera vera ex parte dentes inde nigrescunt (quod et de *stanno* valet) et a cibis acidis solutum degluti tumque plumbum nocere posset. — „*On se sert de préférence de feuilles d'étain, telles que les préparent les batteurs d'or; ou mieux, de l'étain de Job, employé par quelques miroitiers pour l'étamage des glaces.*" Maury l. c. p. 222.

menta idonea [27]) sunt *introductorium*, *perforatorium*, *planatorium* et *lima* [28]). Dentes metallorum ope expleti electricitati peculiariter obnoxii dicuntur [29]).

Continuatio argumenti.

6. Methodus dentes carie affectos eximendi, dein plumbo explendi iterumque inserendi [30]) modo derelicta videtur. Sic et luxatio dentium artificialis [31]). Contra praevaluit usus dentes a carie

27) Agyrta et ex sequentibus Koecker verbis translucet: „*On looking over my cases of instruments, while preparing this chapter* (*implements for stopping teeth*), *I find for this operation alone more than one hundred and seventy separate implements ready for use.*“ (l. c. p. 403).

28) Fauchard op. c. *T.* 2. p. 65. *Planche XIV. XV.* — Gariot l. c. p. 266. *Planche II. No.* 3. *Planche IV. No.* 14. — Lafoque l. c. p. 167. *Planche IV.* — Maury l. c. p. 220. *Planche XXI. fig.* 3.

29) Duval *expériences et observations pratiques sur les dents plombées qui sont susceptibles de l'influence galvanique.* — *Revue Juin* 1828. p. 476.

30) „*J'ai entrepris de faire cette opération à plus de* 300 *soldats de l'armée de Flandres . . . J'ai fait aussi cette opération à plus de* 80 *pauvres gens, toutes ces dents subsistent sans causer la moindre douleur: elles étoient si bien raffermies le huitième jour qu'elles coopéroient aux fonctions des autres.*“ Lécluse l. c. p. 8. 9.

31) Hanc operationem jure omissam fuisse, inter alia ex opere Lafoque l. c. p. 140. apparet. — Maury quidem eam non plane rejicit (l. c. p. 227), ast ad paucos casus restringit et pro periculosa declarat, nisi operator fuerit expertissimus.

carie excavatos capsula aurea vel argentea cooperiendi [32]).

7. Dentes carie detenti, dolentes, foetentes, fluxiones habituales provocantes, partes alias in consensum trahentes, vacillantes, reliquis dentibus infensi, masticationem respuentes ideoque plane inutiles, sine ambaginibus eximendi sunt. Evulsio.

CAPUT XIX.

De odontalgia.

§. LXXI.

Definitio. Literatura.

1. Dolor e dente aut e partibus, quae denti proxime circumjacent, emergens, ***odontalgiae*** [1]) obtinet nomen. Definitio.

2. De odontalgia scripsere E. GOECKEL [2]), Literatura.

Ti-

32) Pulcherrima hujus generis specimina apud CARABELLIUM vidi.

1) Ab ὀδούς, dens, genitiv. ὀδόντος, et ἄλγος, dolor. — ITAL. *Dolore di denti.* GALL. *Douleurs des dents; mal aux dents.* ANGL. *Tooth-ach; tooth-ake; an aking tooth.* HISPAN. *Dolor de muelas.* LUSIT. *Dor de dentes.* GERM. *Zahnschmerz; Zahnweh.* BELG. *Kiespyn; Tandpyn.* DAN. *Tandpeine; Tandvee.* SUEC. *Tandvärk.* ISLAND. *Tannverkr edr Pina.*

2) Epitome theoriae practicae de odontalgia, *oder Bericht von dem Zahnweh.* Nordl. 1688.

Timaeus [3]), P. Auzebi [4]), A. Campani [5]), Duval [6]) etc. [7]). — Accedunt dissertationes [8]).

§. LXXII.

3) *A treatise on the tooth-ach. Lond.* 1769. 8.

4) *Traité d'odontalgie. Lyon* 1771.

5) *Odontalgia. Firenze* 1789.

6) *Réflexions sur l'odontalgie, considérée dans ses rapports avec d'autres maladies. Paris* 1803.

7) A. Gilles *la fleur des remèdes contre le mal de dents. Paris* 1622. — Dupont *remède contre le mal des dents. Paris* 1633. — *A treat. on the teeth-ach* 1769. — Lima *plusieurs observations sur un nouveau moyen de guérir certaines douleurs des dents. Lyon* 1788. — *Ueber Kopf- und Zahnschmerz. Braunschw.* 1802. — Albrecht *sichere Mittel gegen das Zahnweh. Hamb.* 1809.

8) Sennertus diss. de dentium dolore. Witt. 1629. — Zeidler diss. de dolore dentium. Lips. 1631. — Lorselius diss. de dolore dentium. Regiom. 1639. — Pauli diss. de dolore dentium. Hafn. 1639. — Strasburo diss. περὶ ὀδονταλγίας. Reg. 1651. — Fr. Hoffmann diss. de odontalgia. Jen. 1652. — Bauhinus diss. de odontalgia. Basil. 1660. — Morbius diss. de odontalgia seu dentium statu naturali sique praeternaturali. Jen. 1661. — Glaubrecht diss. de odontalgia. Argentor. 1766. — Rolfinkius diss. de odontalgia. Jen. 1669. — Conringius diss. de natura et dolore dentium. Helmst. 1672. — Stisser diss. de odontalgia. Lugd. Bat. 1675. — Crausius diss. de odontalgia. Jen. 1681. — Vater diss. de odontalgia. Witteb. 1683. — Planer diss. de odontalgia. Tub. 1685. — Leichner diss. de atrocissimo dentium dolore. Erf. 1688. — Trecurth diss. de odontalgia. Hal. 1688. — Brouver diss. de odon-

§. LXXII.

Doctrinae ordo.

1. De odontalgia, quatenus morborum dentium *symptomate*, saepe quaestio fuit. Restat modo ut de illa, quatenus *morbo per se*, aut saltem *effectu morborum reconditorum*, agamus. Generatim.

2. Doctrinae odontalgiae cupidi respiciant primum notiones de doloribus dentium, quae traditae fuere in capitibus de dentitione prima, secunda et sera [1]); inque iis de dentium elongatione, detrimento [2]), fractura [3]), sordibus, tartaro [4]) et carie [5]). Odont. sympt.

3. Modo

talgia. Leid. 1692. — Langius diss. de remediis odontalgicis. v. opp. Vol. III. p. 76. — Frank diss. de odontalgia. Jen. 1692. — Myrrhen diss. de odontalgia. Giess. 1693. — Ziegler diss. de odontalgia. Ultraject. 1695. — Vesti (Brendel?) diss. de odontalgia. Erf. 1697. — Fr. Hoffmann de remediis odontalgicis. Hal. 1700. — Pacheus diss. de dentium dolore. Basil. 1707. — Heister diss. de dentium dolore. Altdorf. 1711. — Eckinger diss. de odontalgia. Altd. 1718. — Junker diss. de odontalgia. Hal. 1746. — Hilscher diss. de odontalgia. Jen. 1748. — Glaubrecht diss. de odontalgia. Argent. 1766. — Eloy diss. de remediis antiodontalgicis. Vindob. 1772. — Van der Belen diss. de odontalgia. Lovan. 1782. — Grün diss. de odontalgia. Jen. 1795. — N. M. Martel *diss. sur l'odontalgie et les affections qui la simulent.* Paris 1807. — J. Kamienski diss. de odontalgia. Vilnae 1824.

1) Odontalgia a dentitione dentis sapientiae. Plenk. l. c. p. 64.

2) O. a dente detrito. Plenk. l. c.

Odont. morbus. 3. Modo adeant sequentes paragraphos doctrinae illius complementum continentes, videlicet de *odontalgia haemodia;* de *O. rheumatica, erysipelacea et catarrhali;* de *O. sanguinea* deque *odontitide;* de *O. gastrica* et *verminosa;* de *O. arthritica* et *herpetica;* de *O. scorbutica* et *venerea;* de *O. febre intermittente larvata* et *nervea;* de *O. gravidarum* et *nutricum;* deque *odontalgiarum complicationibus.*

§. LXXIII.

Odontalgia haemodia.

Definitio. 1. Molestia singularis dentium, quae a fructibus acerbis, stridulis sonis auditis etc. procedit, quaeque verbis propius describi nequit, *odontalgia haemodia* [1]) nuncupatur.

Literatura. 2. Hujus affectus meminit Hippocrates [2]) memineruntque praecipui de morbis dentium scriptores, nec non Sauvages [3]).

Symptomata. 3. Praeter sensum illum ingratum in dentibus, quem experti solum norunt, salivae etiam augetur

3) O. a coronae fractura. Plenk. l. c. p. 65.

4) O. a tartaro dentium. Plenk. l. c.

5) O. cariosa. Plenk. l. c. p. 67.

1) A Graec. *αἱμωδιάω* obstupesco. Latin. Dentium stupor seu hebetatio. Gall. *Agacement des dents.* Germ. *Stumpfe Zähne, stllige Zähne.*

2) Lib. II. Prorrhet. XXXV. 11. lib. II. de morbis. XVI. 7.

3) Nosolog. method. Class. VII. gen. XVI. spec. 7.

augetur secretio, masticatio impeditur, et os ab adsumtis male afficitur [4]). Nonnunquam perceptio ac si dentes elongati essent.

4. Haemodiae praecipue obnoxii sunt rhachitici hominesque dentibus detritis et systemate nervorum valde sensili instructi. Excitant eam fructus non solum acerbi, ut ribes, cerasa aproniana, uvae immaturae [5]); sed etiam acetum [6]), pharmaca acida, saburrae indolis acido-austerae vomitu [7]), inprimis gravidarum [8]), rejectae; saccharum praesertim candum [9]); calor [10]), frigus [11]), abrasio tartari [12]); sonus stridulus [13]), a tetra- Causae.

 chordo-

4) „*In alcuni ancora si è vedutа l'impossibilità di soffrire in bocca cose acide, il vino, i cibi salati, e per fino il latte medesimo . . .*“ Cornelio oss. p. 139.

5) „Omnis qui comederit uvam acerbam, obstupescunt dentes ejus.“ Jerem. c. XXXI. vers. 31.

6) „Quod acetum dentibus, quod fumus oculis etc.“ Salomon Proverb. c. X. vers. 26.

7) Forestus obs. lib. XIV. obs. 3 (de patritio Delphensi narrans).

8) Duval *dentiste de la jeunesse* p. 75.

9) Sauvages l. c.

10) Ex combustione gaz hydrogenii cauterii actualis loco dentibus admoto. Cornelio l. c.

11) „*Vielfältig fähret es einem kalt in die Zähne, welches* algor dentium *genannt wird, weil sie von etwas kaltem berührt, und heftig alterirt werden.*“ Kräutermann l. c. p. 256.

12) „*Quelques personnes qui ont les dents et les gencives très-sensibles, éprouvent pendant les deux ou même les trois jours qui suivent cette petite opération*

chordone manibus inexpertis tractato, a cultro disco admoto, a subere secto, a cochleis [14]), editus; adspectus rerum aliàs dentium stuporem excitantium [15]) et ipsa denique imaginatio [16]). Dicant dein dentes *sensu* carere [17]).

5. Hae-

une espèce d'agacement . . . dans les dents." Taveau l. c. p. 169.

13) Zwinger fasc. diss. med. No. 1. p. 9. — Stridor quomodo dentes afficiat pulchre pro suo aevo explicasse videtur Fracastorius (Lib. de sympath. et antipath. c. 4): „si sonus ingens ipse sit, commotat organum propter circulationes aëris, tum et virtutem dissolvit, et applicationem tollit, unde et confundi animam accidit et terreri. Similiter et si acutus valde sit sonus et stridulus, applicatio vim patitur, quasi in angusto facta. Tum et membrana auditus quasi icta offenditur; unde contrahitur repente, ac cum ea simul nervuli quidam usque ad radices dentium. In quem locum subito incidens novus aër horrorem quendam circa dentem facit."

14) Ch. Fr. Paullini a cochleis *αἰμωδία*, stupor dentium. Miscell. acad. nat. cur. dec. II. a. 7. 1688. Append. p. 142.

15) Nonnulli hacmodia corripiuntur, dum alios fructus acerbos admordere vident.

16) Qui de esu rerum acerbarum loqui audiunt, praecipue si recordentur se ipsos quondam tales comedisse, haud raro dentium stupore afficiuntur.

17) De dentium sensu testantur Crause diss. de dentium sensu. Jen. 1704. — Hübner diss. de coenaesthesi. Hal. 1794. p. 34. — G. Wedekind *Aufsätze über verschiedene wichtige Gegenstände der Arzneyw.* 1794. p. 1. — Autenrieth *Physiolog.* §. 887. et

5. Haemodiam *odontalgiae* levissimum sistere gradum jam dudum edocti sumus [18]). Diagnosis.

6. Affectum illa constituit fugacem vixque ullius momenti. Prognosis.

7. Nihilominus malum quo citius id fieri potest fugandum. Eluatur itaque mox post vomitum materiarum acerbarum os [19]). Pharmaca acida ope tubi vitrei sorbillanda ac illico deglutienda. Praeterea haemodiae occurrunt masticatio *herbae portulacae oleraceae* recentis [20]); vel *succus* ejus, addito nonnihilo salis, ore retentus [21]). Commendantur et panis recentis medulla, vitellus coctus et induratus, amygdalae et aliae nuces, glycyrrhiza, lac, caseus, ipsaque urina [22]). Nonnulli pannum laneum aut pileum dentibus interponunt et admordent. Cura.

§. LXXIV.

Vernière in *repertoire d'anatomie et de physiologie, par Mr.* Breschet *T.* 4. p. 89.

18) A Sennerto (Lib. II. Pract. P. 1. c. 12) duce Capivaccio.

19) „*O jeunes épouses! qui payéz si souvent par les vomissemens les doux avantages de la maternité . . . ne négligez pas de laver promptement votre bouche après ces instances de crise, si vous voulez conserver vos dents . . . L'abondance de ces eaux qui inondent votre bouche, n'en exige pas moins les ablutions fréquentes; elles contribueront à empêcher que vos dents n'en perdent leur brillant.*“ Duval l. c.

20) Crato consilia No. 63. — Forestus l. c. obs. 9.

21) Conringius l. c. §. 67.

22) „*Alter oder neuer Käs gegessen ist auch gut, Die*

§. LXXIV.

Odontalgia rheumatica, erysipelacea et catarrhalis.

Definitio. 1. Dolor dentium, motum maxillarum (attactum respuentium) impediens, salivae copiosam secretionem eliciens, caussis rheumatico-catarrhalibus ortum debens ac plerumque genarum tumore desinens, *odontalgiam rheumaticam* [1]) constituit.

Scriptores. 2. Hunc morbum graphice descripsit Fa. HOFFMANNUS [2]). Accesserunt C. J. RINGELMANN [3]) et CORNELIO [4]).

Symptomata. 3. Orditur malum modo praeviis doloribus artuum, scapularum et humerorum; modo sternutatione, tussi et cynanche; modoque frigore, calore et inquietudine. Aliàs dentium cruciatus directe et inopinate invadit. Utcunque sit non unus vel alter dens dolore afficitur, sed tota maxilla ejusdem lateris, cum gingivarum tumore et copiosae salivae ex ore profusione. Dolor est nunc

Zähne mit warmen Urin gerieben ist ein herrliches Remedium." KRÄUTERMANN l. c.

1) GALL. *Fluxion sur les dents.* ITAL. *Flussione dei denti.*

2) Med. rat. syst. T. IV. P. II. cap. IX. De rheumatismo odontalgico.

3) *Abhandlung von dem rheumatischen Zahnwehe. Würzb.* 1800.

4) *Statistica odontalgica per gli anni* 1818—1820. *Torino* 1821. p. 9.

nunc acutus, nunc obtusus, semper molestus. Augetur is a partium affectarum motu et attactu. Percipit aeger sensum ac si dentes elongati et hirsuti essent. Sunt revera undique muco flavius-culo obducti. Halitus oris saepe foetens. Gustus depravatus, anorexia, alvus clausa. Dolor a maxilla ad caput, aures extenditur. Musculi faciei et nuchae saepe tensi. Accedunt vigiliae. Pulsus interdum febrilis. Morbo declinante genarum tumor aliquando cum rubore conspicitur. Interdum ipsa parotis in consensum trahitur, non sine deglutitionis impedimento.

4. Feminae frequentius quam mares enarratis malis subjiciuntur. Obveniunt saepius in maxilla superiore quam in inferiore, maxime autem in mandibulis a dentibus cariosis defoedatis. Fieri solent tempore et aëre frigido, praecipue hieme et flante borea. Grassantur haud raro more epidemico [5]); provocanturque a frigore calente corpore suscepto, praesertim manibus et pedibus admotis; a vestium levitate [6]), a lotione capitis [7]), a re- Caussae.

5) Ephem. acad. nat. cur. cent. I. et II. Append. p. 3.

6) „*Je n'oublierai jamais une femme qui, toutes les fois qu'elle alloit le soir avec le costume des graces aux délicieuses promenades de Tivoli ou de Frascati, souffroit le lendemain du mal des dents; trop attachée au plaisir de porter une robe décolletée et sans manches, elle ne vouloit pas y renoncer pour éviter ses douleurs.*“ Duval l. c. p. 85.

7) „*En vain diroit-on que pour ôter toute l'eau, on*

a recisione capillorum [8]). Nec dubitamus odontalgias de quibus agitur saepe mori insano barbam radendi adscribendas esse [9]). Addictae quoque sunt itinera aërea absolventibus [10]).

5. Odon-

essuie bien les cheveux; il en reste toujours assez, pour que la racine ne cesse d'être mouillée, que la transpiration en soit supprimée, et qu'ainsi le cerveau ne soit continuellement humide. Cette expression vulgaire ne fut jamais plus vraie que dans le sens qu'elle est prise ici: deux yeux larmoyans, un nez qui coule, des oreilles qui suppurent, et des fluxions fréquentes sur les dents, tout annonce un excès d'humidité, dont la transpiration supprimée fournit une source abondante." Duval l. c. p. 89.

8) „*On détruit en grande partie un organe utile, et on en expose un' autre aux intempéries de la saison: aussi, après cette manoeuvre indiscrète, a-t-on souvent vu des maux de tête, des foiblesses de la vue, des surdités, les glandes du cou engorgées, des douleurs dans la mâchoire, et les dents sur-tout noires, cariées et très-sujettes aux fluxions.*" Duval l. c. p. 88.

9) J. ab Amelunxen odontalgia a tonsura barbae. In Miscell. acad. nat. cur. dec. II. a. 4. 1685. append. p. 202. — J. H. Hottinger de barba ab odontalgia praeservatrice. Ibid. dec. III. a. 9 et 10. 1701 — 1705. p. 407. — Duval has observationes neutiquam in dubium vocaret (l. c. p. 87), si, quid barba ad faciem ab intemperie aëris tuendam valeat, inter vulgum Rossiae vidisset.

10) „*Avendo io chiesto a madame Blanchard . . . quale impressione le facesse l'aria sui denti ne' suoi viaggi aerostatici, ella mi rispose gentilmente, che la sensa-*

5. Odontalgiam vocamus *rheumaticam*, — ubi morbi sedem in periosteo, dentium radices, cavitates et alveolos ambiente, suspicamur; *erysipelaceam* [11]), — ubi fauces et genae roseo obductae sunt colore; et *catarrhalem* [12]), — ubi membrana mucosa oris et narium cava obducens affecta est. Caeterum ejusmodi odontalgias re ipsa *unum* dumtaxat morbum constituere credimus. Est ille vel *simplex* vel *cariei dentis* junctus; differtque prout in hominibus aut plethoricis, aut biliosis, aut nervosis locum obtinet. Diagnosis.

6. Odontalgia rheumatica simplex tantis quidem doloribus non stipatur ac reliquae odontalgiae species, ast semel perpessa, ex facili et leviori caussa saepe reverti solet. Quod majori adhuc jure de complicata cum carie valet. Haec praeterea maximis tormentis adnumerari potest. Nonnullos prae assidua ejusmodi dolorum vehementia pene exanimatos, immo alios ad insaniam fere redactos vidimus, videruntque alii [13]). Si viros Prognosis.

zione provata da essa e dal defunto suo marito consiste nel soffrire il giorno posteriore alla loro discesa, delle odontalgie fierissime." Cornelio l. c. p. 36.

11) Cornelio l. c. — W. G. Tilesius in Rust's *Magaz. für die gesammte Heilk. B.* 27. *Heft* 1.

12) Odontalgia ex distillatione Schenkii Lib. I. obs. p. 218. edit. 3. — Warenius diss. de catarrho et ejus descendentibus, *odontalgia*, epiphora et otalgia. Rostock. 1663.

13) Salmuth cent. III. obs. 32. — Foresius l. c. obs. 3.

viros hic dolor apprehenderit, acerbius multum affligi solent [14]). Interdum dentis dolores rheumatici, sede mutata, in humeros, brachia et scapulas descendunt. Si erysipelatosi quid lateat, morbus, odontalgiae inflammatoriae instar, ad suppurationem tendit [15]). Generatim *tumor* gingivarum aut genarum illis superveniens, bonus esse judicatur, quod nempe eo obveniente dolor solvitur. Interea nec id perpetuum est, ac dudum jam compertum habetur aliquando dolores cum tumore augeri [16]). Quandoque *ptyalismus* veluti criticus.

Cura. 7. Indicatio est caussam irritantem a dentibus revellere, illiusque temperare effectus. Primum scopum *clystere emolliente* [17]), *eccoproticis* [18]) (vix *pediluviis* [19])), *epispasticis* [20]), *pharmacis*

14) Fr. Hoffmannus l. c. §. VI.

15) „*L'odontalgia risipolosa è una malattia suppurativa che deriva da una florescenza risipolare . . . differisce dal flemmone se non per la sua estesa effusione.*“ Cornelio l. c.

16) Ballonius lib. I. epidem. et ephem. p. 95. — Plater lib. I. obs. p. 875.

17) „. . utpote a cujus applicatione ingens statim dolorum levamentum aegrotantes recepisse observavimus.“ Fr. Hoffmann l. c. §. II.

18) „Huic praedictae intentioni non minus satisfacinnt, quae leni stimulo alvum clemanter subducunt, inter quae, ut in omnibus tam arthriticis quam rheumaticis ita etiam in odontalgicis affectionibus, mannata et ex

macis sic dictis *discutientibus* [21]) et *diaphoreticis* [22]) adtingere studemus: alterum *methodo antiphlo-*

cassia recenti parata . . . praecipuas sibi partes vindicant." Fr. Hoffmannus l. c. §. III.

19) Monet quidem Fr. Hoffmannus (l. c. §. II): „Dein quoque inter ea quae humorum impetum a partibus superioribus ad inferiores invitant, *pediluvia* egregiam operam collocant" — ast magni viri consilium me in *specie odontalgiae de qua agitur* pluries in errorem duxit; unde potius Jourdaino adstipulor (*Réflexions* etc. p. 288) usum pediluviorum pro alio casu reservanti.

20) *Sinapismus* aut *vesicatorium rubefaciens* ad nucham, vel *unguentum stibiatum* retro aures. Rubefaciens ad humerum Celsus (Lib. VI. cap. 9). Piper ad tempora Riedlin (Millenarius No. 823); orbiculus rapae tostae pone aures Gabelchover (cent. III. cur. 35).

21) „Jam quod remedia externa concernit, *sacculi* ex speciebus paregoricis emollientibus, videlicet ex floribus sambuci, meliloti, chamomillae vulgaris, baccis lauri, juniperi, semine carvi, milii et sale tosto parati, qui si tepide applicantur, ex omni remediorum genere securissima sunt. A *suffumigiis* quoque v. g. fumo succini, resinae styracis, benzoes, olibani, gummi elemi, per infundibulum vel linteorum ope dentibus affectis admisso, insigne dolorum levamen secutum fuisse novimus. *Interea tamen non omnes aeque hanc medicationem ferre potuisse*, et in quibusdam graves capitis dolores, hemicraniam, vertiginem, oculorum dolorem pressorium sic excitatos fuisse observavimus." Fr. Hoffmannus l. c. §. VII.

22) „Blandiora tamen et sedativa simul virtute conspicua, e quorum numero electuarium ex roob sambuci,

tiphlogisticâ. In corporibus aetate florentibus et quorum vasa nimio sanguine turgent, *venae sectio* in pede indicatur. Aliàs *hirudines* (ut docebitur [23]) applicandae), *diaeta severa*, *quies fotusque emolliens oris* [24]) sufficiunt. Denti carioso *narcotica* (modo infra commemorando [25]) immittenda, sique haec non juvarent, is *non obstante fluxione* evellendus [26]).

§. LXXV.

Odontalgia sanguinea et odontitis.

Definitio. 1. *Odontalgia*, a congestione cruoris versus dentes orta, *sanguinea* dicitur. Dentis inflammatio, *odontitis* auditur.

2. Af-

admixtis cornu cervi usto, antimonio diaphoretico et nitri aliquot granis, cum aqua florum sambuci propinatum, laudem certe meretur amplissimam, praesertim si repetatur et regimen sudoriferum exactius paulo observetur.“ Fr. Hoffmannus l. c. §. V. — Ego praemissis alvi evacuationibus, *pulverem Doveri* horâ somni exhibere soleo.

23) §. LXXV. No. 7.

24) Decoctum herbae malvae cum lacte tepido. — Albumen ovi, mucilago seminum cydoniorum cum aqua rosarum.

25) §. LXXIX. No. 5.

26) Consentit omnino (Carabelli cum Courtois, ubi ait (l. c. p. 219): „*Lorsqu'une dent est cariée, et qu'elle donne lieu à des fluxions plus ou moins réitérées, le plus court parti et le plus prudent est de s'en défaire, sans avoir même égard à la fluxion, pendant laquelle on peut, sans témérité, faire l'ex-*

2. Affectus ejusmodi, jam dudum noti [1]), praecipue illustrati fuere a HUNTERO [2]) et PLOUCQUETO [3]). Litera-tura.

3. Ingruunt plenitudinis sensu in gingivis cui subsequitur dolor surdus, pulsans, vicissim remittens et invalescens idque praecipue sub regimine calefaciente et ab applicatione rerum acrium. Morbo ad gradum phlogoseos perducto, accedit tumor gingivarum, buccarum totiusve faciei lateris affecti ad palpebras usque extensus. Os vix aperiri potest. Saliva tenax, ductilis, repetitis conatibus exspuitur. Parotis glandulaeque submaxillares et colli volumine augentur. Febris solitis notis inflammatoriis insignita, cephalaea, vigiliae et inquietudo mala complent. Sympto-mata.

4. Quibus ansam porrigunt suppressio epistaxeos [4]), catameniorum [5]), lochiorum [6]), haemorrhoi- Causae.

traction de la dent, et sans craindre d'événement fâcheux à la suite de cette opération."

1) THORNIUS libr. obs. de dolor. dent. 2. p. 113. — VALLERIOLA Lib. V. obs. 3. — FORESTUS Lib. XIV. — J. RIOLANUS Lib. IV. cap. 5. — FAUCHARD op. c. T. I. p. 130.

2) l. c. p. 143.

3) Diss. primae lineae odontitidis sive inflammationis ipsorum dentium. Tüb. 1794.

4) PLENK. l. c. p. 58.

5) FABR. HILDANUS cent. IV. obs. 21. — WEPFER obs. 49. 50. p. 132. 134.

6) MAUR. HOFFMANN in Ephem. nat. curios. cent. X. App. obs. 460.

morrhoidum [7]); alimenta nimia [8]), calor [9]); vitia cordis vasorumque majorum, quae aut sanguinem inconsueta vi in carotides pellunt [10]), aut illius reditum per jugulares impediunt; tubercula pulmonum eundem effectum producentia [11]), irritamenta tandem localia, ut dentes cariosi, plumbo praepostere expleti, vacillantes, incongrue firmati [12]), et artificiales.

Diagnosis. 5. Qui vasa sanguinea conspicua dentes per angusta foramina adeuntia [13]) rimatur, *odontalgiae sanguineae* rationem facile intelliget. Respectu *odontitidis* ad phlogosin, tam acutam quam chroni-

7) Schwerdtner in Commerc. Norimb. a. 1735. p. 174.

8) „Unde is dolor ex nimio alimento domesticus est juvenibus." Gaurinoni consil. 419.

9) „Potissimum vero id observatur in illis, quibus ubi luculento igni diutius adstiterint, aut calidos vapores capite confertim exceperint, protinus odontalgia exacerbatur. Id quod saepius foeminis etiam accidere solet lintea ad usum mundantibus et parantibus." Conringius l. c. §. XXXIV.

10) Jam Thonerus (l. c.) scenam quam *carotides*, utpote a quibus dentes suas arteriolas consequuntur, in quibusdam odontalgiis ludunt, probe perspexit.

11) P. II. Vol. II. sect. I. cap. X. §. XLIV. 3.

12) Forestus (l. c. obs. 5) narrat de sene quodam juvenculae desponsato, qui ut sponsae suae esset gratior vacillantes dentes filo aureo ab aurefice quodam sibi curarat adligari, sed infelici admodum eventu.

13) Hunter l. c. *Plate XII.* — Maury l. c. *Planch. II. fig.* 1. 2.

chronicam [14]), contrahendam parata sunt: *membrana alveolo-dentaria* [15]) (sic odontalgia rheumatica ad dignitatem odontitidis pervenit), *pulpa dentaria* [16]) et *substantia dentium ossea*. Odontitis in dente caeteroquin sano, *simplex;* in carioso, *complicata*. Odontalgiam ab odontitide per dolorem, ibi pungentem, hic distendentem, odontiatrorum princeps distinxit [17]). Limites autem inter *irritationem* et *phlogosin* in locis reconditis statuere, nimis arduum credimus; nisi affectus medendi rationis diagnosin adjuvent.

5. *Odon-*

14) De chronico saltem dentium dolore, quatenus ab anno aetatis septimo usque ad vigesimum sextum durante, COLUMBUS (l. c.) narrat.

15) GALL. *Inflammation de la membrane alvéolo-dentaire, périodontite des modernes.* MAURY l. c. p. 108.

16) *Inflammation de la pulpe dentaire.* MAURY l. c. p. 109.

17) „*L'on souffre assez souvent des douleurs de dents qui sont très-violentes; quoique les dents ne soyent nullement cariées. Ces douleurs proviennent de ce que la membrane nerveuse qui tapisse leur cavité, souffre quelque inflammation; et alors ces douleurs sont distensives. Si cette membrane est abreuvée de quelque serosité acre, ou rongeante, les douleurs sont très-vives. Quelquefois des douleurs semblables dépendent de ce que la membrane qui enveloppe la racine et qui tapisse l'alvéole, est abreuvée et enflammée, de même que les ligamens de la dent, le cordon des vaisseaux et les parties voisines des dents.*" FAUCHARD op. c. T. I. p. 130.

Prognosis. 6. *Odontalgia* enim *sanguinea* facile abigitur; secus *odontitis* [18]). Haec praeterea suos agnoscit *exitus*, nimirum *apostema ad gingivas* [19]), *separationem periostei a radice dentis* [20]) (subsequente istius *necrosi* [21])), *fungum pulpae dentariae* [22]), ejus *ossificationem* [23]) et *hydropem acutum cavitatis dentis* [24]). Parum dentium conditio,

18) „*This inflammation of the tooth often last a considerable time, and then gradually subsides.*“ Hunter l. c. p. 144.

19) Cap. XXIII. §. XCIII. No. 2.

20) Maury l. c. *Planch. XII. fig.* 10 *et* 13.

21) Cap. XXI. §. LXXXIII. No. 8.

22) „*Cette affection ne peut survenir que quand l'orifice du canal de la dent est dilaté par une maladie, ou que ce même canal se trouve accidentellement ouvert: dans le premier cas, la pulpe tuméfiée devient plus consistante et plus rouge; elle forme un cordon plus volumineux que dans l'état naturel, lequel se continue avec la membrane alvéolo-dentaire; dans le second cas, la pulpe tuméfiée paraît extérieurement sous la forme d'une petite tumeur rouge, circonscrite par les bords de l'ouverture de la dent: cette tumeur est ordinairement très-sensible au contact des corps étrangers; chez quelques sujèts, elle durcit et disparoit. On remédie à cette maladie, soit en excisant la fongosité, soit en la cautérisant, soit enfin en faisant l'extraction de la dent, quand les autres moyens ont été employés sans succès.*“ Marjolin op. c.

23) Maury l. c. p. 112.

24) Fauchard l. c. p. 470. *Obs. III. Sur une dent canine, et sur le pus qui s'étoit formé dans sa cavité, lequel fut évacué par un trépan perforatif.*

ditio, *inflammationibus adhaesivis* favet [25]). Nec istis in partibus a phlogosi morbo chronico (e. c. cariei) superveniente, boni quid sperandum [26]).

7. Itaque *resolutio* odontitidis illico auxiliis, minori in gradu etiam odontalgiae sanguineae accommodis, impetranda est. Loquimur de *venae sectionibus* [27]) (alii ipsam *arteriotomiam* commendant [28])); de *hirudinibus* [29]), non quidem Cura.

25) „*We may suppose, according to the general law of inflammation, that it is at first of the adhesive kind, and accordingly we sometimes find the teeth swelled at their ends, which is a character of the adhesive stage of inflammation; and sometimes two fangs are grown together. That we seldom find adhesions between the teeth and surrounding parts, may be reasonably imputed to their less aptitude for such connexions.*" Hunter l. c.

26) „. . *a tooth has not that power of suppuration which leads to granulations, so as to be buried, covered up, and made part of ourselves, as happens to other bones (which would destroy any use of the tooth), the inflammation wears out . . . and leaves the tooth in its original diseased state.*" Hunter l. c.

27) Commendatur a Caelio Aureliano (de morb. acut. et chron. Lib. VIII. Amst. 1709. p. 371), Heistero (*Wahrnehmungen B. 1. No.* 165), la Motte (*chirurgie T. I. chap. 4. obs.* 1) etc. Eam instituere sub lingua (Riedlin curat. millenar. No. 734) in digito (Weber obs. med. fol. No. 13) etc.

28) Riolanus (l. c.) ait: „Notandum diligenter surculus a carotide deductus, qui auris antitragum perreptat,

dem (propter facilem haemorrhagiam [30])) directe gingivis, sed circa partem inferiorem auris et juxta maxillae inferioris margines, vel ad loca e quibus cohibitus sanguinis fluxus restituendus est, applicandis; de *scarificationibus*, non palati [31]), sed gingivarum [32]); de *clysteribus*, *ecoproticis*, *nitro*, reliquoque *regimine antiphlogistico*. Quo sub respectu satis existimamus, si omnia, quae aut irritare aut calefacere possent, evitentur. Ejusmodi conaminibus haud satisfacti plurimi ad *potum aquae frigidae* [33]) ipsamque ad *nivis adplicatio-*

maxillam superiorem irrigaturus, ut singulis dentibus spiritum vitalem suppeditet. Per eum ramum fluxionem in dentes fieri puto, quoniam *eo resecto* miraculi instar sedatum vidi odontalgiam."

29) Schmucker *vermischte Schriften B.* 1. p. 104.

30) Consanguinea ducis supremi exercitus Rossici *Sacken*, gravi odontalgia Vilnae a. 1822. laborans, proprio marte, sibi hirudinem ad gingivam denti molari maxillae superioris contiguam applicari curavit. Haemorrhagia adeo gravis inde secuta est, ut sanguinis libras quatuor amiserit.

31) Severinus, de efficaci medicina p. 56.

32) Plinius hist. natur. lib. XXVIII. c. 12. — Caelius Aurelianus chron. lib. I. c. 4. — Rau diss. de utilitate scarificationis gingivarum in odontalgia etc. App. ad Nov. act. nat. cur. Vol. I. — Instrumenta idonea exarata sunt apud Bell *Lehrbegriff der Wundarzneyk. A. d. E. B.* 3. *Tab.* 9. *Fig.* 11. — K. G. Kühn *phys. med. Journ.* 1800. p. 30. *Fig. D. E.*

33) Qdier *manuel de médecine pratique.* p. 51.

cationem [34]) recurrunt. Saltem, praesente jam partium affectarum tumore, laudatis *emollientibus* standum. Si odontalgia sanguinem et odontitis *cariem dentis* sociam habeant, ejus evulsio, vigentibus illis morbis, neutiquam suadenda [35]). Dentem *hydrope acuto purulento* laborantem, vel frangere [36]), vel terebrare [37]) vel evellere curamus.

34) Aetius Tetrab. II. serm. IV. c. 27. Cujus nivis beneficio pertinacem odontalgiam curatam in milite quodam strenuo observavit Zacutus lib. I. de med. princ. hist. obs. 46. Quibus alia exempla addit Bartholinus lib. de nivis usu. Cap. 25. Cfr. J. Lanzoni de dolore maximo dentium, nive apposita, ablato. In Miscell. acad. nat. curios. dec. III, a. 7 et 8. 1699 et 1700. p. 117.

35) „. . *it becomes an object of consideration, whether it be proper to remove the tooth while that inflammation continues, or to wait till it has subsided. I am apt to believe, it is better to wait even till the parts have perfectly recovered themselves, because the state of irritation renders them more susceptible of pain. The contrary practice might also appear reasonable; for by removing the tooth, it might be imagined that we should remove the cause: but when the inflammation has once begun, the effect will go on independently of the cause; and to draw the tooth, in such a situation, is rather to produce a fresh cause, than to remove the present.*“ Hunter l. c. p. 211.

36) Hemard l. c. p. 72.

37) Fauchard op. c. T. I. p. 169. *chap. X. De la manière de trépaner les dents.* — Jourdain *réflexions*

§. LXXVI.

Odontalgia gastrica speciatim verminosa.

Definitio. 1. Dolor dentium a sordibus vel vermibus primarum viarum, *odontalgia gastrica* vel *verminosa* salutatur.

Literatura. 2. Observationes huc spectantes tradiderunt RIVERIUS [1]), BIANCHI [2]), PAULINI [3]), RAHN [4]), VAN DER BOSCH [5]), VAN PHELSUM [6]) easque collegit PLENK [7]). Aliae accesserunt auctore CORNELIO [8]).

Symptomata. 3. Dolor dentium de quo agitur per plures hebdomadas, incertis periodis, symptomatibus gastricis et verminosis stipatus, graviter affligit.

Caussae. 4. Praeter caussas generales saburrarum et vermium, hîc sacchari aliarumque rerum dulcium esus valere videtur.

Diagnosis. 5. Ex imperio dentitionis in primas vias facile

etc. p. 255. *chap. IX. Eclairsissement essentiel sur un usage particulier d'un porte-équarissoir de mon invention.*

1) Observ. cent. IV. obs. 31.

2) Histor. hepatica. P. III. p. 513.

3) Ephem. acad. nat. curios. dec. II. a. 5. app. 21.

4) Diss. mirum inter caput et viscera abdominalia commercium. Gotting. 1771. p. 54.

5) Histor. constitut. epidem. verminos. p. 146.

6) Histor. ascarid. patholog. p. 202.

7) l. c. p. 60. Cfr. DEDERICO VERGENS diss. de sympathia inter ventriculum et caput §. 6.

8) *Statistica odontalgica per l'anno* 1817. *Torino* 1818. *p.* 30.

facile intelligitur, quo pacto saburrae et vermes odontalgiam excitare possint. Nec credimus consensum ejusmodi unis nervis adscribendum esse; fieri enim posset ut plethora cephalica, ab impedito circuitu cruoris per viscera abdominalia orta, scenam simul luderet. Saltem pluries nexum inter *haemorrhoides* et *dentium dolores* observavimus.

6. Quomodocunque res se habeat, odontalgiae gastricae et verminosae ita constitutae sunt, ut ipsis evacuationibus spontaneis et accidentalibus per vomitum et alvum facile cedant [9]). Prognosis.

7. Eo

9) Riverius se ipsum acerbissima odontalgia afflictum fuisse narrat (l. c.); cum vero frustulum tabsci adeo diu masticaverit, donec vomitu alimenta cum multa pituita ejecerit, intra bihorium dolorem evanuisse. — Greulichius in muliere odontalgiam per plures hebdomadas incertis periodis affligentem observavit, quae mox sopiebatur, postquam cum insolitis urgentibus secessibus et vomitibus amarissimus humor rejectus esset (Bianchi l. c.). — Neuhold (l. c.) de comite scribit, qui vesperi versus somnum in dolorem dentium fere intolerabilem incidit, cum vero circa mediam noctem dejectio alvina laxior, dein copiosior cruditatis biliosae vomitus supervenisset, dolor, ut subito accessit prius, sic subito iterum recessit. — Paulini (l. c.) refert de virgine, quae cum conspexisaet pilulas, quas ipse carioso dentis cavitati immittendas paraverat, horruit, nauseavit, vomuit, et finito vomitu omni dolore libera erat, ita ut pilulis illis non indigeret. Van Phelsum (l. c.) virum vidit,

Cura. 7. Eo certius itaque *emeticis* [10]), *purgantibus* [11]) et *clysteribus* [12]) illae debellari poterunt [13]).

§. LXXVII.

Odontalgia arthritica et herpetica.

O. arthritica. 1. *Odontalgia arthritica* seu *odontagra* est odontalgia, quae ex caussa arthritica ab articulis aberrante oritur. Ejus meminerunt Strobelberger [1]), Sebezius [2]), Pasch [3]), Musgrave [4]) et Plenk [5]). Acerbissimus morbus obvenit periodice circa tempora aequinoctialia, mediaque hieme et

qui per duas hebdomadas odontalgiam pertulerat; plurima remedia post evulsos binos dentes incassum tentaverat, expulsis vero innumeris ascaridibus statim levabatur.

10) Diemerbroeck obs. et curat. C. No. 23.

11) Celsus Lib. VI. c. 9. — Diemerbroeck l. c. No. 2.

12) Eph. acad. nat. cur. cent. X. App. p. 460.

13) „. . . *non poche persone mi sono capitate in quest' anno . . . con dolori di denti, i quali non cedevano ai medicamenti . . . conosciuti efficaci in ogni altra odontalgia . . . somministrando ad essi sollecitamente l'emetico ed altri rimedii opportuni a dissipare le infezioni esistenti nelle prime vie, cessava ad un tratto l'odontalgia.*" Cornelio l. c.

1) Tractatus de dentium podagra seu odontalgia. Lips. 1630.

2) Part. II. manual. med. pract. sect. IV. c. 15.

3) Op. c. p. 87. 4) De arthritide cap. IV.

5) l. c. p. 59.

et aestate. Aggreditur homines aetatis provectiores ac interdum jam semi-edentulos. Societatem init cum tartaro dentium, nexumque habet cum aliis affectionibus arthriticis et saepissime cum *sudoribus habitualibus* pedum et axillarum *suppressis*. Sicuti dentitio prima facile in hydrocephalum transit; ita odontalgia arthritica in apoplexiam [6]). Curatio exigit revocationem in loca consueta. Conducunt maxime *pediluvia acria calida* (ea tamen cautela adhibita ne aquae vapor faciem adtingat) et *fonticuli ad brachia* [7]). Evulsio dentis, nisi caeteroquin cariosi, nil juvat, nam morbus de dente in dentem migrare tandemque vacuos etiam *alveolos* eligere solet.

2. *Herpes rodens*, sicuti labiis [8]) et gingivis infensus, ita et dentibus [9]). Dirissimi inde nascuntur cruciatus, *odontalgiam herpeticam* constituentes. Ejus cura ex therapia herpetis intelligitur. Quam impetiginem nihil securius a denti- O. herpetica.

6) „*Ich sahe bey einer Frau von dem durch Theeresenz zurückgetriebenen Podagra das heftigste Zahnweh entstehen, welches sich nach zwey Tagen mit einem Schlagflusse endigte. Sie ist wieder genesen, nachdem das Podagra an seine vorige Stelle zurückgekommen war.*“ Pasch l. c.

7) Riedlin obs. millenar. No. 415.

8) Cap. I. §. III. No. 2.

9) Odontalgiae virginis proceris Vindobonensis meminit Carabelli, septem annos durantis, a herpete boracia ope fugato, ortae.

dentibus revellit et ad cutim rursus determinat, *balneis muriaticis* [10]).

§. LXXVIII.

Odontalgia scorbutica et venerea.

O. scorbutica.

1. *Odontalgia scorbutica*, a FAUCHARD [1]), FR. HOFFMANN [2]) et SAUVAGES [3]) egregie descripta, diatheseos scorbuticae plus minusve evidentis sistit symptoma. Incipit pruritu gingivarum, cui succedit earum tumor, a levi tactu cruentatio, foetor, anhelitus; mox gingivae atro-rubrae, molles, spongiosae, dein fungosae putridae evadunt (*stomacace scorbutica* [4])); praecessere faciei pallor et levis tumor, lassitudo, labiorum, caruunculae lacrymalis virescentia, genuum stupor et debilitas aliaque scorbuti signa. Dentes autem nigrescunt, gingivis denudantur, mobiles evadunt, et facile ac sine dolore labuntur, accedit etiam non raro dentium et ossis maxillaris caries cum fistulis, haemorrhagiis, et praeter pruritum quan-

10) Ea loco *Ischl* CARABELLI extollit.

1) Op. c. T. I. p. 264. *Chap.* 12. *Des mauvais effets que le scorbut produit sur les dents, sur les gencives et même sur les os des mâchoires. Opération convenable pour traiter les accidens causés par cette maladie.*

2) Med. ration. system. Pars V. cap. I. obs. VII.

3) l. c. spec. 4. — Ad verbum ejus usus sum descriptione.

4) Quatenus morbus infantilis. Cfr. Cap. XXXVI. §. CXLI. No. 1.

quandoque intolerabilem, a quo mali labes incipit, *dolores etiam vividi non raro accedunt* [5]). Praeter remedia generalia interna, hîc maxime necessaria, sunt et alia adhibenda topica [6]), ac 1° quidem, ad prophylaxin, post quemlibet pastum colluendum est os aqua cinnamomi hordeati; alii vinum rubrum, quo balaustia decocta sint, suadent. 2° In odontalgia forficibus rectis vel incurvis detondendae sunt sigillatim inter singulos dentes gingivae tumentes, et sanguis exprimendus, quod nedum dolorem excitet, pristinum compescit, dein melle rosaceo, vino calido, detergendae gingivae; si cultrum renuat aeger saltem dentiscalpio acuto tundendae sunt gingivae atro rubrae, tumentes, ut cruorem fundant. Si caries vel exulcerationes accedant, colluatur os saepius in die cum decocto foliorum hyssopi, salviae, cochlearеae, roris marini, sysimbrii aquatici in vino albo aquato, additis aliquot drachmis spiritus ardentis cochlearеae. Sunt qui spiritum salis marini vel etiam vitrioli cum trigecuplo aquae

5) „*Ce mal cruel ébranle les dents, les déracine, les rend chancelantes, et leur cause des caries, d'où il s'ensuit qu'elles sont en danger de se détacher totalement, ou en partie, ce qui arrive souvent. Tous ces ravages ne se font pas sans faire souffrir au malade des grandes douleurs, que l'on doit appeller pour lors des douleurs scorbutiques.*“ Fauchard l.c.

6) R. Fr. Oveloün odontalgiae scorbuticae curatio. Nova acta acad. nat. curios. T. II. p. 181.

aquae rosarum et plantaginis ad collutorium adhibent; alii guttas spiritus salis paucas melli rosaceo admiscent, quo labia ulceraque gingivarum illiniunt, vitatis dentibus. Ego vero succum limonum et aurantiorum his omnibus antepono, ejusque loco folia cochlearеae, sysimbrii aquatici, acetosae etc. masticanda saepius in die suadeo." — Prodest interdum solutio viridi aeris in vino, addita aqua salviae, quod pharmacum mediante penicillo ex linteo carpto confecto aegri gingivis frequentius de die applicant [7]).

O. venerea.

2. Odontalgia e syphilide pullulans *venereae* nomen obtinuit [8]). Morbus hic vix per se, sed solum ut symptoma cariei aut exostoseos venereae alveolorum, maxillarum [9]) et palati, vel ut effectus transplantationis dentis contagio venereo contaminati [10]) obvenit. Constat praeterea affectiones rheumaticas in corpora syphilide contaminata incidentes, dentibus fatales esse [11]), inprimis

7) Roper et Gasto diss. de salivatione critica. In Halleri collect. disput. pract. T. I. p. 459.

8) Plenk l. c. p. 59. 9) Cap. XXII. §. LXXXIX.

10) Meckel diss. an morbi qui dentium translocationem sequuntur, venerei sint, nec ne? Halae 1792.

11) Ad illustrandum quantum aëris injuriae, ad caput admissae, in affectibus venereis ad fauces derivandis valeant, sequens exemplum adducit Büchner (diss. cit. p. 32): „Virgo tenerioris corporis habitus, duodeviginti annorum, sanguineo-cholerica, contracto per vitae morumque vitia fluore albo maligno, ultima

primis si eorum tunc suscipiatur evulsio [12]). Ne vero syphilidi adscribamus, quod *mercurio* [13]), tribuen-

antumni tempestate tum pluviosa, tum ob boreales ventos maxime infesta, iter quinquaginta circiter milliarium cursu publico vehiculari facit et totis noctibus diebusque multas tempestatis iniquitates, sola tamen facie, perfert, utpote universo reliquo corpore vestimentis satis munito. Convecto vix itinere gingivae faucesque maxime dolere atque intumescere incipiunt, dentes, quos nitidissimos habuit, livore atque nigredine inficiuntur, et demum passim carie arroduntur. Paucis: intra duarum hebdomadarum spatium quatnor dentes molares a carie penitus exesi, gingivae putridio ulcusculis obsitae, et ipsa ossa palatina graviter arrosa fuerunt, antequam paene de medicatione his malis opponenda cogitari potuit. Quam celerrimam miasmatis venerei ad os diathesin eoli aëris in faciem iniuriae adscribendam judicamus."

12) „Evulsio dentium in hac specie est admodum periculosa, anginam inflammatoriam et mortem causare potest." Plenk l. c. p. 60.

13) „*Der Gebrauch des Quecksilbers bey der Lustseuche verursacht öfters Zahnschmerzen, es mag nun seyn, dass die Zahnaderschnur von Feuchtigkeiten vollgepfropft ist, oder der Zahnnerve von dem zufällig wackelnden Zahne gezerret wird. Hier sind Mittel nöthig, welche die Feuchtigkeiten von dem Munde wegleiten, und die Macht des Quecksilbers brechen; erstere sind durch den Stuhlgang, Urin oder Schweiss abführende, letztere die involvirenden. Der Nebengebrauch des Kamphers, wie auch aller schleimigter Mittel entnervet das Quecksilber, man lässt dabey öfters einen laulichen Holztrank eine Zeit lang im*

tribuendum est. — Odontalgia venerea juxta generalia praecepta syphilidi medendi curanda [14]). — Cura odontalgiae mercurialis ex supra dictis [15]) eruenda.

§. LXXIX.

Odontalgia febris intermittens larvata. Nevralgia dentaria.

O. febr. int. larvata.

1. Dolor dentium et alveolorum [1]), ut morbus acutus periodicus decurrens, si annua constitutio febribus intermittentibus alioquin non fuerit aliena, *febris intermittentis larvatae odontalgicae,*

Munde halten, den schmerzenden Zahn aber unberührt. Ich muss diese so nöthige Erinnerung beyfügen, dass man sich niemals unterfange bey solchen Personen einen Zahn, und sollte er noch so sehr angefressen seyn, deswegen auszuziehen, es folgen fürchterliche Entzündungen des Zahnfleisches und des Halses, ein noch viel grösserer Zufluss geschieht an diesen Theilen, und die Anschwellung der Drüsen des Halses, der Luftröhre verursacht dem Kranken eine höchst gefährliche Bräune." Pasch l. c. p. 91.

14) P. IV. Vol. II. sect. I. Tract. de syphilide. — Plenk (l. c. p. 59) monet: „Tum lues ipsa, tum mercurius ad curandam luem adhibitus, non raro dentium dolorem adfert. In utroque casu purgantia conveniunt, dein emulsio ex gummi arabico, balnea et decocta lignorum praescribantur."

15) Cap. VI. §. XXVIII. No. 8.

1) J. Fr. Consbruch de gravi et periodico dolore in dentis evulsi *alveolo*, cortice peruviano discusso. In Nov. act. acad. nat. curios. Vol. V. p. 86.

eae, a Tortio [2]), Stollio [3]), Tissoto [4]), Plenkio [5]) aliisque [6]) descriptae, omni jure movet suspicionem, ideoque, praemissis praemittendis, *cinchona* curandus. Ne vero credas omnes *odontalgias periodicas*, inprimis chronicas, ejusmodi esse generis; aliàs enim eundem plane errorem committeres, ac si epilepsias, asthmata etc., ob id quod per intervalla recurrunt, indiscriminatim ad febres intermittentes legitimas revocares [7]).

2. Si-

2) Therapeut. special. p. 438 (Monialem quandam ab odontalgia, quae quotidie stata hora revertebatur, neque repetitis venae-resectionibus, purgantibus, revulsionibusque cedebat, cortice peruviano liberavit).

3) Rat. medend. P. III. p. 95 („Hoc mense (Januario) odontalgiae frequentes fuerunt, quae primo continuae erant, dein remiserunt, ita, ut interdum vix et mitissime, atque per vices affligerent, noctu vero crudelissime aegros excruciarent, donec sub auroram denuo miteacerent: nil profuit, nisi, praemisso solvente salinoque remedio, cortex peruvianus; qui minori dosi et citius has odontalgias compressit, quam aliàs intermittentes comprimere").

4) *Avis au peuple* §. 142. 5) l. c. p. 66.

6) Richter *chir. Biblioth. B.* 1. *St.* 3. p. 23. — Amburger *med. Wochenblatt* 1784. *No.* 41.

7) „*It happens frequently that a tooth-ach returns ad stated intervals, and has the same remissions as are observable in intermittent fevers. The very idea of intermission and that of giving bark are so intimately connected in modern practice, that I have a hundred times seen an intermittent tooth-ach treated*

Nevralgia dentaria.

2. Sicuti dolor in genere, ita odontalgia in specie sine nervi affectione cogitari nequit. Verum aliud est si nervus denti a caussis extrinsecis

with this medicine for several months, which has afterwards been cured in three minutes by the extraction of a cariated tooth. I will not presume to say, that an intermittent fever has never shewn itself under this form, independent of any topical disorder of the pained teeth; nor will I pretend to explain, why the aching of a carious tooth should cease and return at stated intervals. But I can safely affirm, that I never heard of a lasting intermittent tooth-ach cured by the bark, nor have I seen one instance where the pain could not be referred to some more probable and demonstrable cause, than that to which it is generally attributed; and I have cured numbers, where the bark had failed, by extracting a cariated tooth, sometimes in the seat of pain, at other times in the opposite jaw, or at a considerable distance in the same jaw. Nor do I think that an intermission, and regular approach of pain, at stated intervals, is a singular appearance or probable indication of that species of fever which is cured by bark: for in the human system nature universally affects stated periods of operation, and seems to be led remarkably by habit. Thus we grow hungry and sleepy at stated hours: epilepsies and madness, and some hysteric fits return regularly: thus the asthma, whooping-cough, and hectic fever are most violent at stated hours: thus wounds give most pain, and disorders in general grow worse towards the evening: then why may not the pain of a carious tooth observe some order in its recess and return?" Bendmore l. c. p. 175.

cis sensus morbosi dumtaxat instrumentum sistit, aliud si caussam doloris includens ipse aegrotat. Hîc etenim genuina *nevralgia* coram habetur, dentium illa, etiam *odontalgia hysterica* [8]) nuncupari solet, quatenus hystericis maxime familiaris. Extenditur autem in universum ad homines systemate nervorum praeter modum sensili instructos, concurrentibus noxis subitilissimis, ut animi pathematibus, electricitate, ignotisque corpus humanum ambientibus vel ex eo proficiscentibus conditionibus, quondam ex parte a veneficio et incantatione repetitis [9]). Dentibus integerrimis, dolor summus, plane intolerabilis, mox continuo, mox per intervalla circa illorum unum vel alterum urget. Quo tempore aeger sic patitur, alia nervorum mala compesci solent, cessatâ odontalgiâ illico reditura [10]). Interea vires aegri decre-

8) Raulin de morbis vaporosis p. 25. — Pomme *Abhandl. von hyst. und hypochondr. Nervenkrankheiten beider Geschlechter.* p. 139.

9) Hieron. Jordan. liber de eo quod divinum est in morbis humani corporis. Conrinoius l. c. §. 52.

10) Virgo hysterica Vindobonensis extemplo in odontalgiam eam ad desperationem usque angentem incidit. Dentes erant optime constituti. Accersiti fuere Pater meus et odontiater Lavran. Hic utpote cariem dentis cujusdam minus nitidi suspicatus, ejus evulsionem proposuit; cui conamini obstitit J. P. Frank contendens odontalgiam plane esse nerveam. Ac re quidem vera, quo tempore circa hoc argumentum dispu-

decrescunt, ventriculi functiones laeduntur et animi irritabilitas extollitur. Tandem morbus, aliquando per menses et annos protractus, aut, aeque incomprehensibiliter ac advenit, cessat, aut, in passiones carcinomaticas mammarum, uteri, hepatis etc. [11]) transit. Ecce illius nexum cum *dolore* FOTHERGILLII [12]), a quo respectu dumtaxat sedis differt. Nevralgiae dentariae *curatio* exigit *auxilia dolores sedantia*, *ignotam conditionem morbosam nervorum corrigentia*, *functionibus ventriculi prospicientia*, *viresque vitae sustinentia*.

Auxil. dolores sedantia.

3. Ad auxilia in neuvralgia dentaria (aeque ac in dentium carie) scopo *dolores sedandi* adhiberi solita, spectant: *opium* [13]), *hyoscyamus* [14]),

tabatur, en accessus convulsionum, quorum ingressus mox dentium dolori finem imposuit.

11) *Jactura tactus* lateris sinistri corporis ex odontalgia observata est a MARCET (*Med. chirurg. transact. Vol.* 2. 1813).

12) P. II. Vol. I. sect. II. cap. VI. §. XXX. No. 10. — Cf. DUVAL *sur quelques affections douloureuses de la face, considérées dans leur rapport avec l'organe dentaire* 1814.

13) Adhibetur *interne*, *ad dentem cariosum*, et *externe*. Medici sevi nostri, dolores maxime a phlogosi repetentes, eosque evacuationum cruentarum ope sedare intenti, *opium*, misericordia Divina, hominibus summis doloribus excruciatis, largitum, aut negligunt, aut sub formis a luxuriante chemiâ suppeditatis exhibent; unum et alterum cum damno vel periculo aegro-

mus [14]), *nicotiana* [15]), *olea essentialia caryophyllorum* [16]),

torum. Ad me quod spectat *opio simplici* sto; illiusque adultis odontalgiâ saevâ, sine plethora et saburris laborantibus granum unum vespere ori admendum praescribo. Denti autem carioso, dolentissimo, prius mundato, granum unum extracti opii vinosi introduco. Maury (l. c. p. 137) sequenti utitur formula: „*Opium thébaique demi gros. Huile de jusquiame un gros. Extrait de belladonne, de camphre de chaque six grains. Huile de cajeput, teinture de cantharide de chacune une once, six grains (!). Faites selon l'art un opiat.*" Et Carabelli: R. Opii puri, extracti hyoscyami ãã grana quinque. Pulveris radicis pyrethri grana decem, olei caryophyllorum guttas octo. M. f. pilulae ponderis grani unius; quarum una denti carioso immittitur. Ipse usum vulgatissimum laudanum liquidum Sydenhami gossypii ope suscipiendi et denti introducendi quammaxime reprobat, non quod dolores inde non sedentur, sed quod illud dentibus omnibus interitum minetur. — Deficiente dente carioso odontalgiam nerveam sequenti *emplastro* tempori vel retro aurem lateris adfecti adponendo aggredimur. R. Emplastri diachyli cum gummatibus drachmam semis. Pulveris opii grana decem malaxentur et extendantur super alutam. — Caute respectu opii doseos incedendum, ne nobis contingat, quod a Lorry (*recueil périodique* 1756. p. 74) enarratur, de femina videlicet, cui *emplastrum opiatum*, tempori ad sedandum dentium dolorem impositum, furorem cum spasmis creavit, quae mala non prius cessarunt, quam remoto emplastro.

14) Radicem vel in posca, vel in vino, addito salis tantillo, coctam ore contineri jubet ad dentium dolo-

lorum [16]), *cajeputi* [17]), *carabus chrysocephalus* [18]), *chryso-*

rem tollendum, Celsus (Lib. VI. cap. 9). Temerario consilio plebs ad sopiendam odontalgiam fumum foliorum combustorum haurit. Inde terribiles convulsiones subsequente lipothymia mortis aemula observavi, et non quidem in Rossia, ubi illam ethodus vulgata ascitur (Gmelin's *Reise durch Russland B. I.* p. 8), sed Vindobonae in nosocomio civico a. 1798. aegrota fumum hyscyami instar nicotianae tubi ope hauserat. — Utor in nevralgia dentaria aut *oleo hyoscyami* cocto pro frictione mandibulae inferioris, aut emulsione sic parata. R. Seminum hyoscyami nigri grana quindecim. Amygdalarum dulcium decorticatarum et sacchari albi ää drachmas duas. Terantur invicem et assidue affundendo aquae simplicis q. s. ad colaturam unciarum sex, tribus vicibus, interposita semper horâ, hauriendam.

15) Pallu, an dentium dolori conferat tabacum? Turonib. 1642. Sane sub fumi hausti forma, in hominibus ei haud adsuetis, qui caeterum facile inde vomunt et animo linquunt.

16) Praeter quam quod denti carioso gossypio inditum *cariem* arcet, *dolorem* etiam sedat. Cfr. Conradi in Arnemann's *Magazin B.* 1. p. 161.

17) Gossypio instillatum et eroso dente inditum, in odontalgia a carie fascini instar dolorem sedat. Cfr. Goetzius in Commerc. Norimb. 1731. p. 5. Sufficit interdum ut gingivis eodem modo admoveatur. C. P. Thunberg in *Vetensk. Acad. nya Handl.* 1782. *No.* 4.

18) R. Gerbi *storia naturale d'un nuovo insetto. Firenze* 1794. — Carradori in Bruonatelli *giornale fisico-medico T. I. No.* 1. — Lehmann diss. sistens catalogum coleopterorum. Goett. 1796. In-

chrysomela septempunctata sive coccionella [19]), *cynips rosarum* [20]), acria ut *radix anthemidis pyrethri* [21]), *semina delphinii staphisagriae* [22]) *ustio* [23]), *trepanatio dentis* [24]), ejusque *excisio* [25]).

4. *Ner-*

secta ejusmodi (et cantharides) vel eorum larvae, tritae digito vim, diu inhaerentem impertiuntur, tactu dolores sedandi. Experientia hic destitutus, taceo.

19) Digito conterenda, quo dentes tangantur. Hirsch in *Salzb. med. chir. Zeitung* 1798. *B.* 3. p. 303. *Med. Nationalzeit.* 1798. p. 650. *Journal der Erfindungen No.* 29. — *Tincturam coccionellae septem-punctatae* a Sauter (Hufeland's *Journ. der pr. Heilk. B.* 14. *St.* 2. p. 108) commendatam, a decem ad viginti guttas interne sumendam aliquoties cum successu adhibui.

20) Hirsch in Hufeland's *Journ. der pr. Heilk. B.* 9. *St.* 4. p. 141 (Larva contrita, gingivis affricta).

21) In aceto cocta tam denti carioso introducitur, quam ori colluendo adhibetur, quod prudentiam exposcit, nam de re agitur acerrima.

22) Haud securum remedium! Illud consilio Dioscoridis (M. m. lib. IV. cap. 156) aceto coctum adhibuit in se ipso Schulzius (Mat. med. p. 435) tantam autem odontalgiae exacerbationem sensit, ut vix mentis compos persisteret.

23) Praeter ustionem dentis cariosi cavitatis, et *moxa* ad tempora proposita est. Blancard collect. med. phys. cent. II. No. 24. cent. V. No. 60.

24) Fattori *nuova maniera di curare l'odontalgia. Antologia No.* 41 (*Un trepano ad arco colla punta del quale si recide il nervo dentario*). Species aco-puncturae.

25) „*L'excision des dents, que Mr.* Fay, *dentiste américain, pratique en ce moment avec succès à Londres,*

Nerv. condit. morb. corrigentia.

4. *Nervorum conditionem morbosam*, quatenus nevralgiae dentariae ignotam caussam *corrigere* studemus, nervos contiguos, narium videlicet et aurium, *errhinis* [26]) *aliisque modis* [27]) *irri-*

consiste à couper, avec des pinces très fortes (Planch. XX. *fig.* 1. 2), *les dents à leur couronne. Ces pinces sont droites ou courbes, et leurs mors sont si tranchans, qu'avec ces instrumens on peut exciser les dents les plus grosses sans les faire éclater. . . . . La plupart des meilleurs dentistes de Londres désapprouvent l'excision des dents, parceque, disent ils, le nerf n'étant pas entierement detruit par cette opération, la moindre impression du froid ou du chaud, ou le plus leger contact, suffisent pour produire les douleurs les plus aiguës . . . . nous pensons au contraire, que c'est un assés bon moyen d'éviter l'extraction des dents, et que sur vingt cas qui exigeraient cette dernière opération, il y en auroit plus de la moitié dans lesquels on pourrait tenter l'excision des dents à leur couronne, sans aucune espèce de danger, pourvu, toutefois, que cette opération ne soit pas faite avant l'age de vingt à vingt-cinq ans, parce qu'à cette époque de la vie le canal dentaire a pris un rétrécissement assez considérable pour ne laisser qu'une très petite ouverture après l'excision.*" Maury l. c. p. 252. — Lege de hoc argumento: *A description of the mode of using the forceps invented by Mr.* Fay *for the extraction and excision of teeth. Lond.* 1827.

26) Naribus *betonicam* immittendo (Borellus cent. III. obs. 8); — *saccharum* (Riedlin lin. med. 1695. p. 223); — *solutionem euphorbii* (De Heyde obs. 94); — *succus radicis recentis iridis pseudo-acori L. seu*

irritando; — ipsos nervos affectos *electricitati* [28]), *galvanismo* [29]), *magneti* [30]) et *magnetismo animali* [31])

acori palustris vel vulgaris Pharm. (Gallette l. c. praeeunte Buchan *médecine domestique*) etc. iisque *ammoniam* admovendo (Reil *Fieberlehre B.* 4. p. 208).

27) *Auribus* introducendo *Balsamum* (Cael. Aurelian. p. 374); — *bursam pastoris* (Borellus l. c. obs. 27); — *succum petroselini* (medicina experim. Dighaeana p. 98); — *spiritum Bezoardicum Bussi* (Lange Miscell. veritat. p. 74). Cave autem ne ope istiusmodi rebus dentium dolori, illum aurium pejorem substituas.

28) *Paralysie, mal de dents, surdité guérie par l'électricité. Mém. de Paris a.* 1753. *Hist.* p. 77. — Benj. Lentin *Bemerkungen von der Wirkung der elektrischen Erschütterung im Zahnweh* 1756. — Sigaud la Fond *de l'électricité médicale* p. 496. — Bertholon de St. Lazare *Anwendung der Electricität B.* 2. — Hemmer in Comment. acad. Palat. Vol. V. No. 11. — Hunczowsky *med. chir. Beobachtungen* p. *XXXV. Wien* 1783. — Wohlrab, *Erfahrungen über die Wirkungen der Electricität* etc. v. Kühn *neue Erfahrungen.*

29) Ritter in Hufeland's *Journ. der pr. Heilk. B.* 17. *St.* 3. p. 40. — Greiner in *Annalen der Heilk.* 1811. *Febr.* p. 124.

30) De la Condamine in *Journal de méd. T.* 27. p. 265. — J. G. Teske *neuer Versuch in Curirung des Zahnschmerzens vermittelst eines magnetischen Stahls. Königsb.* 1765. — Glaubrecht diss. analecta de odontalgia ejusque remediis variis, praecipue magnete. Argent. 1766. — Thouret *observation sur les vertus de l'aimant dans la douleur des dents. Hist. et*

mali [31]) *subjiciendo; — imaginationem feriendo* [32]);

mém. de la soc. de médec. de Paris a. 1776. *Hist.* p. 281. — Ibid. a. 1779. p. 594. — Pasch l. c. p. 98—102. — Klaerich et Weber in *Hannover. Magaz. B.* 3. p. 397. 865. — Ch. A. Becker *der mineralische Magnetismus und seine Anwendung in der Heilkunst. Mühlhausen* 1829. — Interea ait Laforgue (l. c. p. 77): „*J'ai mis en usage les aimans de l'abbé Lenoble et ceux de Pelletier: je n'ai obtenu aucun bien de leur application.*“

31) Pluries levamen saltem pro tempore inde obtinui. Idem accidisse videtur in sequenti observatione Cardani (lib. IIX. de rer. variet. cap. 44. p. 572. edit. Basil. minor): „Nuper cum haec scriberem, inquit, dolor acerbissimus duos ultimos maxillae sinistrae superioris dentes vexabat: unde consensu quodam, et alios omnes superiores ejus partis dentes affligebat, et maxillam totam adeo ut os excuti videretur: tum etiam oculum et aurem, et nasi partem eandem vehementer urgebat, nec ullo auxilio abscedebat, sed intermittens quandoque revertebatur. Dextra manu dentes apprehendebam, distrahebam, nil proficiebam. Tandem casu aliquo inveni, quod ubi sinistra manu leviter apprehendissem dentem qui magis vexabatur, ita ut pollice partem exteriorem, indice interiorem comprehenderem, statim non solum dolor illius dentis, sed et totius partis sedabatur. Illud vero mirabilius, quod quanto lenius tangebam, tanto celerius ac perfectius dolor sedabatur. Fiebat autem sedatio haec confestim: et hoc cum rediret dolor, saepius plus quam vices sum expertus, donec sic sponte abscessit, et liberatus sum.“ Cfr. Schelhammer diss. de odontalgia, tactu sananda. Kilon. 1771.

do[32]); — *animum commovendo*[33]) *sensumque gratum excitando*[34]).

5. Vi-

32) Quot odontalgiae ex conspectu odontiatri, ad dentem evellendum, accersiti cessant! cessant interdum ex viso medicamine (Paullini in Misc. acad. nat. cur. dec. II. a. 5. 1686. app. p. 21), per *amuleta* (Eph. acad. nat. cur. dec II. a. 9. obs. 222. Büchner in Miscell. 1729. p. 117), *preces* (*Courrier françois du* 25. *Decembre* 1825); *frictiones* dentium dolentium ope *femuris bufonis* (Fioravantus physica L. II. c. 63), *dentis mortui* (Risdlin millenarius No. 804) et *transplantationem*, cujus absurditatis specimen ex Kräutermanni opere cit. p. 250. depromimus. „*Einige schneiden Nägel von Händen und Füssen ab, säubern die Zähne, und wickeln sie insgesamt in ein rein subtiles Tüchlein, und verbohren es einen Freitag, früh, vor Aufgang der Sonne, in eine Holunder-Staude, so bald das Loch verwächst, höret der Schmerz auf. Diese Curen sind gut bey denen, welche oft mit Zahnweh befallen werden.*"

33) *Musicâ*, maxime *cantu*, odontalgias profligatas habuimus. — Eo certior concentus fuit effectus, ubi inde movebantur lachrymae, per se interdum odontalgiae crisin efficientes. Sic B. Timaeus a Güldenklee (lib. I. cas. medicinal. 42) de aegroto narrat, qui inter acerbissimos dentium cruciatus ita plorare coepit, ut ultra horam a fletu sibi temperare non posset. Exinde dolor penitus remisit, absque ulla in hunc usque diem recidiva. — Ruditer paululum nimis animus commotus fuit ab *alapa* odontalgiam profligante (Ch. F. Paullini odontalgia sola alapa cito tutoque curata. Miscell. acad. nat. curios. dec. II. a. 9. 1690. p. 354).

Stomach. et roborant.

5. Viribus digestionis et corporis languentibus *pharmacis stomachicis et roborantibus* nec non *regimine respondente*, juxta praecepta alibi tradita [35]), prospiciendum [36]).

§. LXXX.

Odontalgia gravidarum et nutricum.

O. complicationes.

O. gravidarum.

1. *Gravidarum odontalgiae* jam dudum medicorum [1]), obstetricantium [2]) et odontiatrorum [3]), adten-

34) J. Ar. Euth de odontalgia pertinaci venere edomita. Miscell. acad. nat. curios. dec. III. a. 5 et 6. 1697 et 1698. p. 146.

35) P. II. Vol. I. sect. II. cap. XIV. §. LXXIV. No. 6. sub fine.

36) Exemplo esto Tissot qui refert (diss. de febre biliosa. Opusc. T. I. p. 87) casum dominae cujusdam, quae singulis noctibus et saepe diebus acerba odontalgia sexdecim mensibus torquebatur, non incassum, sed in damnum utebatur venaesectionibus, purgantibus, balneis, aquis mineralibus, vesicatoriis, omnigenis refrigerantibus. Suasit ill. vir, ut bis de die lectum ineundo aromatica et tonica stomachica, vino infusa usurparet; mox remiserant, et mense nondum elapso prorsus deseruerunt illam dolores redeunte somno; similes dolores, suadendo ut aegrae vinum biberent, curavit; in aliis chinae corticem praestantissimum auxilium tulisse vidit.

1) Pelargus *medicinische Jahrgänge II.* p. 60. — Sauvages l. c. spec. 2.

2) Mauriceau de morbis mulierum. — Hinze in Stark's *Archiv der Geburtshülfe B.* 6. p. 178.

3) Fauchard op. c. *T. I.* p. 202. — Bunon *disserta-*

adtentionem excitarunt. Est interdum tanta doloris vehementia, ut metus sit ne foetus, ratione febris quam mater patitur, morbum gravem contrahat. Dolor vel ex uno in alterum dentem (sive integrum sive cariosum) migrat et redit, vel eorum uno fixe adhaeret. — Quaeritur modo *num ejusmodi odontalgiae specificae sint nec ne?* Possunt sane ex consensu cum utero gravido oriri (et quid mirum si ipsi ungues [4]), ne dicamus plus [5]), cum dentibus consensum alant); ast in genere eas ad solitas odontalgias referimus quum et solitis auxiliis tolli queant. Inter haec *venae sectio* primum occupat locum; ex quo concludimus *gravidarum odontalgias plerumque esse sanguineas.* — Modo altera accedit quaestio: *an liceat mulieri praegnanti dentem dolentem evellere?* — Quamvis mulieres sint, quae adeo exhorrescant instrumenta chirurgica, ut illius horroris sequelae possint esse ipsi foetui funestae; nihil-

tion sur un préjugé très pernicieux concernant les maux des dents qui surviennent aux femmes grosses. Paris 1741. — J. J. Serres *Abhandlung von den Zahnschmerzen des schönen Geschlechtes in ihrer Schwangerschaft. Wien* 1788.

4) Chr. M. Adolphi mira odontalgiae causa, neglecta nimirum certo die unguium praecisio. Ephem. acad. nat. curios. cent. 5 et 6. p. 28.

5) J. P. Wurffbain de maritorum vomitu *dentiumque dolore*, loco conjugum utero gerentium. Miscell. acad. nat. curios. dec. II. a. 10. 1691. p. 410.

nihilominus si dentis evulsio alioquin indicata sit, ea non solum institui potest, sed immo institui debet [6]); at praevia persuasione et non praecipitanter [7]).

O. nutricum. 2. Etiam *nutrices* quandoque acerbissimo dentium, modo sanorum modo corruptorum, dolore vexantur. Talis odontalgia (forte ex consensu mammarum cum dentibus repetenda [8])), ut illa gravidarum dijudicanda et curanda est. Solum longe rarius sanguinis evacuationes exposcit.

O. complicatae. 3. Restat ut animadvertamus allatas *odontalgiae species* interdum *inter se complicari.* Quid? Raro sane in natura ita simplices ut in libris obveniunt.

6) Mongin ergo praegnanti mulieri acutissimo dentis dolore laboranti ejusdem evulsio 1740.

7) „*Quand il est indispensable d'ôter quelques dents, je m'attache encore plus particulièrement à guérir d'abord l'imagination: je fais envisager à la malade la courte durée de l'opération, et le peu de douleur qu'elle cause, en comparaison de celles qu'il faut s'attendre à souffrir, en conservant ses dents; j'ajoute à cette considération tous les motifs, soit d'humanité, soit de raison qui doivent l'obliger à faire ce petit sacrifice pour le bien du fruit qu'elle porte; et lorsque je ne puis tranquilliser une imagination trop vivement frappée, je cherche tous les moyens possibles de suspendre au moins la douleur, pour attendre un tems plus favorable, et que la personne rendûe ou à la raison ou à la force du mal, soit enfin déterminée à se laisser faire une opération inévitable.*" Bunon l. c. p. 18.

8) Plenk l. c. p. 63.

veniunt. Medici itaque est literis non semper stare.

CAPUT XX.

De dentium evulsione et disjunctione.

§. LXXXI.

Dentium evulsio.

1. Est operatio chirurgica (antiquissima[1]), qua mediante dens e suo alveolo extrahitur [2]). Definitio.

2. Crediderunt quondam medicamenta dari, quae denti admota [3]), eundem adeo vacillantem reddant, ut ille facillime evelli possit. Vana et partim periculosa opinio [4])! An praeparatio?

3. Indicatâ itaque dentium evulsione mox ad Instrumenta.

1) Dicitur inventa ab *Aesculapio tertio* (CICERO de natura deorum lib. III).

2) PLENK l. c. p. 75.

3) Cicada contusa (Eph. nat. curios. dec. I. a. 4 et 5. Append. p. 23); lacertae pulvis (HORATIANUS OCTAVIANUS lib. I. c. 4); elleborastri folia (RIVERIUS apud PLENK l. c. p. 76. not.); ranarum viridium decoctum (GMELIN ibid.).

4) Remedium RIVERII acre et inflammans est. Idem de remedio HEURNII (tract. de morb. oculor. aur. et dentium. Leid. 1602) valet, euphorbio videlicet dentem inter et gingivam inserto.

ad *instrumenta* [5]) recurrendum est, juxta varias rerum positiones sine praeconceptis opinionibus ita eligenda, „ut caeteris paribus palma concedatur illis *quae rectâ via*, una operatoris vi, *ducunt*, et evitentur, in quantum fieri potest, illa quae hoc opus oblique perficiunt, ideoque hypomochlion super dentem contiguum faciendo, alveolis nervisque vim inferunt“ [6]). Usitatissima dentium extractioni dicata instrumenta sunt: *odontagra* [7]), *pelicanus* [8]), *clavis anglicana* [9]), *forceps*

5) J. Juncker conspectus chirurgiae. edit. 2. Halae 1731. Tab. XCI. — Duval *nouvelle nomenclature des instrumens destinés à l'extraction des dents.* Grapengon *bulletin des sciences médicales T. I.* p. 33.

6) Atque sic Carabelli. Aliter sentit Koecker (l. c. p. 343) ubi sit: „*By the perpendicular extraction of the tooth, the division of the nerve cords at the same instant, by which all the pain is concentrated into the same moment, and hence is rendered exceedingly intense . . . . and it would be requisite to employ a lever of great power, the fulcrum of which would necessarily be placed either upon the neighbouring teeth or upon the gums.*“ Unde vero hic auctor scit, lentam nervi lacerationem minus dolorificam esse repentinae? Errat praeterea omnino respectu hypomochlii, cujus in partes vicinas vis dentem recta vix educendo immo evitatur.

7) Germ. *Ueberwurf.* Omnino rejicitur a Carabelli.

8) Omnibus anteponitur a Carabelli.

9) Periculosum instrumentum inter manus non omnino expertas. Carabelli.

forceps dentaria, *pes caprinus*, *vectis* [10]), *instrumentum dentarium* AITKINI [11]), *epistomium* SERRÉRIANUM [12]), GRIFFON CHARPENTIERI [13]) etc. [14]) de

10) Extractioni dentium sapientiae accommodum. CARABELLI apud ZANG *Darstellung blutiger heilkundiger Operationen. Wien* 1817—1820.

11) *Essays on several important subjects in surgery. Lond.* 1771. p. 196.

12) Ad eximendos dentes jam omnino excavatos maxime commendandum. CARABELLI.

13) Ad proprios sibi dentes evellendos commodissimum. CARABELLI.

14) Instrumentum SIMPSONII (*Archiv der pr. Heilk. für Schlesien B.* 1. *St.* 3. *No.* 11. — KÖNIG in KÜHN's *phys. med. Journal* 1800. p. 480); DYERI (KÜHN ibid. p. 30); REECEI (BRADLEY's *med. and physic. Journ.* 1802. *April*); Z. VOGELI (*chir. med. Beobacht.* p. 229); clavis CLARKI (*medical facts and observ. Vol.* 6. *No.* 8). — MAURY (l. c. p. 235) sequentibus utitur instrumentis. 1° *La clef de Garengeot modifiée* (*Planch. XVII. fig.* 1. 4. 6. 8); 2° *la pince droite* (*Pl. XVIII. fig.* 2); 3° *la pince courbe* (ibid. *fig.* 1); 4° *le davier courbe* (*Pl. XIX. fig.* 2); 5° *le davier droit* (ibid. *fig.* 1); 6° *le levier à crochet et à plaque mobiles* (*Pl. XVIII. fig.* 3. 4. 5); 7° *le levier simple* (*Pl. XXI. fig.* 2). Audiatur modo KOECKER (l. c.): „*It is impossible to give engravings of all my instruments, many of which are entirely new, and others greatly improved . . . . The number of my instruments for this operation* (*extracting teeth*), *is upwards of eighty, of which more than two thirds are actually indispensable . . . Indeed, my apparatus, in consequence of its extent, and on account of*

de quibus et meliori dentes eximendi modo, praeter jam citatos odontiatros legantur JANKE [15]), BÜCKING [16]), ANDRÉE [17]), MORTET [18]), SERRE [19]), J. J. DE LA FOES [20]), S. J. STRATFORD [21]) etc. [22]).

Indicatio. 4. *Indicatur* autem dentis evulsio (ut ex curriculo doctrinae hucusque traditae abunde elucet) si dens lacteus non elabens, ac sua praesentia dentem permanentem oblique crescere cogat, aut utpote cariosus corrumpere minatur; si dens

its great difference from what is generally used, would not only be dangerous in the hands of the ignorant, but its judicious application would require some previous practical instruction even on the part of the scientific dentist." Vae agyrtae!

15) Diss. de dentibus evellendis. Lips. 1751.

16) *Vollständige Anweisung zum Zahnausziehen. Stendal* 1782. et: BALDINGER's *neues Magaz. B.* 3. p. 552. *B.* 5. p. 68.

17) Diss. de odontagris ad dentes evellendos necessariis eorum vi mechanica et applicatione. Lips. 1784.

18) *Dissertation Extraction des dents à l'aide d'un instrument nouvellement inventé. Paris* 1802.

19) *Praktische Darstellung aller Operationen der Zahnarzneykunst. Berlin* 1803—1804.

20) *Beschreibung eines neu erfundenen, in England patentirten Instruments zum Ausziehen der Zähne, so wie auch einer neu patentirten Methode künstliche Zähne zu befestigen. A. d. E. Leipz.* 1827.

21) *Remarks on the extraction of teeth. Lond.*

22) CH. BEW *contra-practical remarks on the extraction of teeth* (*Gazette of Health. No.* 158. *Febr.* 1828. *p.* 429).

dens alieno e loco excrescat; si dens acutus limae et forcipis [21]) vim eludens, partes contiguas offendat; si dens elongatus aut vacillans, aliis auxiliis rebellis, masticationem impediat; si dens cariosus aut dolorem nullo remedio sedandum inferat, aut dentes contiguos infestet, aut alveolum inficiet, atque parulidem, epulidem, fistulam maxillarem vel aurium morbum provocet; sique ulcus sinus maxillaris, vel aliae rerum positiones dentis unius alteriusve sacrificium exposcant.

5. Contraindicatur extractio dentis ab inflammatione praesertim scorbutica, venerea, mercuriali, gingivarum; tunc enim evulsio phlogosin adauget, cynanchem aliosque graves morbos excitat. Contraindicationes.

6. Ad dentis extractionem temere non est deveniendum [24]). Plurima enim ejusmodi operationem circumdant *pericula* [25]). Pendent ea partim Pericula.

23) Fay l. c.

24) „*Quoique l'extraction des dents paroisse une chose fort simple et que le plus souvent elle se fasse avec facilité, il est cependant une foule de cas où cette opération exige une grande habitude, beaucoup d'adresse, une connoissance exacte de la conformation de la bouche, et des nombreuses particularités qui se rencontrent dans la disposition des dents ou leurs maladie, afin de savoir se diriger en conséquence.*“ Gariot l. c. p. 272.

25) Duval *des accidens de l'extraction des dents. Paris* 1808. — Veteres igitur, non sine ratione, dentiducum plumbeum in templo Apollinis Delphici consecrarunt,

tim *ab imperitia operatoris* (c. c. si dens sanus morbosi loco extrahatur [26]), si dentes in sinus maxillares superiores propellantur [27]), si alveoli frangantur [28]), maxilla luxetur [29]), gingivae [30]) et genae [31]) laedantur); — partim *ab instrumenti denti-*

quod ex Caelio Aureliano adnotavit Forestus lib. XIV.

26) Courtois l. c. p. 229. *Obs.* 18. *Sur une bonne dent ôtée au lieu de la dent cariée et ce qui en arriva.* — Gariot (l. c. p. 291) ait: „*Il n'y a qu'un ignorant qui enlève une dent saine pour une cariée.*"

27) Fauchard op. c. *T. I.* p. 391. *chap.* 31. *Deux observations sur des dents qui furent enfoncées dans le sinus maxillaire supérieur droit et dans l'alvéole en voulant les ôter.*

28) Highmorus disquisit. anat. lib. III. P. II. c. 1. — Forestus lib. XIV. obs. 7. in schol. — Hollerus obs. 31. — Bartholinus cent. V. hist. 54. — Courtois l. c. p. 168. *Obs.* 8. *sur une dent cariée ôtée maladroitement.* „*Cet opérateur . . . plaça son pélican d'une manière si gauche, qu'il fractura toute la portion alvéolaire qui contient la dent canine et les trois incisives qui la précèdent.*"

29) „*Pendant l'extraction d'une dent d'en bas, si la bouche est excessivement ouverte, et que le dentiste appuie fortement sur la mâchoire, il peut en resulter une luxation.*" Gariot l. c. p. 293. Cfr. Capuron *essai sur la luxation de la mâchoire inférieure. Paris l'an IX.*

30) J. Acoluth de horrendae epulidis productione ab inepta dentis evulsione, ejusque curatione. Miscell. acad. nat. curios. dec. III. a. 4. 1696. p. 140.

31) Courtois l. c. p. 244. *Obs.* 21. *Sur une portion*

dentiduci incongruo selectu (e. c. si odontagrâ adhibitâ ad extractionem dentium caninorum superiorum, plexui anserino minori vis inferatur, indeque oculi [32]) et cerebrum [33]), lethali aliquando eventu [34]) in consensum trahantur); partim *ab aegrotorum temperamento* (e. c. sensili nimis et timido, unde tremores, lipothymiae, convulsiones) et *habitu* (e. c. scorbutico, mercuriali, venereo etc. praesertim cum alveolis spongiosis [35])); partim *a morborum annuâ seu epidemica constitutione*

de la joue qui se trouva prise dans le davier avec une dent qu'on vouloit ôter.

32) M. Gerbez dentis ocularis infausta extractio. Miscell. acad. nat. curios. dec. II. a. 10. 1691. p. 113.

33) Carabelli lethalem hujus generis vidit cerebri affectionem in sexdecim annorum directoris instituti surdo-mutorum filio.

34) J. L. Hannemann dentis evulsio lethalis. Miscell. acad. nat. curios. dec. II. a. 2. 1683. p. 81.

35) Courtois l. c. p. 205. *Obs.* 14. *Sur les accidens causés par l'extraction d'une dent molaire de la mâchoire supérieure.* „*Au premier effort que je fis, non-seulement je vis se détacher la dernière dent molaire, mais encore quatre autres de suite que j'étois sur le point d'emporter, si je me fusse obstiné à vouloir ôter la dent pour laquelle j'avois commencé l'opération.... Je présume que la substance osseuse du corps alvéolaire chez cet Abbé est plus spongieuse qu'elle n'a coutume d'être ordinairement: d'où il resulte une foiblesse dans ces parties, qui les met hors d'état de pouvoir resister aux efforts qu'on est obligé de faire pour ôter les dents contenues dans ces mêmes alvéoles.*"

tutione (e. c. si faveat inflammationibus, gangraenis [36]), tetano [37])); partim *ab ipsa rerum naturâ* (e. c. si dens carie omnino exesus aut fragilis sub extractionis opere frangatur [38]), si portiuncula dentis in alveolo relinquatur [39]), aut portio alveoli una cum dente extrahatur [40]), si lateant

36) Eph. acad. nat. curios. dec. II. a. 2. obs. 49.

37) B. Rush *an account of a tetanus from the extraction of two teeth, successfully treated by the use of wine and mercury. Transact. of the colleg. of physicians of Philadelph. Vol. I. P. I.* p. 54.

38) „*L'accident qui arrive le plus fréquemment dans l'extraction d'une dent, est celui de sa rupture: on doit d'autant plus la redouter que sa carie est plus avancée; une dent peut encore se rompre aisément quand elle est rendue fragile par une affection cancéreuse, le rachitisme, le scorbut, le syphilis, l'usage immodéré des acides minéraux; l'extrême vieillesse* etc." Gariot l. c. p. 289.

39) J. P. Wurfbain de maxillae ossiculo post XVIII ante annos, ex infelici dentis evulsione factam fissuram, sponte et salutariter separato. Misc. acad. nat. cur. dec. III. a. I. 1694. p. 310.

40) „*Si après l'extraction d'une dent il est resté une portion de racine adhérente au fond de l'alvéole, le plus ordinairement elle est bientôt recouverte par les parties molles, et n'occasionne aucun accident. Si au contraire c'est la racine qui emporte une portion d'alvéole, cela ne nécessite encore aucune précaution particulière, et ne peut avoir aucune suite facheuse; mais quelquefois ces accidens donnent lieu à une inflammation toujours à craindre pour ses suites, et qu'il faut s'attacher à prévenir.*" Gariot l. c. p. 291. —

lateant anomaliae radicum dentium, praesertim sapientiae [41]); atque partim *ab allatarum causarum concursu* (e. c. si haemorrhagia alveolaris excitetur).

7. In eximendis dentibus non festinandum [42]). Cautelae.

Quaeritur quomodo cognosci possit, num fragmenta obvia ad dentem cariosum extractum, num ad alveolum eum prius continentem, pertineant? Respondet Carabelli dentes cariosos periosteo destitutos esse, quo alveolorum fragmenta instructa sunt.

41) Dubois-Foucou *sur le danger d'extraire les dernières dents de la mâchoire inférieure (molaires) dites de sagesse, en les renversant dehors en dedans, du côté de la langue.* Sedillot *recueil périod. de la soc. de méd. de Paris. T.* 43. p. 398.

42) „*The dexterity of those gentlemen who brag how they can whip out a tooth quicker than other men can look at it, would be worthy of imitation, were it not frequently attended with the extraction of teeth whose disorders might easily be cured; or with the loss of many sound ones, by hasty mistaken application of the instrument; or with one or more of the other evils enumerated at the head of this chapter.*" Bердмоre l. c. p. 104. — „*The extraction should never be done quick; for this often occasions great mischief, breaking the tooth or jaw; on the same principle as a bullet going against an open door with great velocity, will pass through it, but, with little velocity, will shut it.*" Hunter l. c. p. 213. — „*Quel que soit l'instrument qu'on adopte pour extraire une dent ou une racine, il est une précaution qu'on ne sauroit trop recommander pour le succès de l'opération;*

Aeger pusillanimis de operatione (menstruorum tempore, in quantum fieri potest, evitanda [43])) persuadendus. Permittendum ut evulso dente sanguis, nisi limites excedens, fluat. Caussae odontalgiae rheumaticae sedulo evitandae [44]). A potu et cibis calidis nec non a suctione gingivarum, abstinendum. Evolutioni phlogoseos mature occurrendum.

§. LXXXII.

Dentium disjunctio.

Definitio. 1. Est operatio chirurgica ad dentes ambarum maxillarum invicem admotos divellendos.

Literatura. 2. Ejus praecipue meminerunt Dionisius [1]), Fauchard [2]), Juncker [3]) et Toirac [4]).

Indicationes. 3. *Indicatur* dentium disjunctio ubi tumor partium ori adjacentium, cicatrices ab abscessibus parotidum relictae, voluntas hominis delirantis, maniaci, convulsi, infantis obstinati etc. oris clausi necessariam inspectionem, dentis evulsionem, alimentorum et pharmacorum administrationem perpetuo impedirent.

4. *Non*

c'est de ne point trop précipiter son mouvement d'extraction." Gariot l. c. p. 275.

43) Bunon l. c. p. 19.

44) Non pauperibus suadeo, ut pro eximendo dente odontiatrum semper accersiri curent, utque absolutâ operatione domum per nychthemerum unum alterumve, non derelinquant; inprimis si constitutio annua morbis rheumaticis faveat.

1) *Cours d'opération de chirurgie.* p. 505.

2) Op. c. T. I. p. 205. 3) Consp. chirurg. Tab. XCI.

4) *La clinique T.* 3. *Novembre* 1828.

4. *Non indicatur* illa operatio, ubi ipsam mali causam removere licet, ubi lacuna dentis administrationem alimentorum et pharmacorum ope syringae concederet, et ubi spasticus rigor tantus esset, ut potius maxillae inferioris luxatio aut fractura, quam dentium disjunctio expectandae forent. Contraindicationes.

5. Perficitur operatio *ligno obliquo* [5]), vel *subere* [6]) inter dentes introductis; *spathâ* [7]), *speculo oris* [8]), et *instrumento trochlea praedito* [9]). Nisi haec sufficerent, dens qualiscunque prae caeteris extus eminens *Pelikan* ope eximendus, aut molaris primus vel secundus, instrumento *Poussoir* dicto [10]) in oris cavum pellendus. Instrumenta.

Caput XXI.

De edentulitate modisque dentes resarciendi.

§. LXXXIII.

Edentulitas.

1. Dentium unius, plurium, vel omnium defectus, *edentulitas* vocatur. Definitio.

2. Variae edentulitatis dantur *species*. Species variae.

3. Qua-

5) Fauchard *Planche III. fig.* 3. 6) Toirac l. c.

7) Fauchard l. c. *fig.* 1.

8) Ibidem *fig.* 2. — Maury l. c. *Planch. XXIV. fig.* 1.

9) Juncker l. c. 10) Fauchard *Planch. XVIII. fig.* 2.

E. infantilis. 3. Quarum *primâ* nascimur — *edentulitas infantilis.* Si vero ultra annum dentium eruptio non observatur, tunc defectus est morbosus — *dentitio serotina.* Accedit *defectus perpetuus.*

E. commutationis. 4. *Altera* species commutationem dentium lacteorum cum permanentibus comitatur, praecipue si illi citius quam par est decidant, hi solito tardius succrescant.

E. senilis. 5. *Tertiâ* specie, *edentulitate senili*, longaevitate gaudentes, sepulcro committimur. Praecedit illam dentium detrimentum.

E. traumatica. 6. *Quarta* species *edentulitatem traumaticam* amplectitur. Haec ortum violentiis externis, maxime lapsui [1]), nec non dentium evulsioni debet.

E. a labe interna. 7. *Quinta* species *edentulitatem e labe interna*, rhachitica videlicet, scorbutica, syphilitica, mercuriali comprehendit. Annectitur illi edentulitas gravidarum, puerperarum [2]) et menstruantium [3]).

8. *Sexta*

1) Carabellio virginis exemplum obvenit, quae theatro exiens humi cecidit, sibique dentes incisores maxillae superioris ita extrusit, ut famuli ad illos reperiendos mandati, incassum plateam lustraverint. Feliciores fuerunt famuli in casu a Maury enarrato (l. c. p. 120), nam dentes postridie in prato detexerunt.

2) Propria experientia omnino observationem Bartholini confirmat quatenus refert (obs. cent. IV. obs. 65) se duas matrones honestissimas nosse, quae totica dentem exspuunt, quoties liberos pariunt.

3) „. . . *nous avons donné des soins, comme dentiste, a*

8. *Sexta species* edentulitatis a *necrosi dentium* repetenda. Necrosis ejusmodi effectum sistit morborum, nexum inter dentes, alveolos et gingivas auferentium, unde dens, corpus mortuum constituens, plerumque ocyus serius expellitur [4]). E. a necrosi.

9. Qui

une dame dont trois ou quatre dents vacillèrent non seulement à la fois, mais encore tombèrent presque en même temps, lorsque ses règles devinrent moins abondantes." MAURY l. c. p. 114.

4) „*Comme les os, les dents peuvent être frappées de nécroses. La cause de cette affection réside sans doute dans l'inflammation, suivie du décollement du périoste de la racine dentaire. Des irritations fixées sur les mâchoires, et les coups qui ébranlent fortement les dents, peuvent déterminer cette maladie. Il sembleroit d'abord que la racine, privée de la vie, doit rester dans l'alvéole, de la même manière que celle d'une dent luxée ou transplantée: mais l'expérience démontre qu'il n'est pas ainsi. En effet, l'inflammation qui a déterminé le décollement du périoste dentaire se continue après que ce résultat s'est opéré, la membrane qui en est le siége se trouve continuellement irritée par le corps étranger avec lequel elle est en contact. Une suppuration plus ou moins abondante surgit de l'intérieur de l'alvéole; les gencives se gonflent, s'enflamment, se détachent du collet de la dent, qui vacille et tombe quelquefois. Aussi long-temps que l'on a des doutes sur la nature du mal, et qu'on peut le considérer comme une simple irritation des membranes alvéolo-dentaires, il faut se borner aux saignées locales, opérées soit par la scarification des gencives, soit, ce qui est préferable (?), par l'application de quelques sangsues vis-à-vis de la dent malade. D'autres moyens*

Effectus. 9. Qui dentium utilitatem perpendit, *edentulitatis effectus* facile divinabit, videlicet masticationem arduam [5]), collapsum genarum [6]), risum ingratum [7]), impotentiam salivam cohibendi [8]), adspectum foedum [9]), vocem debito sono

antiphlogistiques et dérivatifs devront être employés, suivant la violence de l'irritation et les forces des sujets. Mais lorsque l'inefficacité de ce traitement, l'ébranlement de l'organe et l'apparition du pus annoncent l'existence d'une lésion grave, il faut extraire la dent. On trouve alors la racine rugueuse, jaunâtre ou noirâtre. La suppuration de l'alvéole se tarit promptement, et la guérison ne tarde pas à être parfaite." *Diction. abrégé des scienc. méd. art. dent.*

5) Frangendus misero gingivâ panis inermi.
JUVEN. Sat. X. v. 200.

6) „*Aussi remarque-t-on chez les vieillards dépourvus de leurs dents, que leurs joues se creusent vers la partie extérieure, et que leurs lèvres rentrent d'elles même vers la bouche, comme on les fait rentrer quand on veut se les mordre.*" COURTOIS l. c. p. 44.

7) „. . . *laugh, instead of painting joy and merriment, expresses only defect and disease.*" BRADMORE l. c. p. 4.

8) . . . Et longâ manantia labra saliva.
JUVEN. Sat. VI. v. 622.
„*L'expérience nous fait voir tous les jours que les personnes chez qui les dents manquent, principalement celles du devant de la bouche, laissent échapper leur salive qui jaillit même sur ceux à qui elles parlent pendant la conversation; effets des pulsations répétées de la langue dont la salive étant agitée s'échappe et jaillit mal-*

sono destitutam, articulationem verborum impeditam et exsiccationem pulmonum [10]).

§. LXXXIV.

Dentes resarciendi modi.

1. Nulla corporis humani pars ita facile resarcitur, ac dentes, dummodo gingivae sint firmae beneque constitutae. Notio.

2. Ars tale perficiendi opus [1]), antiquitati ignota [2]), tractata est a FAUCHARD [3]), MOUTON [4]), DUBOIS DE CHEMAUT [5]), LAFORGUE [6]), DUBOIS-FOU- Literatura.

gré nous, n'ayant rien sur le devant de la bouche qui la retienne." COURTOIS l. c. p. 43.

9) Territat os nudum . . .
S. L. SERVASTI epigr. de cupid. v. 38.

10) „*Outre la difficulté de parler qu'éprouve quelqu'un qui est, comme on dit communément, breche-dent, c'est que l'air doit entrer ou sortir trop rapidement des poumons; d'où s'en suit nécessairement un desséchement de poitrine qui peut avoir des suites fâcheuses.*" COURTOIS l. c.

1) GALL. *Prothèse dentaire.*

2) „*Il est bien étonnant que ceux qui ont recueilli avec tant de soin les découvertes des modernes, pour les opposer aux anciennes, n'ayent jamais parlé d'un art important dont on ne trouve aucunes traces dans l'industrieuse antiquité.*" BOURDET op. c. p. 15.

3) Op. c. T. II. p. 215—291. p. 339—345.

4) *Essai d'odontotechnie, ou dissertation sur les dents artificielles. Paris* 1786.

5) *Dissertations sur les avantages des nouvelles dents et rateliers artificiels, incorruptibles et sans odeur. Paris*

Foucou [7]), Fonzi [8]), Maggiolo [9]), Roussile-Chamseru [10]), Touchard [11]), Gallette [12]), J. G. F. Maury [13]), Audibrand Chambly [14]).

3. Est

1789. — *Lettres sur les dents artificielles. Paris* 1790. — *Dissert. sur les avantages des dents incorruptibles de pâte animale. Paris* 1824. — *Mémoire pour Mr.* Dubois de Chemaut *contre Lord Egerdton, comte de Bridgewater. — Réfutation des assertions fausses et calomnieuses contenues dans un libelle dirigé par Audibrand, dentiste, contre Mr. Dubois de Chemaut, sous prétexte d'un procès intervenu entre le lord Egerdton et Mr. Chemaut.* 1826. 4.

6) Op. c. *Troisième partie: des dents artificielles.*

7) *Exposé de nouveaux procédés pour la confection des dents dites de composition. Paris* 1808. — *Lettre adressée à Mrs. les dentistes. Paris* 1808.

8) *Rapport sur les dents artificielles, terro-métalliques. Paris* 1808. — *Reponse à la brochure de Dubois-Foucou. Paris* 1808.

9) Op. c.

10) *Recherches de comparaison sur les diverses substances employées à la confection des dents artificielles.* Sedillot *rec. périodique de la soc. de méd. de Paris T.* 44. p. 394.

11) *Remarques sur les dents artificielles.* Ibid. *T.* 51. p. 45. — *Description d'un obturateur dentier présenté à la soc. de méd. de Paris, suivie de remarques sur les dents artificielles. Paris* 1814.

12) *Notice sur une nouvelle manière de placer les dents artificielles.* Ibid. *T.* 47. p. 224.

13) *Manuel du dentiste pour l'application des dents artificielles incorruptibles suivi de la description de divers instrumens perfectionnés. Paris* 1820. — 2. *édit. princi-*

3. Est illa utilissima. Dentes enim artifi- Utilitas.
ciales faciem ornant, eique adspectum juvenilem et sanum conciliant, vocis sonum emendant, pronuntiationem distinctam reddunt, masticationi succurrunt, dentiumque oppositorum elongationem impediunt.

4. Objicitur dentes artificiales necessaria pro Objectiones.
masticatione soliditate carere, facile labi, oris foetori ansam praebere doloresque excitare.

5. Quaestio non est dentes naturales melius Responsa.
masticationi inservire, quam artificiales; ast agitur de supplemento, de quo, nisi dentes quoque naturales laberentur, sermo minime fieret. Puritati, ut decet, studendo, omnis evitatur oris foetor. Dentes artificiales dummodo peculiari oris conditioni ab artifice experto adaptati, nullum producunt dolorem.

6. Varii autem sunt dentium artificialium Varii modi.
modi, quorum conspectus medico sufficiet.

7. Dens evulsus [15]) vel extrusus sanus, illico Insitio dentis proprii sani.
iterum

palement augmentée du mode de fabrication. Paris 1822. — Op. cit. *Troisième partie de la méchanique dentaire* etc.

14) *Réfutation sur les dents métalliques. Paris* 1808. — *Traité historique et pratique sur les dents artificielles incorruptibles. Paris* 1821. 8. — *Quelques reflexions sur le procès intenté au Lord Egerdton, par Mr. Dubois de Chemaut, dentiste.*

15) Fauchard op. c. T. I. p. 380. *Obs.* 4. *Sur une dent saine, qui fut ôtée par la faute du malade et*

iterum in alveolum (prius lustratum et a fragmentis forte nidulantibus liberatum [16])) reponatur, ac filo dentibus contiguis alligetur. Nisi sua sponte teneat, simul collutorium adstringens ad contrahendam gingivam adhibeatur. Dum dentes plurimi simul extrusi fuere, eorum dumtaxat pars reponenda [17]).

Insitio coronae dentis.

8. Radicibus dentium, potissimum incisorum et caninorum maxillae superioris [18]), adhuc integris et firmis [19]), cylindro aureo vel ex platina

promptement remise avec succès dans son même alvéole, sans que le malade s'en apperçut.

16) In casu a Maury (l. c. p. 120) enarrato „*les esquilles dans les alvéoles ne furent pas enlevées, et il en resulta une violente inflammation* etc."

17) „*On doit dans un cas aussi grave, avoir égard à l'âge du sujèt, et ne replacer les dents qu'après les avoir raccourcies par leur couronne. Si par exemple six ou huit dents étoient tombés, on n'en replaceroit que quatre ou cinq, en choisissant de préférence celles qui sont susceptibles de reprendre de la solidité, puis on laisseroit s'oblitérer les alvéoles, qui n'auroient pas été utilisées pour donner plus de force aux dents replacées.*" Maury l. c.

18) „*Les incisives et les canines de la máchoire supérieure sont près que les seules qui puissent être remplacées par des dents à pivot, parce qu'elles n'ont qu'une racine droite et assez forte pour les recevoir.*" Gariot l. c. p. 299.

19) „*C'est principalement pour les dents à pivots, qui doivent rester à demeure sur les racines encore solides sur lesquelles on les fixe ordinairement, qu'il est essentiel*

tina sic coronae adponuntur [20]): operator investigat specillo num se retraxerit (aliàs inurendus [21])) nervus; quo explorato, pars superstes coronae limulâ, vel, si fuerit conspicua, serrulâ, vel etiam utrisque, adaequatur gingivae; canalis fit terebellâ [22]) largior, vel si radix excavata sit, plumbata prius, quam perforetur, et corona dentis sani vel artificialis, jam cylindro (pelliculâ, corti-

d'être assuré de l'état de la bouche, car la présence de ces corps étrangers, quelque adroitement placés qu'ils soient, entretient dans ce cas une douleur qui souvent exige leur prompt enlèvement." TAVEAU l. c. p. 206.— Sunt interea qui et hic difficultates vincere sciant: „*Il Signr. N . . . d'un picciolo incisore della mascella superiore non aveva più che la radice alcun poco cariosa; vacillava questa per la suppurazione delle gengive: procedetti all' estrazione della radice; ne consumai totalmente i punti cariosi; la riposi al suo sito naturale; vi adattai esattamente il corpo d'un dente naturale munito di una punta d'oro infisso nel foro della radice. Ne ottenni un dente semi-artificiale, del quale a meraviglia servesi l'operato.*" CORNELIO *statistica a. XV.* p. 20.

20) GALL. *Dente à pivot.*

21) „*Il Signor N. si è fatto collocare un corpo d'un picciolo incisivo munito di vite sopra una rimasta radice cariosa; l'operatore non avendo impiegati i prevj mezzi onde rendere nulla a questo riguardo la vitalità del nervo dentale, ed impedire i progressi della carie, ha messo questo signore nel caso di soffrire assai, a motivo dell' accadutavi fenditura della radice.*" CORNELIO l. c. p. 21.

22) MAURY l. c. *Planche XXXV. fig.* 12.

corticem betulae albae L. tegere solita, circumdato) instructo malleolo impingitur [23]); meliorque modo firmatur [24]); caute tamen ne rumpatur [25]).

Insitio dentis ex ore alterius hominis vivi.

9. Operatio edentulitati divitum ope dentium pauperum occurrendi, etsi facilis [26]) et elegans [27]), utpote crudelis [28]) et periculosa [29]), derelicta,

23) Fauchard op. c. *T.* 2. p. 225. *Planch. XXXIII. XXXIV.* — Fritsch l. c. §. 79. — Laforgue l. c. p. 230.

24) „*Quelques dentistes, après avoir fixé le pivot, soit avec une vis, soit avec une rivure, le traversent encore, ainsi que la dent, d'une petite goupille (Pl. XXVII. fig. 6); ce qui lui donne une grande solidité. Cette manière de placer un pivot convient surtout quand la dent est assez épaisse, et que la vis ou la rivure n'est pas bien faite.*" Maury l. c. p. 305. *note.*

25) Miel *description d'un nouvel instrument pour exécuter facilement une opération occasionnée par la fracture des pivots des dents artificielles dans les racines qui les reçoivent; et quelques vues sur la forme la plus avantageuse à donner à ces pivots. Paris* 1808.

26) Wiesemann commentatio physiologica de coalitu partium a reliquo corpore prorsus disjunctarum. Lips. 1824.

27) „*One of the nicest of all operations . . . similar to the ingrafting of trees.*" Hunter l. c. p. 217. 218. not.

28) „*Je n'ai jamais pu me défendre d'une secrette horreur à la vue des personnes qui portent des dents d'autrui ainsi transplantées; et j'ai sans cesse, alors, sous les yeux le spectacle du malheureux qui achète un peu d'or en se laissant mutiler.*" Fournier l. c. p. 387. — Ex

relicta, sic perficiebatur: primum extrahebatur dens morbosus, deinde sanus, qui undique limula adaequatus, introituque canalis auro aut plumbo obturatus, infigebatur alveolo et filo firmabatur, collutorio adstringente aliquoties repetito. Dens sanus debuerat esse ejusdem maxillae lateris et speciei ac morbosus. Requirebatur praeterea ne homo, cui inserebatur, esset ultra quadraginta; utque ille, cui eximebatur, numeraret intra quindecim et viginti aetatis annos.

10. Dens cadaveris selectus probeque mundatus [30]), perbelle ad singulum dentem resarciendum

Insitio dentis e cadavere.

Jourdain (*Essay* etc. p. 360) et Courtois (l. c. p. 190) vidso Sabaudos quondam Parisiis commercium cum propriis dentibus fscisse.

29) W. Watson *account of a disease, occasioned by transplanting a tooth. Medical transactions. Vol.* 3. p. 325. — J. C. Lettsom *of a disease, succeeding the transplanting of teeth. Mem. of the med. soc. of London. Vol. I.* p. 330. — Kuhn *on a disease (ulcerution of gums) succeeding the transplanting of teeth.* Ibid. *Vol. I.* p. 346. — Hamilton *letter to Dr. J. C. Lettsom, on a disease succeeding the transplanting of teeth.* Ibid. *Vol. I.* p. 351.

30) „*Avant de faire usage de ces dents il faut les nettoyer du sang et du tartre; les mettre dans l'eau sans boucher le vase, les laisser dégorger pendant dix jours, sans changer l'eau: ensuite on jette la moitié de l'eau, et on en ajoute autant; après dix autres jours, on les nettoye et on change l'eau entièrement. — On continue de les faire macérer ainsi pendant trois mois; on les*

ciendum inservit [31]). Alligatur dentibus contiguis [32]).

Dentes artif. proprie dicti.

11. Dum plures resarciendi sunt dentes ad *artificiales* proprie dictos recurrendum. Mediante cera virginea aut simili massa [33]), aquâ fervida emollita et lintei ope exsiccata, arcu alveolari anterius posteriusve exacte applicata et, dum frigefacta est, linea recta eductâ, edentuli oris obtinetur *typus*, a cujus bonitate successus operationis

lave bien, et on change l'eau tous les dix jours." Laforgue l. c. p. 230.

31) „Uno evulso non deficit alter."

Virgil. lib. VI. Aeneid.

„*Quand il s'agit de remplacer une seule dent, on doit se servir à préférence d'une dent naturelle, en ayant soin de la choisir telle, saine et pareille à celle qui manque sans être obligé de l'altérer beaucoup avec la lime, parce qu'alors elle se conserve beaucoup mieux.*" Gariot l. c. p. 238.

32) „*Les ligatures le plus ordinairement employées pour maintenir en place les dents artificielles, sont: le cordonnet de soie écrue; 2° un autre cordonnet connu dans le commerce sous le nom de racine chinoise; 3° le pite, ou crin de Florence; 4° les fils de platine ou d'or fin, bien purs.*" Maury l. c. p. 313.

33) „*Composée de cire blanche, 12 parties, blanc de plomb, 1 partie, graisse $\frac{1}{2}$ partie, que l'on colore avecl a cochenille, l'orseille ou l'orcanette: on fait fonder la cire lentement au bain de sable, on y ajoute ensuite la graisse; et pour que le blanc de plomb, qui est très lourd, puisse bien s'y incorporer, on remue le mélange jusqu'à ce qu'il se fige.*" Maury l. c. p. 294.

tionis maxime pendet. Excavationes in cera loca edentula exhibent. Adimplentur massa e gypso aqua frigida bene subacto. Ea prope exsiccatâ, aqua ebullitur, ut cera separetur. Massae pars excedens cultro aufertur, relicta dumtaxat basi. Juxta typum sic obtentum dentes artificiales conficiuntur, aut ex dentibus *hippopotami* [34]), aut ex *pasta metallica incorruptibili* [35]). Haec ne plumbum contineat, aliàs colica saturnina expectanda. *Dentes boum*, *equorum*, *elephantum*, *balenarum* etc., quoniam nec limae ope adspectum dentium hominum adipisci queunt et facile flavescunt, modo derelicti fuere. Item dentes ex *matrice margaritae* et *terra porcellanea* [36]), utpote fragiles et resonantes.

12. Deficientibus dentibus multis vel omnibus ad *machinam masticatoriam* [37]) confugiendum. Machina masticatoria.

34) „*L'hippopotame est préférable à toutes les substances que nous venons d'énamérer.*" Maury l. c. p. 288. — Sic uno ore omnes.

35) „*Les dents incorruptibles . . . sont composées de pâte et d'émail à porcelaine* (*kaolin et petandzé*) *que l'on colore avec quelques oxydes susceptibles de résister à un grand feu de four à porcelaine . . . Les préparations chimiques que nous employons sont les oxydes de bismuth, de platin, d'or, de titane, d'urane, le chromate de baryte, l'hydrochlorate d'étain, le chlorum d'or, le précipité pourpre de Cassius*" etc. Maury l. c. p. 365.

36) Auctore Duchateau ann. 1774.

37) Gall. *Ratelier. Pièces composées.*

dum. Haec machina [38]) ex superiori et inferiori dentium serie, utrinque hamis [39]), vel elateribus [40]) connexis constat. Applicatur marginibus arcuum alveolorum, firmaturque dentibus hinc inde adhuc praesentibus. Si *una* dumtaxat dentium series, superior vel inferior, deesset, haec eodem modo reparatur.

Monitum. 13. Opus tandem est, ut dentium artificialium omnis generis *munditiei* quammaxime studeatur [41]).

CAPUT

38) „*On fait ordinairement les pièces composées tantôt en les sculptant en entier dans un morceau de cheval marin, tantôt en montant sur cette même base, ou sur des plaques métalliques, des dents humaines ou incorruptibles.*“ MAURY l. c. p. 317.

39) MAURY *Planche XXVIII. fig.* 9.

40) Idem, ibid. *fig.* 5 *et* 11.

41) „*Enfin les personnes qui portent des dents et toute autre pièce artificielle, doivent bien se persuader qu'elles ne sont point exemptes des soins de propreté auxquels doivent s'assujettir tous ceux qui tiennent à la fraicheur de leur bouche, et surtout ceux qui n'ont pas une très bonne denture.*“ TAVEAU l. c. p. 209.

Caput XXII.

De morbis alveolorum.

§. LXXXV.

Praemonitio. Alveolorum vitia congenita; consumtio.

1. *Morbi alveolorum* arcte illis dentium et gingivarum [1]) alligati sunt. Hoc autem non impedit quominus eorum doctrina separatim tradi possit, immo debeat. Doctrina ejusmodi (morbos maxillarum, una exceptâ exostosi, haud absolute includens [2])) nulli hucusque monographiae Praemonitio.

1) „*Les gencives ne peuvent guères être malades, que les alvéoles ne s'en ressentent; et quand les alvéoles sont détruits, les gencives ne restent pas longtems dans leur état naturel.*“ Bourdet l. c. p. 60.

2) „*The alveolar processes of both jaw should rather be considered as belonging to the teeth, than as parts of the jaws; for they begin to be formed with the teeth, keep pace with them in their growth, and decay, and entirely disappear, when the teeth fall; so that, if we had no teeth, it is likely we should not only have no sockets, but not even these processes, in which the sockets are formed; and the jaws can perform their motions, and give origin to muscles, without either the teeth, or alveolar processes. In short, there is such a mutual dependence of the teeth and alveolar processes on each other, that the de-*

locum dedit. Exstant solum illius rudimenta auctore PLENK [3]) ac nonnullae ideae luminosae, quae a HUNTERO [4]) emanarunt.

Vitia congenita.

2. Non constat utrum dentes, alienis in locis prorupti, alveolos habuerint nec ne. Posse autem dentes sine alveolis existere, exemplum, ubi maxillis directe inserti fuerint [5]), docet.

3. Alveo-

struction of the one seems to be always attended with that of the other." HUNTER l. c. p. 7.

3) Op. c. p. 80—90. 4) Op. c. p. 176—183.

5) „*Un homme . . . mort à l'hôtel-Dieu fut porté a l'amphithéatre . . Ce cadavre ayant des très belles dents, mon frère voulut les arracher, principalement les incisives et canines dont les dentistes ont besoin de tems en tems. Toutes ces dents se rompoient à mesure qu'on les saisissoit avec le davier pour les faire sortir de leur alvéole. Les deux mâchoires étant dépouillées de toutes les chaires dont elles étoient recouvertes furent sciées en travers: et l'on observa avec la plus grande surprise qu'on ne pouvoit distinguer aucune trace des cellules alvéolaires, ni aucune différence de la substance spongieuse, dont sont ordinairement composés les os maxillaires, d'avec la substance de la racine des dents. Les os de la mâchoire et les dents de cet homme ne faisoient qu'un seul composé; le germe des dents s'étoit tellement confondu avec le suc osseux des os maxillaires, qu'il étoit impossible de reconnoître la moindre trace de dents dans la région alvéolaire, tandis qu'à l'extérieur on voyoit les dents le mieux conformées et rangées dans l'ordre le plus régulier. M. PETIT rapporte dans ses cours d'anatomie un fait semblable.*" COURTOIS l. c. p. 276.

3. Alveolorum series, vix efformata, jam consumitur. Notum enim est viginti alveolos dentium lacteorum sepimentis osseis transversis ab alveolis dentium permanentium distingui [6]). Elapsis dentibus lacteis sepimenta a coronis dentium permanentium adeo antrorsum urgentur, ut alveoli dentium lacteorum sensim aboleantur [7]). Consumtio alveol. dent. lact.

4. Dente evulso alveolus, a gingiva brevi obtegendus, contrahitur [8]). Lacuna inde relicta a dentibus contiguis invicem reclinatis curriculo temporis minuitur [9]) quidem, at non tollitur, nisi ope dentis artificialis. Quodsi talis dens illico post evulsionem dentis morbosi insereretur, tam consumtio alveoli, quam dentium contiguorum deflexio evitari possent. Consumt. alv. ab evulsione dentis.

5. Elapsis dentibus omnibus, totus arcus alveolaris in acuminatum ac scindentem marginem, gingiva tectum, contrahitur [10]). Alveolorum Consumt. alveol. senilis.

6) Albini annot. acad. T. II. p. 3. — Blake l. c. *Plate III.*

7) Tabes alveolorum dentium lacteorum Plenkii l. c. p. 89.

8) Tabes alveoli ab evulso dente Plenkii l. c.

9) Hunter l. c. *Plate XVI. fig.* 1.

10) Evanescentia alveolorum a senio Plenkii l. c. — Videatur famosa icon Hunteri (*Plate VII*) ita explanata: „*The bones of the head of a very old woman, who had lost her teeth a considerable time before death. The whole alveolar processes are gone in both jaws, which allows of the lower-jaw being raised about two inches higher than what is common*

rum ejusmodi obliterationem, dentium detritorum elongationem (apparentem) et vacillationem praecedere monuimus [11]).

Consumt. alveol. morbosa.

6. Sicuti alveoli provecta senectute juxta naturae leges aboliri debent; ita quocunque vitae tempore a morbis aboliri possunt. Sequuntur tunc praematura dentium elongatio, vacillatio et lapsus, dente artificiali raro [12]) resarciendus. Quorum malorum caussas sequens dilucidabit paragraphus.

§. LXXXVI.

in shutting the mouth, before the gums of both jaws can come into contact; by this increased motion of the lower-jaw, the chin is brought more upon a line with the articulation, therefore projects beyond the upper-jaw considerably."

11) Cap. XIII. §. LIV. No. 3.

12) „*One of the first incisores of the upper jaw of a young lady was gradually falling lower and lower. She was desirous of having a tooth transplanted, which might better fit the shallow socket, as it was now become: she consulted me: I objected to this, fearing that the same disposition might still continue; in which case the new tooth would be probably pushed out in about half a year; that the time since the old one began to sink, and a relief of so short a continuance, would be all the avantage gained by the operation; but I observed at the same time, that the operation might have the effect of destroying the disposition to filling up, so that the new tooth might keep its ground. This idea turned the balance in favour of the operation; and it was performed. Time shewed that the reasoning was just; the tooth fastened, and has kept in its situation for some years.*" Hunter l. c. p. 179.

§. LXXXVI.

Inflammatio alveolorum.

1. Membrana alveolos ambiens, ipsaque alveolorum substantia, *inflammationibus*, tam acutis, quam chronicis iisque diversis, subjiciuntur. Notio.

2. Communissima est *inflammatio traumatica*, cui *alveoli fractura*, seu solutio in duo vel plura fragmenta, ansam porrigit. Fractura ejusmodi modo in *fissura* parietis alveolaris anterioris vel posterioris, modo in *fragmenti* evulsione, modoque in *festuca*, in alveolo relicta, consistit. Caussae sunt imperitia operatoris, anomaliae radicum dentium, potissimum illarum cum alveolis concretio, et caries [1]). Alveolorum fissurae per se sanari solent; secus fracturae cum fragmentis et festucis. Hae etenim fracturae inflammationem vehementem excitant cum proclivitate ad suppurationem, gangraenam atque cariem. Medela in eo consistit, ut pars alveoli fracti, Inflamm. traumatica.

1) „*As a tooth sometimes adheres and grows to the socket, so as to form one continued piece with it, it is necessary to observe, that a fracture, in that case, is not the fault of the operator. When it happens also, that a hidden caries of the jaw-bone has given rise to a tooth-ach, and, when close by the affected part, a tooth is extracted, the operator is not to be blamed, if a large piece of cariated bone comes away; for here the fracture is inevitable, and instead of being hurtful, is the only effectual step towards a complete cure.*“ Berdmore l. c. p. 107.

fracti, quatenus gingivis adhuc adhaerens, mox reponatur et filis [2]), aut compressione [3]) firmetur; ut portio alveolaris, a gingivis jam maxime separata, omnino removeatur, ut gingivae in proprium locum reponantur, ibique compressione retineantur; ut festucae prominentes abigantur, ut summa quies imperetur, utque phlebotomiae et hirudines praescribantur.

Inflamm. rheumatica.

3. *Inflammatio alveolorum rheumatica* odontalgiae sub forma incipit. Brevi autem malum invalescit, ac praeter masticationem admodum dolentem, inconsueta in conspectum veniunt symptomata, nimirum gingivarum tumor, dolor et cruentatio. Haec omnia sub recta medendi ratione, auxiliis videlicet antiphlogisticis, dein diapnoicis, inprimis *decocto quajaci*, spatio septem circiter dierum evanescunt. Contra si morbus, pro *stomacace* declaretur atque tincturis aliisque irritantibus tractetur; tunc etenim in longum

2) „*Quelquefois le bord alvéolaire se trouve tellement fracturé qu'une partie en est presqu' entièrement détachée; alors il faut la réduire et la maintenir en place au moyen d'un fil d'or ou d'argent qu'on fixe aux dents voisines.*" Gariot l. c. p. 158.

3) „*If the fractured part be considerable, and not torn from its connexion with the gums, it should be replaced immediately, and retained in its propre situation by means of a compress fixed between it and the cheek, after having been dipt in some mild balsamic tincture.*" Berdmore l. c. p. 107.

gum trahitur, ac fistulis alveolorum facile ansam porrigit. Distinguimus inflammationem alveolorum rheumaticam a stomacace, quod ibi halitus, nisi fortuito, haud foetet. Praeterea morbus noster hiemali tempore homines alioquin sanissimos invadit [4]) idque praevia refrigeratione corporis aestuantis.

Inflamm. mercurialis.

4. Symptomata ptyalismi mercurialis [5]) rimando, plura inter illa invenies, quae de latente *inflammatione alveolorum* testantur. Haec praeterea a relicta saepe *alveolorum oppilatione* [6]) confirmatur.

Inflamm. scorbutica.

5. Masticatio impedita, gingivae cruentae, dentiumque vacillatio et lapsus, *scorbuto* familiares, docent, inflammationem alveolorum etiam ab hoc morbo non esse alienam, quod simul ex frequente *alveolorum carie* [7]) elucet.

Inflamm. arthritica.

6. *Inflammatio alveolorum arthritica*, praecipue circa tempus cessationis menstruorum, sub larva

4) Eum pluries Vilnae inter rusticos ligna caedentes observavi, ac observationes propriae illis H. Hayden in *the american recorder Vol.* 5. 1822. plane similes sunt.

5) Cap. VI. §. XXVIII.

6) „*Any thing that occasions a considerable and long-continued inflammation in those parts, such particularly as a salivation, will produce the same effect (the filling up of the sockets).*“ Hunter l. c. p. 180.

7) „*The scurvy also, when carried to a great height, attacks the gums and the alveolar processes, which becomes a cause of the dissolution of those parts.*“ Hunter l. c.

larva odontalgiae obvenire solet. Dignoscitur ille morbus per inconsuetam gingivarum affectionem et conspicuum tartari dentium proventum. Immo a tartaro in fundum alveolorum deposito, istorum oppilationem ac inde enatam dentium elongationem, vacillationem et lapsum, arthriticis familiares repetimus. Conducit in limine morbi *scarificatio gingivarum.* Et ipse dentis spontaneus lapsus aliquando morbum sanat [8]).

§. LXXXVII.

Suppuratio, fistula alveolorum.

Definitiones. 1. Puris in alveolo collectio *suppurationem;* ejusque effluxus ex alveolo *fistulam* constituunt.

Divisio. 2. Morbus hic vel *simplex*, vel carie *complicatus.*

M. simplex. 3. *Morbus simplex* potius in *phlogosi chronica alveoli*, materiam puriformem largiente, quam in suppuratione genuina, pus suppeditante consistit. Sic saltem ex quantitate materiae manantis concludimus, eam, quae ab abscessulo arctis alveoli limitibus circumscripto pullulare posset, longe excedentem. Sequeretur inde, ad evulsionem dentis sani, non praepostere in omni fistula alveolari deveniendum esse priusque probandum, quid methodus antiphlogistica (inprimis *scarificatio gingivae* una cum *collutoriis emollientibus*) valeat.

4. Se-

8) Hayden l. c.

4. Secus in *morbo complicato*. Hic etenim suppuratio potius phaenomenon accessorium sistit, ac tota cura contra cariem, ut mox docebimus, dirigenda. Valeant interea duo monita. M. complicatus.

5. Ubi fistula alveolaris in maxilla superiore circa dentes molares obvenit, probe investigandum, utrum ea nexum cum *ozaena sinus maxillaris* habeat nec ne? Si habeat, ut alibi docuimus [1]), incedendum. Monit. primum.

6. Nec satis! *fistulae* enim *alveolaris* sic dictae *pituitosae* etiam ratio tunc habenda est. Haec, animadvertente jam HIGHMORO [2]), locum invenit, si dens molaris, sua radice sinum maxillarem perforante, evellatur, quo videlicet in casu, mucus in hoc sinu secretus constanter per alveolum in oris cavum cum sensu frigoris effluit, ac alveoli concretionem impedit. Ad quod malum curandum, debet aegrotus per aliquot hebdomadas in opposito capitis latere decumbere, ut mucus e naturali apertura sinus in cavum narium effluat [3]). Monit. alterum.

§. LXXXVIII.

Caries alveolorum.

1. Est saniosa solutio substantiae arcus alveolaris. Definitio.

2. Id

1) P. II. Vol. I. sect. II. cap. XXVI. §. CXXXI. No. 4.

2) Corpor. human. disquisitio anatomica. Lib. III. P. II. cap. I. Hag. 1651.

3) PLENK l. c. p. 81.

Sedes. Extensio. 2. Id malum in superiori vel inferiori arcu maxillarum oriri potest [1]). Quandoque magna pars, quandoque totus arcus alveolaris exfoliatione separatur.

Symptomata. 3. Cognoscitur caries alveolaris ex masticatione continuo impedita, ex dolore profundo eam comitante, ex inflammatione perpetua partium mollium adjacentium, ex earum tandem livore et exulceratione.

Causae. 4. Sequitur caries inflammationes alveolorum, tam traumaticas [2]), quam alias, maxime scorbuticas, scrophulosas [3]), morbillosas [4]), variolosas [5]), quid quod ipsas odontalgias, inprimis a dentium carie [6]).

5. *Caries*

1) Acrell *chirurg. Vorfälle B.* 1. p. 208. — Berth *mém. de l'acad. de chirurg. T.* 5. p. 355.

2) Cfr. Observatio Courtois supra (cap. XX. §. LXXXI. No. 6) allata.

3) Courtois l. c. p. 284. *Obs.* 28. *Sur une carie des alvéoles causée par des humeurs froides.*

4) *Med. Bemerk. einer Gesellschaft von Aerzten in Lond. B.* 3. p. 125.

5) Courtois l. c. p. 60.

6) „*Je fus mandé pour voir une dame de Beauvais, pour lui ôter la seule dent qui lui restoit dans la bouche à la mâchoire supérieure du côté gauche. L'état déplorable dans lequel je trouvai la bouche de cette femme me parut aussi effrayant qu'il étoit triste pour elle. Avant de faire l'opération pour laquelle j'avois été mandé, je m' informai de la cause originelle d'une telle maladie et j'appris qu'elle ne provenoit que d'une*

5. *Caries alveolorum*, quae a caussis traumaticis in homine alioquin sano evolvitur, *simplex* nuncupari solet. Caries a caussis internis epitheton a diathesi regnante obtinet. *Caries* dicitur *occulta*, ubi sub parulide aut alio morbo latet. Detegitur (praeviis, si opus sit, incisionibus) specilli ope 7). *Necrosis* summus cariei gradus. Diagnosis.

6. Exitus morbi, semper taediosi, ab extensione cariei et magis adhuc ab aetate, constitutione et facultatibus aegrotorum pendet. Prognosis.

7. Caries simplex ab ipsa natura, exfoliatione impetrata, curatur. Caries e labe corporis univer- Cura.

dent cariée qui, après avoir donné lieu à plusieurs fluxions, la dernière de ces fluxions étoit dégénérée en abscès devenu fistuleux par la suite, et que la carie étant survenue, avoit rongé non seulement les gencives et la joue, mais même toutes les alvéoles depuis le trou incisif jusqu'à la dernière dent molaire, dont les alvéoles étoient pareillement cariées." COURTOIS l. c. p. 239.

7) „*On s'assure que l'os est carié par l'ensemble des phénomènes et particulièrement par quelques signes constans: ainsi, en portant un stylet dans les ouvertures fistuleuses, on sent évidemment l'os à nud et comme criblé; s'il vient à être mis à découvert, soit par la chute d'une escarre, soit par les incisions, on voit l'os noirâtre, spongieux et hérissé d'aspérités; quand on le comprime, il en sort par tous ses pores une humeur graisseuse, épaisse, qui semble abreuver toutes les lames de l'os.*" GARIOT l. c. p. 180.

universali pullulans, auxilia eam emendantia exposcit. Quum autem alveoli pars, necrosi detenta, emendationis amplius non sit capax, destruenda est. Quondam destructionem ejusmodi *tincturis mastichis, myrrhae, cinchonae, acido phosphorico* etc. moliebantur; nunc ad *cauterium actuale*, utpote securissimum auxilium, mox recurritur [8]). Caeterum ab acerrima hac curandi ratione illico abstinendum, dum conatus sanationis spontaneae apparent [9]). In carie occulta, locus affectus, sectione decussata partium mollium, primum denudandus est. Porro crusta cariosa ad partem ossis sanam usque, huc illuc perforanda. Nisi tunc exfoliatio sponte contingat, iterum ad ignem confugiendum.

§. LXXXIX.

Exostosis maxillae.

Definitio. 1. Est tumor osseus e maxilla inferiori excrescens.

2. Qui

8) „. . . *le moyen le plus sûr est l'application du cautère actuel, qui désorganise instantanément toute la portion d'os carié, et la convertit en une escarre sèche qui s'exfolie à la manière ordinaire, après quoi la cicatrice s'opère dans les parties molles.*“ Gariot l. c. p. 180.

9) „*We should not forget, that nature sometimes brings unexpected cures; and our being hastily bent on operations and expeditious means should not make us inattentive to the efforts and appearances which promise a change for the better, without any assistance of art.*“ Berdmore l. c. p. 135.

2. Qui tumor durus est, immobilis, ossi adhaerens, utplurimumque ovatus [1]). Symptomata.

3. *Exostosis*, de qua agitur, est modo *solida*, modo *cava*. Species.

4. *Exostosis solida* interius et exterius ossea est. Exhibet tumorem lente crescentem. Caussa in vitio scrophuloso, rhachitico, arthritico [2]), maxime autem in syphilitico et mercuriali quaerenda. Confunditur facile *exostosis maxillae* cum *dentitione secunda impeditâ* [3]), cum *odontalgia* [4]) cumque *morbis gingivarum* [5]). Quoad odontalgiam distinctio fit perpendendo, dentem, E. solida.

ad

1) Bordenave *mémoire sur quelques exostoses de la mâchoire inférieure.* In *Mém. de chirurgie T.* 5. p. 328.

2) „*Quelquefois le phosphate de chaux s'accumule dans les cellules du tissu de l'os, au point de lui faire prendre la consistance de l'ivoire; dans cet état on nomme la tumeur exostose éburnée.*" Gariot l. c. p. 172.

3) Cap. X. §. XLIV. No. 1.

4) „*People who are not instructed in the nature and differences of disorders which produce a tooth-ach, are easily deceived in a case of this kind; and their error is seldom discovered before the patient has a great number of his teeth extracted successively, with the groundless hopes of being relieved of pain. But neither extraction, opiates, or external applications can avail.*" Berdmore l. c. p. 139.

5) „*When an exostosis of the jaw-bone produce pain, which is only felt in the part affected, and is not extended to the teeth in such a degree as to make the*

ad quam aegrotus dolorem refert, sanum esse, contra autem maxillam contiguam protuberantiam exhibere, quae, periosteum distendendo, doloris sistit caussam. Exostosis maxillae recens, vitio, ex quo nascitur, obviam eundo, profligari solet; non ita inveterata. Haec si nec dolorem pareat, nec crescat, intacta relinquenda; aliàs (denudato per sectionem decussatam partium mollium osse) ope aut cultri, aut caustici, aut tenaculae auferenda, vulnusque chirurgiae ad praecepta sanandum.

E. cava. 5. *Exostosis cava* includit pus, saniem et carnem fungosam. Noscitur tumore dolente, cito crescente. Oritur non raro a violentiis externis et a radice dentis cariosa, e qua caro fungosa pullulat, utpote quae ex alveolo inter tubas maxillae pergit, et eas in tumorem diducit [6]). Curatio exigit ut dens cariosus in tumorem pergens evellatur, ut apto instrumento fundus alveoli in tumoris cavum usque perforetur. Sic enim medicamenta anticariosa cavo carioso ope turundarum

patient call it tooth-ach, it often happens that the protuberance is taken for a disease of the gum, and it is consequently treated with emollients etc., to bring it to a head, as they term it; by which means it acquires fresh growth every day, and at last compels the patient to seek better advice, after having been tired with long repeated unsuccessful applications and nostrums." Berdmore l. c. p. 140.

6) Sarcostosis maxillae.

darum immitti possunt ac cavum sanari [7]). Quae si nihil juvarent morbusque maxillam inferiorem detineret, alta chirurgia *partis affectae exstirpationem* proponit [8]). Num jure [9])?

§. XC.

7) Plenk l. c. p. 85.

8) W. H. Deaderick *case of a removal of a portion of the lower maxillary bone* (*American med. recorder. June* 1823. p. 516). — Dupuytren in *Méd. opérat. de* Sabatier *nouvelle édition* 1824. *T.* 4. p. 560. — Delpech in *Revue méd. T.* 4. 1824. p. 5. 124. — V. Mott *case of osteosarcoma, in which the right side of the lower jaw was removed successfully after tying the carotid artery* (*the New-york med. and physic. journ. Vol.* 1. p. 385. *Vol.* 2. p. 157. 401). — Gräfe in proprio et Waltheri *Journ. für Chirurg. und Augenheilk. B.* 3. *Heft* 2. p. 256. *B.* 6. *Heft* 1. p. 72. — Lallemand in *Journ. universel des scienc. méd. T.* 28. p. 340. — M'Clellan in *the med. review and analectic journ. Philadelph. Vol. I. No.* 1. 1824. — Dybeck et Schuster in Froriep's *Notizen aus dem Gebiete der Heilk. B.* 8. *No.* 160. 175. Cfr. Gerson und Julius *Magaz. der ausl. Literatur der gesammt. Heilk. Mai, Juni* 1823. *Jan., Febr., — Sept., Oct.* 1824. p. 154. — *Jan., Febr., — Jul., August. — Nov., Dec.* 1825. — *Med. chirurg. Zeitung* 1825. *B.* 2. p. 202. — *Neuer Chiron B.* 1. *St.* 2. p. 345. et inprimis G. Behre *Bemerkungen über die theilweise Excision und Exarticulation des Unterkiefers, nebst den zu der Geschichte dieser Operation gehörigen Fällen* (Rust's *Magaz. der gesammt. Heilk.* B. 23. *Heft* 3. p. 387).

9) L. Koecker *an essay on the diseases of the Jaws, and their treatment; with observations on the amputation of a part or the whole of the inferior maxilla;*

§. XC.

Haemorrhagia alveolaris.

Definitio. 1. Est sanguinis effluvium ex alveolis dentium, aliis *Phatnorrhagia.*

Literatura. 2. De hac haemorrhagia ex professo scripsere DANKER [1]), VASSE [2]) et SIEBOLD [3]); — optime JOURDAIN [4]).

Species. 3. Plurae illius exstant species.

II. ab evuls. dent. 4. *Haemorrhagia alveolaris ab evulsione dentis* [5]) communissima est omnium. Scatent exempla apud SCHURIG [6]), COURTOIS [7]), JOURDAIN [8]), DUVAL [9]), SWIETEN [10]), J. P. FRANK [11]) etc. *). Sanguis vel mox dentis evulsionem sequitur,

tending to prove that such operation is seldom, if ever, necessary. London 1828.

1) Diss. de haemorrhagia molari. Argent. 1725.

2) Diss. ergo haemorrhagia ex dentium evulsione chirurgi incuria letalis. Paris. 1735.

3) Historia tumoris et haemorrhagiae alveolaris chronicae feliciter sanatae. Herbip. 1788.

4) *Maladies de la bouche T.* 2. p. 595.

5) Cap. XX. §. LXXXII. No. 6.

6) Haematologia historico medica. Dresd. 1744. Cap. V. §. 7. p. 254.

7) l. c. p. 289. 297. 8) l. c. p. 595.

9) *Des accidens* etc. 10) Commentar. T. I. §. 218.

11) Epit. de cur. hom. morb. lib. V. P. II. p. 153.

*) CHR. FR. PAULLINI odontalgia sola alapa (subsequente dentium haemorrhagia larga) cito curata. Miscell. acad. nat. curios. dec. II. a. 9. 1690. p. 354. — CHR. ROESLER de dentis eradicatione (ab extractione

quitur, vel serius, tertio, quinto [12]), octavo [13]) videlicet ab operatione die apparet. Tanta is interdum copia ruit, ut vitae periculum portendat. Immo funera inde numerantur [14]). Nec aliter expectandum quum agatur de haemorrhagia ex rupta vel erosa conspicua arteriâ (dentariâ nimirum dentis radicem adeunte). Tanto quidem malo ruda et imperita operatoris manus ansam porrigere potest, aut frequentissime peculiaris aegrotorum ad haemorrhagias proclivitas [15]), aut fragmenta dentium vel alveolorum relicta [16]) incusanda sunt. Valet itaque praeceptum [17]), absolutâ

haemorrhagia, et post ejus curationem tumor circa genam et collum lethalis) ibid. dec. I. a. 3. 1672. p. 534. — J. Gr. Hoyer de haemorrhagia largiori e cavitate dentis maxillaris (in juvene) ibid. dec. III. a. 7 et 8. 1699 et 1700. p. 300. — R. Blagden *case of a fatal haemorrhage from the extraction of a tooth. Medico-chirurg. transact. Vol.* 8. *P. I.* p. 224.

12) Jourdain l. c. p. 605.

13) J. W. Widmann de largiori haemorrhagia, octavo demum post dentis evulsionem die orta. Nov. act. acad. nat. cur. Vol. II. obs. 23. p. 83.

14) Plater obs. T. III. p. 773.

15) „. . . *les hémorrhagies ne sont occasionnées que par un vice particulier qui se trouve dans le sujet à qui l'on ôte la dent, ou par la rupture de quelque vaisseau sanguin considérable, eu égard aux parties, qui fournit alors une plus grande quantité de sang que celle qu'on voit communément après une dent ôtée.*" Courtois l. c. p. 290.

16) Carabelli. 17) Ejusdem.

lutâ dentis evulsione, gingivas circa vulnus pollice et digito indice leniter comprimendi; idque non solum ad haemorrhagiam alveolorum impediendam; sed simul ad ossea fragmenta, forte relicta, illico detegenda. Haec ante omnia auferenda esse, patet. Ad haemorrhagiam sistendam valent *introductio* in alveolum *gummi arabici* [18]), *agarici* [19]), *aluminis cum lacca* [20]), *vitrioli cyprini* [21]), *alcohol*, *aceti*, et maxime illius *compressio* ope *plumbi* [22]), *cerae mollis* [23]), *spongiae cera imbutae* [24]), et *linteorum carptorum*. Alveolo nimirum linteis carptis impleto, splenium graduatim ultra dentes vicinos imponatur, os fasciâ claudatur, et per nychthemerum unum alterumve non aperiatur [25]). Si dentes oppositae maxillae deficiant, tunc vel subere imposito, vel applicato tornaculo [26]), compressio alveoli affecti facienda. Commendatae quoque fuere *machinae* Foucou [27]),

18) Zacut. Lusitan. prax. admirab. lib. I. obs. 84.

19) Baldinger's *Magazin B.* 5.

20) Ephem. acad. nat. cur. dec. I. a. 1. obs. 24.

21) Ibid. dec. III. a. 5 et 6. Append. p. 147.

22) Anel *chirurgien dentiste T. I.* p. 304.

23) Belloq *mémoire sur quelques hémorrhagies particulières et sur le moyen d'y remédier.* In *Mém. de l'acad. de chirurg. T.* 3. *No.* 27. *mém.* p. 600.

24) Calmann in Loder's *Journal für die Chirurgie. B.* 4. *St.* 4. p. 629.

25) Plenk l. c. p. 84.

26) In *mém. de chirurgie T.* 3. tale *tornaculum* describitur.

cou [27]), *cauterium actuale* [28]), *emplastrum Galenicum* [29]); *ligatura* tam *gingivarum* [30]) quam ipsius *arteriae maxillaris* [31 a]).

5. *Haemorrhagia alveolaris cum radice dentis aut dente integro adhuc in alveolo persistente* parum quidem sanguinis largitur, ast propter reditum frequentem molesta evadit. Juvat pro tempore

Haem. alv. a praesente dente.

27) Describitur in T. VII. edit. in 12. *Des mémoires de l'academie de chirurgie.* Cfr. Jourdain *les malad. de la bouche T.* 2. p. 599.

28) Monet tamen Jourdain (l. c. p. 598): „*Le cautère actuel n'est pas un moyen aussi efficace qu'on pourroit se le figurer: l'escarre tombant, l'hémorrhagie retourne.*" Ac re quidem vera id confirmat observatio in Loder's *Journ. für die Chir. B.* 2. p. 384. — Peculiare cauterii actualis genus commendat Hartwiss (Epb. acad. nat. curios. cent. 1 at 2. p. 45) nimirum particulam nucis juglandis accensam et flagrantem adhuc alveolo evulsi dentis inditam.

29) Sistabat sanguinem ex alveolo ruentem, quem nec ipsum cauterium actuale sistere potuit; testa Jourdain (l. c. p. 596).

30) Hennemann in Rust's *Magazin für die gesammte Heilk. B.* 18. *Heft* 2. p. 314 („*Ich zog mit einer grössern halbkreisförmigen Heftnadel einen Faden erst durch das Zahnfleisch des gesunden und dann des abgebrochenen Zahnhöhlenrandes, und brachte, indem seine beiden Enden ausserhalb des Mundes zu einer chirurgischen Schlinge zugeschürzt wurden, auf die bekannte Weise den Knoten hart über der Alveola ohne weitere Mühe zu Stande*").

31 a) Sibbold l. c. — *Edinburgh medical and surgical journal June* 1824.

pore *acetum* [31 b]). Cura autem radicalis exigit, ut radix aut dens evellantur. Sic quoque agendum, ubi haemorrhagia alveolaris ex arteriola *dentis vicini cariosi* manat [32]).

Haem. alv. periodica.

6. *Haemorrhagia alveolaris periodica*, cujus multa numerantur exempla [33]), plerumque tribuenda est *catameniis* sibi alveolum, ex quo dens recenter evulsus est, loco uteri, eligentibus [34]). Talis haemorrhagia ne praepostere cohibeatur! Vera enim curandi ratio, ut alibi docebitur [35]), in restitutione fluxus uterini consistit.

Caput XXIII.

De morbis gingivarum.

§. XCI.

Praemonitio. Gingivarum pruritus et tabes.

Praemonitio.

1. *Gingivae* juxta normam firmae et rosantes, in infantibus planae et glabrae, in adultis arca-

31 b) Plenk l. c.

32) Thiel in Loder's *Journ. für die Chirurg. B.* 2. p. 384.

33) Ash in *philosoph. transact. No.* 171. — Carrère in *Hist. de la soc. R. de méd. a.* 1780 *et* 1781.

34) Schenk lib. IV. obs. 259. — Jourdain l. c. p. 595.

35) P. IV. Vol. II. sect. II. cap. De menstruis aberrantibus.

arcatae, inque senibus durae et renitentes, gingivae, inquam, non solum in dentium et alveolorum morbis ac in semiotica [1]) scenam ludunt; sed proprias quoque aegritudines, a Ludolff [2]), Fr. Hirschfeld [3]) et Aubry [4]) illustratas, agnoscunt.

2. Sensatio in gingivis ad scalpendum invitans, non solum dentitionem primam praesagit, sed etiam latentes in tubo intestinali vermes designat [5]). Praeterea *gingivarum pruritus* in Insubria saepe ex herpete proficiscitur [6]). In Lithuania ei plerumque haemorrhoides ansam praebent. Ubique locorum frequentem diatheseos scorbuticae sistit effectum. De cura *pruritus gingivarum a dentitione* jam dictum est [7]). *Verminosus* ille anthelmintica exposcit. *Herpeticus* aquis mineralibus salinis [8]) tam epotis, quam ut collutoria adhibitis, mitigatur. *Haemorrhoidalem* eccoprotica et scarificationes gingivarum, pro tem- G. pruritus.

1) Hippocrates aphor. sect. III. 25. — Praedict. lib. II. 42. — Coac. §. 2.

2) Diss. de morbis gingivarum. Erf. 1722.

3) *Bemerkungen über die Krankheiten des Zahnfleisches. Erf.* 1804.

4) *Essai sur les maladies des gencives. Paris* 1816.

5) Hildanus apud Klein interpres clinic. p. 200.

6) Herpetis gingivarum luculentum exemplum a. 1828. in semi-thermis *St. Pellegrino* observavi.

7) Cap. IX. §. XL. No. 8.

8) Editionis secundae P. I. Vol. I. sect. II. cap. VI. §. XXXVIII. 27 (32. 35).

tempore saltem, debellant. In pruritu gingivarum *scorbutico*, praeter methodum labem universalem emendantem, frictio gingivarum ope succi pirorum vel malorum non permaturorum, limonum etc., conducit.

G. tabes. 3. Recessus gingivarum a dentibus, ita ut collum et pars radicis nuda appareat, *tabes* compellatur [9]). Cujus mali causa, quandoque ignota, saepissime in tartaro dentium quaerenda est. Medela tunc facile divinatur. Caeterum auxiliis ad incrementum et elongationem gingivarum propositis [10]), parum fidei tribuimus.

§. XCII.

Gingivae spongiosae, cruentae.

G. spongiosae. 1. *Gingivae* nunc totae, nunc ex parte, ita interdum *spongiosae* sunt; ut tumentes super dentes promineant osque defoedent [1]). Rubent simul, aut sanguinem vix fundunt. Vitium hujusmodi crebro post diuturnas salivationes, in locis humi-

9) Plenk l. c. p. 102.

10) „Tenuis lanceolae apice margo retractae gingivae parvis incisionibus scarificetur. Dein quotidie bis loca scarificata balsamo peruviano illiniantur. Scarificatio aliquoties repetatur, si vero haec methodus non sufficiat, tunc abscindatur totus margo retractus gingivarum, et continuetur balsamus peruvianus. Demum diu scopula dentali fricentur gingivae." Plenk l. c. p. 103.

1) Gall. (improprie) *le scorbut des gencives.*

humidis, apud milites male nutritos, carceratos etc. obvenit. Mirum itaque non est, illud a laxitate vasorum et substantiae gingivarum nec non a diathesi scorbutica derivatum fuisse [2]), atque curatum *collutoriis roborantibus, aquâ* videlicet *Coloniae, spiritu cochlearege* dilutis, *infuso vinoso radicis acori calami* etc. Verum gingivae spongiosae etiam observantur in hominibus robustis, herculeis, in strenuis potatoribus, maxime si haemorrhoidibus *) laborant; quamobrem eo magis plethoram accusandam esse putamus, quum *scarificatio* partis affectae, una cum eccoproticis et aquis mineralibus resolventibus, praecipua hic sistant auxilia. Immo in ea, summo praeeunte viro [3]), versamur opinione, jactatam *recisionem marginum gingivarum spongiosarum*, dumtaxat ut *scarificationem* valere, caeterum vero rejiciendam esse. Nec ad scarificationem, de qua agitur, semper culter requiritur; haud raro enim scopulae dentariae super gingivas aliquoties deductae, ad cruorem eliçiendum sufficiunt.

2. *Gin-*

2) Plenk l. c. p. 95.

*) De nexu gingivarum cum morbo haemorrhoidali testatur praeterea observatio G. E. Berner, haemorrhoides consolidato gingivarum ulcere pristina relegentes vestigia. Act. acad. nat. curios. Vol. I. p. 444.

3) Hunter l. c. p. 186 („*I should suspect, that the good arising from such practice is owing to the bleeding which takes place; especially, as I have found from experience, that simply scarifying the gums has answered the same purpose*").

G. cruentae.

2. *Gingivarum cruentatio* sese exhibet sub forma modo *exsudationis*, modo *haemorrhagiae*. *Exsudatio sanguinis e gingivis* nunc perpetua est, nunc dumtaxat sermocinando et masticando obvenit, hicque ita, ut si aeger panem vel pomum momorderit, sanguinolenta gingivarum vestigia in iis relinquantur. Horrendum spectaculum! *Haemorrhagia gingivarum*, cujus exempla describuntur a Sorbait [4]), Müller [5]), Schurig [6]), Jourdain [7]) aliisque, interdum adeo urget ut timorem incutiat. Ansam ei (aeque ac exsudationi) praebent mundatio dentium, rudiori manu cum scopulis duris suscepta, morsus corporis duri [8]), tartarus dentium, scarificatio gingivarum, applicatio hirudinum ad eas (verbo caussae traumaticae [9])), porro labes scorbutica [10]), suppressio

4) Notabilis gingivarum haemorrhagia post diuturnam tertianam. Miscell. acad. nat. curios. dec. I. a. 2. 1671. p. 87.

5) De haemorrhagia gingivarum notabili. Ephem. acad. nat. curios. cent. 5 et 6. p. 72.

6) Haematologia historico-medica. c. V. §. 6. p. 252.

7) *Malad. de la bouche T.* 2. p. 410—412.

8) Hedenus in Gräfe's *und* Walther's *Journ. für die Chirurgie und Augenheilk. B.* 9. p. 289. — F. W. Mansie in *Ny Hygäa* 1826. *Mai*; et *Magaz. der ausländ. Literat. der gesammten Heilk. März, April* 1827. p. 338.

9) Cruentatio gingivarum a violentiis externis Plenkii l. c. p. 105.

sio catameniorum [11]), haemorrhoidum [12]), et affectio ignota nervorum [13]). Cruentatio gingivarum *scorbutica* noscitur ex reliquis diatheseos scorbuticae notis, maxime ex sociis haemorrhagiis, ut ecchymoses [14]), haematemesis [15]); — *catamenialis* et *haemorrhoidalis* — ex anamnesticis. Ambae non praepostere cohibendae, ne sanguis e gingivis manare impeditus in cerebrum irruat [16]).

10) Müller diss. de cruentatione gingiverum scorbutica. Altd. 1675.

11) Riedlin lin. med. 1700. p. 13. — J. Arbanson diss. de haemorrhagie nerium ec *gingivarum* salubritate loco fluxus menstrui, casu quodam comprobata. Hel. 1772.

12) J. W. F. Borrneker de haemorrhagia enormi et impetuosa a faucibus, *gingivis* et lingue prorumpente, in viro *haemorrhoidario*, feliciter tandem sanata. Act. acad. nat. curios. Vol. VIII. p. 138.

13) E. c a sono stridulo, quem culter inter acuendum edit (Bartholinus Epist. IV. p. 523). In genere imperium systemetis nervorum in gingivas necdum satis ponderatum est. Cerebrum ipsum nervorum quinti paris ope illis speciatim imperere videtur, quod inprimis ex observatione *sur une lésion de la base du nerf trigumeau* auctore Serres (*Bulletin de la société philomatique. Paris Août* 1821. *No.* 3) prodit.

14) J. M. Wolff de haemorrhagie gingiverum cum meculis sanguinie subcutaneis. Act. acad. nat. curios. Vol. VII. p. 478.

15) Gehren's *Entdeckungen in der Arzneiwissenschaft B.* 4. p. 245.

ruat [16]). Ideoque tutior aliquando venae sectio e pede [17]), quam stiptica ori admota. Caeterum cura ut in haemorrhagia alveolari.

§. XCIII.

Phlogosis et suppuratio gingivarum.

G. phlogosis.

1. Gingivarum rubor coccineus, lividus, dolor et tumor phlogosin, seu *Ulitidem*, constituunt. Tali morbo correptae gingivae inter dentes pyramidum sub forma prominent, et interdum ipsos dentes magna ex parte cooperiunt. Exci-

16) Faber aerarius 50 annorum Novo-comensis, strenuus quondam potator, pro morbo, primo jam intuitu manifesto a. 1827, vere ineunte, consilium meum exposcebat. Vix enim ore narrando aperto, sanguis densus, tenax inter labra prodibat. Eum ex utrisque gingivarum superficiebus ambarum maxillarum pullulare reperi. Nulla aderant diatheseos scorbuticae indicia et nec halitus foetebat. Ipsae gingivae sat firmae et dentes bene constituti cernebantur. Habitus autem corporis, reliqua symptomata ac exploratio abdominis, hepatis obstructionem ac reconditas haemorrhoides indicabant. Aegrotus haec parum curans, dumtaxat remedium adversus cruentationem gingivarum expetiit. Quum monuerim tale incommodum adhuc tolerandum, ac morbi radicem abdominalem prius exstirpandam esse, ejusmodi minime arrisit sententia. Hinc alibi auxilium quaesivit . . . . Mensibus nonnullis elapsis *apoplexiâ* periit.

17) A. Lebenwaldt de utilitate venae-sectionis in pede haemorrhagiam gingivarum sistente. Miscell. acad. nat. curios. cent. 5 et 6. p. 72.

Excitatur ulitis (praeter dentium eruptionem primam et secundam) a corporibus extraneis gingivis infixis [1]), contusione [2]), compressione et laceratione sub extractione dentium, a collutoriis acribus [3]), tartaro dentium eorumque ac alveolorum carie, a auctione fumi nicotianae [4]), vermibus intestinalibus [5]) et saburris primarum viarum, a rheumate et maxime a mercurio [6]). Morbus ad gingivas circumscriptus, in aegroto caeterum vegeto, levis esse solet. Contra si ad partes contiguas propagetur et universum corpus in consensum trahatur. Tunc etenim tumor faciei ad aures usque extensus, facilis denegata oris apertio, salivae suffocationem minitantis affluxus, febris, cephalaea, vigiliae et tandem suppuratio circa focum morbi, expectari debent. Quibus malis phlebotomiis, hirudinibus, clysteribus, eccoproticis, collutoriis aut injectionibus emollientibus, verbo regimine antiphlogistico, occurrendum est.

2. Gingivarum *suppuratio* bifaria, altera *tuber-* G. suppuratio.

1) Riedlin lin. med. 1700. p. 40. — Kuhn *a disease succeeding the transplantation of teeth. Mem. of the med. soc. of Lond. Vol. I.* p. 346.

2) Schenk obs. med. lib. I. obs. 314.

3) Gariot l. c. p. 232.

4) Weichard *vermischte Schriften B.* 3. p. 39.

5) Bonet sepulchr. lib. I. sect. 21. obs. 1. — Van der Bosch hist. constitut. epidem. vermin. p. 135.

6) Cap. VI. §. XXVIII.

tuberculosa, altera *lata*. Illa *parulis* 7) dicitur, quae sedem figere solet circa dentes incisores, caninos et molares minores, maxime si carie laborent. Rumpitur modo extus, modo intus. Ibi prominentia inter arcum alveolarem et initium superficiei internae labiorum observatur; cujus prominentiae ex apice, compressis gingivis, puris gutta una alterave manat, quin inde tumor omnino subsideat. Parulide intus apertâ, pus, compressionis ope, ex angulo inter gingivam et dentem prodit. Utroque in casu magnum discrimen inter parulidem ex simplici gingivae morbo ortam, ac eam cui simul morbi dentium et alveolorum ansam praebent. Illa nimirum sua sponte sanatur; haec, etsi similiter sanari videatur, tamen minima data opportunitate iterum iterumque recrudescit; idque aucta quavis vice puris copiâ. Porro ex orificio parulidis provectae facile caro fungosa germinat. Adsunt praeterea symptomata latentem morbum aut dentis, aut alveoli, aut utriusque indicantia. Immo, si dentis radix alveoli parietem perforaverit, in parulidis adapertae medietate ipsa radix perforans conspicitur. *Parulis simplex* nullam exposcit medelam. Illi ficum lacte coctum et discissum imponere, minime nocebit. Quodsi spontanea ruptura tarda foret, ne pus cariem arcus alveolaris excitet, lanceola praesto esto. Incisio autem, ut cita

7) Angl. *Gum-bile.*

cita nimia aanatio praepediatur, sat ampla esse debet [8]). *Parulis complicata*, a dente carioso, ejus, vel radicis affectae, extractione curatur. Caro luxurians lapide infernali destruitur. De cura alveoli cariei jam dictum.

3. *Abscessus gingivarum latus* collutoriis et cataplasmatibus extus adhibitis ad maturitatem perducendus, et, si deglutitionem vel respirationem impediret, ampla sectione [9]) aperiendus; capite Continuatio argumenti.

8) „*When the abscess has opened through the gum, I believe the best method that can be tried, with a view to prevent future gatherings, is to prevent the closing up of the abscess; and this may be done, by enlarging the opening, and keaping it enlarged, till the whole internal surface of the cavity of the abscess is skinned over, or till the opening in the gum loses the disposition to close up, which will in a great measure prevent any future formation of matter; or at least, whatever is formed will find an easy outlet, which will prevent these accumulations from taking place ever after. The end of the fang will indeed be hereby exposed; but, under such circumstances, it will not be in a worse situation than when soaked in matter.*“ Hunter l. c. p. 165.

9) „*Sans cette précaution l'abscès ne tarderoit pas à se refermer, il en résulteroit une nouvelle collection de pus qui, en se faisant jour dans les parties environnantes, pénétrerait dans les alvéoles, détruiroit leur périoste, et donneroit lieu au developpement d'ulcérations plus ou moins profondes qui prendraient bientôt le caractère fistuleux.*“ Maury l. c. p. 152. Instrumenta ad aperiendos ejusmodi abscessus idonea

capite aegroti inde mox anterius inclinato ut pus effluere possit.

Monitum. 4. Ne ex sola materia puriformi e gingiva scaturiente mox parulidem vel abscessum proclames! Datur enim *phlogosis gingivarum chronica*, quae materiam puriformem sine abscessu largitur. Exempla hujusmodi nobis aliisque obvenerunt ex suppressione fluoris albi [10]), et sudoris pedum [11]). Cura exigit ut phlogosis methodo antiphlogisticâ sedetur, utque morbi suppressi revocentur.

§. XCIV.

Ulcera gingivarum.

U. fistulosum. 1. Parulis complicata facile in *ulcus* transit cum orificio exiguo in gingivis, quod ad radicem dentis vel alveolum cariosum ducit. Morbus hic, pulchre a Brachmarnd [1]), Günz [2]), Guillon [3]) et Duval [4]) descriptus, hodiedum nomine *fistulae dentariae*

Tab. XIV. fig. 5. Tab. XXI. fig. 4. operis citati exhibent.

10) Rust *Magazin der gesammt. Heilk. B.* 27. *Heft* 2. p. 295.

11) Düan in Huxeland's *Journ. der pr. Heilk. B.* 9. *St.* 3. p. 187.

1) De ulceribus dentium fistulosis. Lipa. 1733.

2) Observat. ad ozaenam maxillar. ac dentium ulcus pertinens. Lips. 1753.

3) *Mémoires et observations sur les fistules dentaires.* Sedillot *rec. périodique de la soc. de méd. de Paris T.* 11. p. 394.

4) *Observations sur l'état des os de la mâchoire dans les ulcères fistuleux des gencives et dans les fistules dentaires. Bulletin de la faculté de méd. et de la société de Paris. An X.* (1814) p. 69.

tariae obvenit. Orificium fistulae gingivis respondens, ab ichore aut crustula occlusum esse solet. Interdum plura eiusmodi orificia occurrunt, sibi proxima. Dens contiguus saepe vacillat, saltem si digitorum ope exploretur. Ipse canalis fistulosus specillo examinari debet, scopo detegendi utrum os carie detentum jam mobile sit nec ne. Indicatio est dentem extrahere et exfoliationem cariei promovere. Si aegrotus caeterum valeat, fotus partis affectae ex decocto hordei, melle rosarum et guttis aliquot acidi muriatici ad sanandum sufficit. Sunt qui loco morboso oxycratum inungunt.

2. Abscessus gingivarum latus, si cariem alveoli vel radicis dentis sociam agnoscit, interdum in *ulcus* ejusdem amplitudinis desinit, *cariosum* dictum [5]). Ulcus hoc sedem juxta longitudinem basis maxillae inferioris, aut, quod rarum, prope apophysin ascendentem ossis maxillaris figit. Margines ulceris callosi sunt et tumidi. Ambitus plus minus ruber et oedematosus cernitur. Methodus medendi iisdem innititur indicationibus. U. latum.

3. Alia adhuc exstant gingivarum ulcera originis haud purulentae, sed effectum *erosionis saniosae* sistentia. Spectant huc *ulcera scorbutica*, *syphilitica*, *mercurialia*, *gastrica*, *aphthosa* et *cancrosa*. U. alia.

4. *Ulcera scorbutica* in gingivis fungosis et cruen- U. scorbutica.

5) Plenk l. c. p. 104.

cruentis nidulantur, summumque gradum *stomacaces scorbuticae* sistunt, cujus imaginem et therapiam jam alibi [6]) tradidimus. De eo ut *morbo infantili* infra quaestio erit [7]). Cavendum ne gingivarum scorbuto, effectus *tartari dentium* in gingivas, tribuamus: distinctio facilis quum hîc generalia scorbuti symptomata desiderentur [8]).

U. syphilitica. 5. *Ulcera gingivarum syphilitica* plane cum iis labiorum [9]) conveniunt.

U. mercurialia. 6. *Ulcera mercurialia gingivarum* ab earum calore, pruritu et tumore praeceduntur. Fundum habent griseum et interdum cruentum. Concomitantur a salivae secretione aucta, a peculiari halitus foetore, et ab ulceribus ad linguam et genas. Cura jam alibi tradita est [10]).

U. gastrica. 7. Sicuti vermes intestinales phlogosin gingivarum excitare queunt [11]); ita etiam earum *ulcera*.

6) Cap. XIX. §. LXXVIII.

7) Cap. XXXVI. §. CXLI. No. 1.

8) A. 1811. Judaeus urbis *Kowno* ad me venit, asserens se jam a duobus annis *scorbuto* laborare. Simul fasciculum enormem formularum medicinalium, pharmaca antiscorbutica continentium, coram me deposuit. Ac re quidem vera gingivae illi erant fungosae, cruentae, exulceratae, halitusque intolerabilis. Quum vero vir juvenis et floridus, citra os nullum scorbuti signum, contra, conspicuam tartari dentium copiam exhibuerit, monui curam a mundatione oris inchoandam esse. Qua mox peracta, sanatus postridie rediit.

9) Cap. I. §. VI. No. 3. 10) Cap. VI. §. XXVIII.

11) §. XCIII. No. 1 (5).

ulcera. Eadem facultas *vitiis primarum viarum* in genere concessa est; ideoque etiam causis vitia ejusmodi producentibus, e. gr. abusui veneris, affectionibus hystericis et hypochondriacis. Melius haec nemo intellexit Baglivio [12]). Secutus est Plenk, *stomacacem a vermibus intestinalibus* et a labe *primarum viarum* stabiliendo [13]). Morbus hic ut *aetati infantili* addictissimus, alibi considerabitur [14]). Interea quoad curam meminisse sufficiet, eam in eliminatione sordium, in restauratione digestionis, et maxime in regimine diaetetico consistere.

8. *Ulcerum aphthosorum* in gingivis earumque *gangraenae* infra in tractatu de *stomacace* et *cancro aquatico* mentio injicietur. U. aphthosa.

§. XCV.

Gingivae excrescentes.

1. Gingivae diversimode luxuriantur. Notio.

2. Gingivarum luxuriantium simplicissima forma ea est *pseudomembranae*, cujus ope genis G. adhaesiones.

12) „Animi passiones diuturnae, negotia gravia, curae molestae, studia post pastum et vehementes animi contentiones, inquinationem dentium pariunt primo, deinde laxitatem eorundem, cariem, dolorem etc. Dictis de causis stomachi vis in digestione peragenda labefactatur; hujusque in stomacho affectionis indicia, per saporem linguae mutatum, sordidam dentium visciditatem, *gingivarum laxitatem*, orisque foetorem manifestantur." Medic. solid. can. XVIII.

13) l. c. p. 99. 14) Cap. XXXVI. §. CXLI. No. 2.

et labiis alligantur. Adhaesio ejusmodi modo partialis, modo universalis conspicitur. Nunc alterutro in latere nunc utrinque obvenit. Caussa in phlogosi, praesertim mercuriali, quaerenda, utpote quae lympham coagulabilem, pseudomembranae matricem, largitur. Adhaesioni itaque gingivarum cum partibus contiguis, occurrendum, tam phlogosin resolvendo; quam loca affecta collutorio emolliente vel penicillo mucilagine imbuto detergendo. Facta jam adhaesio ope digiti aut cultri removetur. Filamenta carpta adposita, novam praepediunt adhaesionem.

Epulis. 3. Altera gingivarum luxuriantium forma, *epulis* [1]) est, seu excrescentia carnea, fungosa, cornea, e gingivis enata [2]). Tres diversos nomine epulidis comprehensos morbos detegimus. Quorum primus *epulis carnea* est. Incipit a tubercnlo, membrana subtili et glabra obducto, ac desinit in tumorem indolentem magnitudinis nucis avellanae, ovi columbini [3]) et longe ultra [4]). Insidet gingivis (maxillae plerumque inferioris) mox

1) Schelhammer diss. de epulide et parulide. Jen. 1692.

2) Plenk l. c. p. 92.

3) Louis in *Mémoires de l'acad. R. de chirurgie T.* 5. *No.* 14.

4) Cornelio *statistica ann. XXI. fig.* 7 („*Epulide estratta ad un Genovese, che nasceva dalla gingiva dei due denti incisori della mascella inferiore: qual escrescenza teneva sollevata con sospensorio, ed era del peso di* 11 *oncie e mezza*").

mox basi lata, mox pedunculo; idque utplurimum ad superficiem externam. Exsurgit aliquando inter ipsa dentium (quos divellit et subvertit) interstitia. Origo epulidis carneae vix ab illa pseudomembranarum differre videtur. Phlogosis illi ansam porrigens saepe a dentium tartaro [5]), carie [6]) et evulsione excitatur. Malum sistit insons, auferendum: si pedunculum habeat, *ligaturâ*, aliàs *excisione*. *Epulis fungosa* [7]) nobis

5) Bunon l. c. p. 236 („. . *excroissance considérable tenante de nature skirreuse, en la mâchoire inférieure, longue d'environ huit à neuf lignes et large de six à huit . . . . on l'avoit déja coupée trois fois, et elle s'étoit toujours réformée . . . . pour n'avoir pas pris la précaution d'enlever exactement le tartre . . . j'ai donc tout de suite — après avoir extirpé la tumeur — emporté exactement tout le tartre; dès le lendemain l'endroit s'est trouvé aussi uni que le seroient les gencives où il n'y auroit pas eu d'excroissance*").

6) Jourdain *réflexions* etc. p. 209 („*Enfin quand l'excroissance est produite, par une racine, une dent cariée ou fracturée, il faut examiner tous ces corps, que je regarde alors comme étrangers, et engager la personne à sacrifier tous ces dents ou racines voisines de l'excroissance*").

7) Cardanus de subtilitate. Norimb. 1750. lib. XII. — Schenk obs. med. lib. I. obs. 384. — Fabric. Hildanus obs. cent. V. obs. 27. — Guillaume de Plaisance *maladies de l'intérieur de la bouche: 1. Excroissance fongeuse des gencives. Mém. de l'acad. de chirurgie T.* 5. p. 372. — Brouillard *observa-*

nobis est *fungus haematodes*, morbus gravissimus, ex carie alveolorum vel maxillae [8]) (inprimis syphilitica [9])) pullulans, in cancrum, quid quid dicant [10]), desinens, atque *cauterio actuali* curandus. — *Epulis cornea*, ut cornua cutanea tractanda [11]). Cavendum praeterea ne cum exostosi maxillae confundatur [12]).

Finis. 4. Quodsi morbi hucusque enumerati gingivarum jacturam irremediabilem reliquerint, ad *gingivas artificiales* [13]) recurrendum.

CAPUT

tion sur une excroissance fongeuse des gencives. ibid. p. 375.

8) RICAL *ost d'épulie produite par la carie des os maxillaires. Revue médicale. Juin* 1827. p. 400.

9) JOURDAIN l. c. p. 206.

10) LEURS l. c. (cap. I. §. I) §. 65.

11) P. I. Vol. III. sect. II. cap. VII.

12) AGRELL *chir. Vorfälle B.* 1. p. 204, epulidem spinosam describit.

13) „*Lorsque la perte de substance du bord alvéolaire est trop considérable, il faut absolument le remplacer, et la seule manière d'y parvenir, c'est de figurer des gencives sur la pièce artificielle.*" MAURY l. c. p. 355.

Caput XXIV.

De oris foetore.

§. XCVI.

Notio. Literatura.

1. Morbis hucusque recensitis vitium intolerabile, *foetor* videlicet seu *dysodia* [1]) *oris* [2]) sigillum imponit. Notio.

2. Praeter auctores de dysodia in genere [3]), legantur J. Meibom [4]), Willich [5]) et J. Vehr [6]). Literatura.

§. XCVII.

1) A δύς, male, ὀσμὴ seu ὀδμὴ, odor.

2) Graec. Στόμα σαπρόν. Gall. *Puanteur de la bouche, haleine forte.*

3) Schnieer epistola de foetore puellae singulari. v. Horstii opp. Vol. II. p. 553. — J. Rix de foetoribus humani corporis viventis cognoscendis et curandis. Basileae 1700. Continetur in Fascicul. disputat. med. select. Zwingeri Basil. 1710. — S. G. Vogel *fragmentarische Bemerkungen über die riechbaren Ausdünstungen der Naturkörper überhaupt und der Menschen und Thiere insbesondere.* Fr. C. Hecker *litterarische Annalen der gesammten Heilk. Dritter Jahrg.* 1827. *Juli* p. 271. — *Die Heilung des üblen Geruchs aus dem Mund, Nase und Füssen, oder gründliche Anweisung, diesen Geruch und Fussschweiss ohne Nachtheil zu beseitigen, und den unterdrückten wieder herzustellen. Gotha* 1827.

4) *Bedenken von einem Gestanke aus dem Munde* mit Werlhofs *Anmerkungen. Fr. und Leipz.* 1743. 4.

§. XCVII.

Symptomata. Caussae.

Symptomata. 1. Oris foetore laborantes proprium non percipiunt vitium. Eo magis qui adstant molestari inde solent [1]). Affligit modo continuo, modo per intervalla, maxime jejuno ventriculo et tempore catameniorum.

Caussae. 2. Est dysodia oris aliquando congenita [2]), ac interdum quibusdam familiis propria [3]). Nulli parcet aetati, communior tamen senibus. Longe frequentius obvenit in regionibus septentrionalibus, quam in meridionalibus. Excitatur maxime ab oris neglecta munditie, inprimis a dentium tartaro et carie, a suctione fumi tabaci, a morbis gingivarum, praesertim indolis scorbuticae; a mercurio, a faucium ulceribus, ab esu allii [4]), a potu vini et cremati, a jejunio [5]), a mora alimento-

5) Diss. de foetore oris. Lovan. 1675.

6) Diss. de anima foetida. Fr. 1679.

1) „*Ein übel riechender Athem tödet unsere Nervenkraft, er schlägt Muth, Liebe und alle Spannkraft zurück und vergiftet die sanftesten Küsse.*“ Weickard.

2) *Med. Wochenblatt* 1782. *No.* 28.

3) Nonnulla ejusmodi exempla numero.

4) Juvenis elegantissimus coram coetu feminarum cantavit. Ecce illarum una animo inopinate linquit. Cantor sibi imaginabatur id melodiae adscribendum esse; erravit — *allii* comesti halitum accusare debuisset.

5) Judaei Polonici strictissime jejunium a religione prae-

mentorum in plica pharyngis [6]); a vermibus, saburris, ructibus, flatibus, acidis primarum viarum, a morbis ventriculi [7]), intestinorum [8]); a catameniis [9]) eorumque suppressione; a vitiis narium [10]), glandulae thymus [11]), tracheae [12]) et pulmonum [13]); a constrictione trunci [14]); ab animi pathe-

scriptum observare solent; eo jam ad nychthemerum protracto, intolerabilem oris spargunt foetorem.

6) C. Rönnow *anatomische Beobachtung, welche beweisset, dass der Sitz des stinkenden Geruchs aus dem Munde, bei einigen gesunden Personen, nicht im Magen, sondern blos in der Speiseröhre ist, und wie man demselben vorbeugen kann. Neue Schwedische Abhandlungen B.* 4. p. 53.

7) Bonet sepulchr. lib. I. sect. XXI. obs. 8. 10.

8) Bonet l. c. obs. 5. 11.

9) Riedlin millenarius No. 322. — Pelargus *med. Jahrgänge. Jahrg.* 3. p. 17.

10) Ab ozaena, polypo, atresia. 11) Bonet l. c. obs. 4.

12) Eph. acad. nat. curios. dec. II. a. 2. obs. 116.

13) Bonet l. c. obs. 9. — Cfr. Paoli *memoria sulla traspirazione polmonare. Pesaro* 1824. — G. Reonoli *sulla traspirazione polmonare. Pesaro* 1824. — „*Es giebt eine Art von übelriechendem Athem, der von einem Fehler der Lungen herrühret* (dysodia pulmonica), *welchem besonders solche Personen unterworfen zu seyn pflegen, die eine enge Brust und eine scorbutische Leibesbeschaffenheit haben. Es scheint dieser Fehler von einem Mangel an Kraft voll auszuathmen zu entstehen, wodurch zuweilen etwas von der zur Ausdünstung durch die Lungen bestimmten Materie in der Lunge zurückgehalten, und durch diesen Aufenthalt und Stockung in den Luftbläschen verderbt wird.*“

pathematibus, moerore maxime, ira, zelotypia; a febribus intermittentibus, continuis gastricis et putridis et a variolis [15]).

§. XCVIII.

Diagnosis. Prognosis. Cura.

Diagnosis. 1. Quivis homo halitu oris specifico dotatus est. Analogiam is cum sudore axillarum et pedum exhibet. Enumeratio caussarum dysodiae oris docet, hoc vitium modo directe ex ore, modo e tubo alimentario, modo a naribus reliquisque canalibus aëreis, modo a nervorum imperio morbisque universi corporis proficisci. Dividimus itaque *dysodiam oris* 1° in *proprie dictam*, per autopsiam dentium et gingivarum facile dignoscendam; 2° in *gastricam*, saepe periodicam, horis matutinis addictam, spurcitiei linguae aliisque notis gastricis junctam et e vitae genere aegrorum levi operâ eruendam; 3° in *pneumaticam* plerumque continuam, ex voce nasali, aut dyspnoea, structura thoracis angusta arguendam; 4° in *nerveam*, a secretione halitus sine evidenti caussa

Th. Percival *vermischte prakt. Bemerkungen. Aus — London medical journal Vol.* 4. p. 56. — in *Samml. auserlesener Abhandl. für prakt. Aerzte B.* 10. *St.* 2. p. 205.

14) Observatio inter feminas (et mares) sibi thoracem et ventrem fasciis adstringentibus, repetitis vicibus facta; et facile juxta Percival explicanda.

15) Odor veluti casei.

causse perversâ, repetendam et 5° in *symptomaticam*.

2. Haec praecipue in *semiotica* memorabilis. Ex foetore nimirum oris in morbis acutis infantum ad vermes intestinales, in iis adultorum ad cruditatem putridam [1]) et nonnunquam ad mortem proximam [2]) concludere fas est. „Quidam halitum foetidum spirant, *quo sani sunt*, quibus *suppressus foetor* [3]) convulsionem facit“ [4]). Prognosis.

3. *Dysodiae oris proprie dictae curam* jam indicavimus [5]). Ea *d. gastricae* et *pneumaticae* ex praeceptis alibi tradendis [6]) traditisque [7]) eruitur; in genere si foetor e *ventriculo* emergat — *carbo vegetabilis* [8]); si e *pulmonibus* — *myrrha* [9]) et *aquae gaz acidum carbonicum continentes* Cura.

1) Lieutaud *précis de la médecine pratique T. II. sect.* 2. p. 113.

2) Lemosius opt. praedict. rat. III. 8. p. 138. a.

3) Rectius sane: caussa foetorem supprimens.

4) Koathum diss. de epilepsia. Duysb. 1766. p. 22.

5) Cap. XVII. §. LXV.

6) In capitibus de dyspepsia, vermibus intestinalibus P. III. Vol. I. sect. II. et Vol. II. sect. I.

7) P. II. Vol. II. sect. I. cap. X.

8) R. Pulveris carbonis vegetabilis — cioccolatae aa grana octo. M. Cap. talem pulverem mane et vespere.

9) R. Extracti myrrhae aquosi drach. tres. f. pilulae ponderis granorum trium. Conspergantur pulvere radicis ireos florentinae. D. S. pro adulto bis de die pilulae jv.

tes, vix tamen *inspiratio gaz oxygenii* [10]) prosunt. — *D. nervea*, nisi ex animi pathematibus fugandis ortum trahat, vix medelam admittit. — Quoties dysodia oris incurabilis est, ea saltem *celanda mitigandaque*; nam agitur de vitio ipsa in medicina forensi scenam ludente [11]). *Celatur* — inculcando, ne adstantes prope nimis adloquantur. Juvat praeterea *radicem ireos florentinae*, *caules angelicae conditos*, clandestine masticare. Aromata, ut cinnamomum, caryophyllos reprobamus, ex forti enim quem spargant odore adagium — „hic male semper olet, qui bene semper olet," — obtruditur. Potius horis matutinis ad *colutoria aromatica* [12]) recurrendum.

Murias

10) Proponitur a Reece (*Practical dissert. on costiveness. Lond.* 1826. p. 175).

11) Zacchias quaest. med. legal. Lib. II. Tit. III. quaest. 11. — Meibom l. c.

12) Formula Maury (l. c. p. 180): *Alcohol à 38° . . 2 litres. Huile essentielle de menthe anglaise . . . 1 once. Néroli . . . 4 gros. Essence de cannelle . . . 2 gros. Esprit d'ambre musqué et rosé 1 gros et demie. Ether sulphurique . . . demi gros. On filtre cette liqueur après l'avoir colorée, et, au moment de la mettre dans des flacons, on ajoute l'éther (on la colore avec l'orcanette, la cochenille, l'orseille, la gomme laque, le safran* etc.). — Altera formula ex *Journal de chimie médical* 1826. *Avril* p. 196: *Esprit de Pyrèthre a 35° Baumé . . . 1 litre. Cannelle fine . . . 4 scrupules; vanille, coriandre, girofle, . . . ââ 1 gros. Macis, cochenille, safran, hydro-chlorate d'ammo-*

Murias oxygenatus calcis [13]) pro ulceribus scorbuticis oris reservandus.

Caput XXV.

De morbis linguae in genere, et speciatim de ejus defectu, tenuitate ac hypertrophia.

§. XCIX.

Morbi linguae in genere.

L. consideratio.

1. Dum reliquae corporis humani partes functioni dumtaxat uni alteraeve inserviunt, *lingua* simul instrumentum sistit gustus, adjuvans masticationis, organon deglutitionis et adminiculum loquelae. Ad complendum miraculum cunctae ejusmodi functiones vel sine lingua plus minusve absolvi queunt.

2. In-

niaque ... ää 18 *grains. Eau de fleurs d'oranges ... demi-once. Huiles volatiles d'anis, de citron ... ää* 18 *gouttes; de lavande, de thym, teinture d'ambre, ää* 9 *gouttes. Filtrez après* 15 *jours de macération. Ajoutés quelques gouttes à de l'eau (L'esprit de pyrèthre se prépare de la manière suivante: Racine de pyrèthre de la meilleure qualité et grossièrement pulvérisée, une livre; alcohol à* 35° *cinq livres. Eau une livre. Destillez au bain-marie après deux jours de macération).*

13) A. G. Labarraque *de l'emploi des chlorures d'oxide de jodium et de chaux. Paris* 1825. p. 22.

Litera-tura. 2. Incomprehensibile est tanti organi morbos necdum monographiâ comprehensos fuisse. Huc saltem dissertationes inaugurales [1]) et memorias academicas [2]), ut ut laude dignas, revocare nequimus. Ipsi tractatus de morbis cavitatum oris in genere [3]), respectu ad linguam deficiunt. In compendiis medicis et chirurgicis tota res capitibus de linguae inflammatione, vulneribus et carcinomate absolvi solet.

Semiotica. 3. Unica pro dignitate, et instar anatomiae et physiologiae [4]), exculta doctrinae pars, *semiotica*

1) Jo. Maur. Hoffmann respons. Georg. Horstio diss. linguae status naturalis et praeternaturalis et signa ex inde petenda exponens. Altdorf. 1682. in 4. — Küstnerus (Heister) diss. de lingua sana et aegra. Altd. 1716. — Simon diss. de morbis linguae. Paris. 1765. — Lasus theses de morbis linguae. Paris. 1765. — Schwelghauser diss. de affectibus linguae. Argentor. 1789. — Breidenstein diss. de morbis linguae. Erlang. 1791 (Versio exstat in *neueste Samml. für Wundärzte. St.* 5. *No.* 4).

2) A. Louis *mémoire physiologique et pathologique sur la langue. Mém. de l'académie R. de chirurgie T.* 5. *mém.* p. 486. *Edit.* 8. (qua utor) *T.* 14.

3) Introductio.

4) Operâ inprimis: Bellini gustus organon novissime deprehensum. Bonon. 1663. — M. Malpighi *an account of some discoveries concerning . . . . . the tongue. Philosoph. transact. y.* 1667. p. 491. — A. Leeuwenhoek *microscopical observations upon the tongue.* Ibid. *y.* 1708. — Fr. Ruysch thesaurus anatom. primus. Amstelod. 1710. Tab. IV. — L. Hei-

tica est *linguae* [5]), quam Cous senex γλωσσομαντείαν

ster de lingua humana et praesertim ejus glandulis in superficie, ubi simul de ductibus linguae salivalibus novis quaedam disseruntur. Acta acad. nat. cur. Vol. 1. p. 401. — Meckel de quinto pare nervorum. Goett. 1748. recusa in Ludwig select. scriptor. neurolog. T. I. — B. S. Albinus annot. acad. Lugd. Bat. 1754. Tab. I. — J. van Reverhorst diss. de fabrica et usu linguae in Haller select. diss. anat. Vol. I. — G. J. Duverney *oeuvres anatomiques. Paris* 1761. — J. D. Santorini septendecim tabulae editae a Girardi. Parmae 1775. — J. Fr. W. Borhmer diss. de nono pare nervorum cerebri. Gotting. 1777. — Monro *observations on the structure and functions of the nervous system. Edinb.* 1783. — J. C. A. Mayer *anatomische Kupfertafeln. Berlin* 1788. 4. *Heft.* — Pt. Jos. Daniels gustus organi novissim. detect. prodrom. Mogunt. 1790. 8. — G. F. Pfeifers diss. sistens tertii et quarti nervor. cervicalium descriptionem, cui accedit succincta eorundem nervorum quinti, phrenici, accessorii Willisii, duri, hypoglossi et occipitalis adumbratio. Hal. 1793. — A. Scarpa tabulae neurologicae. Ticini 1794. — E. Home *observations on the structure of the tongue: illustrated by cases in which a portion of that organ has been removed by ligature. Philos. transact. y.* 1803. p. 205. — S. Th. Soemmerring *Abbildung der menschlichen Organen des Geschmacks und der Stimme. Frankf. a. M.* 1806. — J. F. Schröter *die menschliche Zunge oder das Geschmacksorgan nach den Abbildungen des . . . Soemmerring. Leipz.* 1813.

5) Praeter Hippocratem (Aphor. VIII, 9. Dieb. Jud. §. 2. 5. Praedict. I. 3. Coac. §. 2. 3. 6. *Epidem.* lib. I. sect. 3. Aeger 11. 12. lib. III. sect. I. aegr. 1.

τείαν dixit. Lingua etenim sano in homine subrubra, pura, aequalis, mollis, humida, calida, mediocris, mobilis ad gustatum et tactum aptissima, prout in aegrotante (ob consensum [6]) cum cute [7]), pulmo-

sect. 2. Aegr. 7. — Lib. V. 18. 22. lib. VI. sect. 5. lib. VII. 2. 5. 12. 14. 37), Galenum (loc. affect. I. 5. IV. Comment. I. in III. Epid. 5. V. in VI. Epid. 14. Praedict. I. comm. 1. 3. IV. vict. acut. comm. IV. 4. VI) et auctores citatos (Editionis novae P. I. Vol. I. sect. I. Introduct. §. XVII. 2) de semiotica: Proth. Casulanus de lingua, qua maximum est morborum acutorum signum. Florant. 1621. 4. — M. Hoffmann l. c. — Jo. Jac. Fick diss. de lingua morborum praesaga. Jen. 1725. Program. ad dissertat. de lingua morborum praesaga. Jen. 1725. — Andr. El. Buchner resp. Pauli diss. de prognosi ex lingua in quibusdam morbis formanda. Hal. 1748. — Günther diss. de signis ex lingua. Duisb. 1772. — Kiewitzer diss. de lingua ut signo in morbis. Tyrnav. 1773. — Heth diss. de lingua sana et morbosa ut signo in morbis acutis. Aug. Trevir. 1784. — Nicolai diss. quaedam de lingua ut signo. Jen. 1791. — J. Ch. Bj. Eichener (C. Sprengel) diss. de signis morborum quae ex linguae habitu petuntur. Hal. 1799. — J. Gl. Thierfelder de cognoscendis acutis morbis eorumque vicissitudinibus praesag. ex lingua. Lips. 1821. — R. Frorier diss. de lingua anatomica quaedam et semiotica. Bonnae, 1828.

6) Consensum linguae cum reliquis corporis humani partibus perbelle illustravit Hernandez l. c. in introductione.

7) „Lingua tot coloribus variat quot cutis.“ Aristoteles problem. 34.

pulmonibus [8]), tubo intestinali [9]), utero [10]) etc.) rubra, coccinea [11]), pallida [12]), alba, quasi farina inspersa vel caseo lardoque obducta [13]), flava, ex luteo alba, viridis, livida, punicea, plumbea, nigra, volumine aucta, imminuta, mollis, dura, aspera, scabra, densa, arida, sicca, adusta,

8) Bonet sepulchr. sect. XXI. obs. 19. Linguae nigredo a pulmonibus retorridis.

9) Valeant hic monita X. Bichat *anatomie générale appliquée à la physiologie et à la médecine. Paris* 1801.

10) Scherer obs. lib. I. No. 385. — Bonet l. c. obs. 20. Linguae nigredo ob corruptam in utero secundinam. A. Benedictus linguae nigredo — dursute partu difficili.

11) Müller diss. de lingua praerubra ut signum in morbis. Gotting. 1796.

12) Isenflamm diss. de lingua squalida. Erf. 1779.

13) A. Leeuwenhoek *letter concerning the whiteness on the tongue in fever. Philos. transact. y.* 1707. p. 1456. *Letter containing his observations upon the white matter on the tongue of feverish persons.* Ibid. *y.* 1708. p. 210. — Hecker diss. de linguae impuritatibus. Erf. 1792. — D. Heilbron's *Abhandl. vom Belege auf der Zunge. A. d. Holländ.* Hildburgsh. 1705. — Bach diss. de linguae impuritatibus. Jen. 1802. — Denis *cenni sull' analisi chimica dell' intonaco zavorale della lingua. Repertorio di med. chir. e farmac. Torino. Novemb.* 1826. p. 519 (*Quindici grani di questa materia sono forniti di solfate di calce* 5. 2; *carbonnate di calce* 1, 3; *muco alterato* 7. 5; *perdita* 1. 0).

adusta, caenosa seu sordida, viscida, glutinosa, inaequalis, dimidiata seu bisulca, fissa, ulcerata, pustulata, tremula, balbutiens, impotens, contracta, convulsa, resoluta, dolens, calida, frigida, saporisque [14]) acidi, acerbi, austeri, amari, urinosi, nullius, evadit; ad morborum sedem, indolem et pericula revelanda quammaxime idonea reddita est [15]), dummodo undique, neque loco obscuro, crepusculo vel diluculo, sed solis candelaeve radiis lucido examinetur, idque habita ratione ciborum, potus, medicamentorum ante breve tempus adsumtorum, somni nocturni, pomeridiani peculiariumque quorundam hominum conditionum [16]).

§. C.

Linguae defectus et tenuitas.

Monitum. 1. *Defectus linguae*, quatenus in loquelam imperium exercet, jam meminimus [1]); restat ut de eo ex professo agamus.

Exempla. 2. Fabula sane est integras nationes lingua orbatas

14) E. Davids diss. de signis ex sapore varie mutato. Lugd. Bat. 1822.

15) Unde Baglivius: „Nunquam igitur ab aegro discedant medici, nisi prius linguam inspiciant“ (opp. diss. II. de experiment. circa salivam).

16) De lingua veluti exusta, etiam dum domina sana est, loquitur Ballonius (epid. et ephem. lib. II. p. 208).

1) P. II. Vol. II. sect. I. cap. II. §§. VI. VII.

orbatas fuisse [2]). Verum deperditionis linguae singulis in hominibus plura colligere licuit exempla [3]).

2) Ex Plinio hist. nat. lib. VI. c. 30. et Lycosthene refert Schenk obs. lib. I. No. 381.

3) Zwinger theat. vitae humanae. Basil. 1571. f. 349. — Paraeus chirurg. lib. XII. cap. V. p. 489. — Jo. Lano epistol. medicinales. Han. 1605. Epit. 4. — Welsch cent. epistagm. obs. 25. — G. Horst opp. T. III. — Jac. Roland aglossostomolalogia sive descriptio oris sine lingua quod perfecte loquitur et reliquas suas functiones naturaliter exercet; a gallica in latinum versa, additis annotationibus a Carolo Ravenno. Miscell. acad. nat. curios. dec. I. a. 3. 1672. p. 559. Cfr. etiam a. 9 et 10. obs. 187. dec. II. a. 2. obs. 51. — G. Franco satyrae medicae. Continuat. VI. Heidelb. 1675. p. 9. — Bartholinus hist. anat. rara. Cent. II. hist. 22. T. I. p. 208. — Tulpius obs. med. lib. I. cap. 41. p. 74. — Camerarius syll. cent. mem. VI. No. 38. — Bausch prooem. in traumatol. p. 52. — Sachs schol. ad observat. 35. ann. I. acad. cur. p. 119. — A. Jussieu *observation sur la manière dont une fille sans langue s'acquitte des fonctions qui dépendent de cet organe. Mém. de Paris a.* 1718. *mém.* p. 6. edit. in oct. *a.* 1718. *mém.* p. 6. — *Breslauer Sammlungen* 1723. p. 409. — *An account of Margaret Cutting, a young woman, now living at Wickham, Market in Suffolk, who speaks distinctly, though she has lost her tongue. Philosoph. transact. y.* 1742. p. 113. — J. Parsons *a philosophical account of the case of Margaret Cutting, who speaks distinctly, tho' she has lost the apex and body of her tongue.* Ibid. *y.* 1747. p. 143. — Huxham

Symptomata.

3. Quum haec exempla testentur maximam aegrotorum partem, nihilominus linguae functiones perfecisse; non mirabimur si dicatur [4]): „vidimus venerabiles viros, qui abscissis radicitus linguis, poenas suas miserabiliter loquebantur.“ Interea loquela non illico post jacturam linguae, sed non nisi per gradum et praevia balbutie locum habet [5]). Elingues nonnulli etiam cantabant [6]) ac fere omnes gustu et facultate deglutiendi pollebant [7]). Os in pueritia jam lingua orbatum, exhibet praeterea dentes permanentes reclines, tonsillas prominentes, et fornicem palati complanatum [8]). Musculi genioglossi in elingui sub forma crurum ranarum in oris cavum eminuisse visi sunt [9]).

4. Con-

med. obs. 1742. — J. Fr. Aubran diss. elinguis feminae loquela. Arg. 1766. v. Leske *auserl. Abhandl. B.* 3. p. 15. — Louis l. c. p. 364. — *Observation sur une fille sans langue, qui parloit très-bien. Mém. de Paris a.* 1771. *hist.* p. 40. — G. E. Berdot observationes obs. I. Loquela, gustus ac deglutitio superstites absque ullo linguae vestigio. Acta Helvetica Vol. 8. p. 185.

4) Justiniani codex lib. I. Tit. XXVI. De offic. praefecti praetor. Afric.

5) Louis l. c. p. 381.

6) Louis l. c. p. 382 („*Nous avons vu en* 1772. *la fille . . . elle n'a effectivement aucun vestige de langue, et elle parle et chante très-aisément*“).

7) Roland, Jussieu etc. l. c. 8) Louis l. c.

9) Louis l. c. („*Au bas de la bouche derrière les dents*

4. Constat ex martyrologia linguam saepe hominibus fidei Christianae addictissimis, a paganis excissam fuisse. Vicissim eadem poena blasphemorum reis infligebatur [10]). Plurimis lingua a variolis [11]), cancro seu potius gangraena [12]) consumta est ablataque mordicus [13]). Aliquando linguae defectus vitium primae conformationis sistit *). Causae.

5. Ubi sermo elinguium naturale sistit phaenomenon [14]), vel musculi genioglossi, vel alia quaedam protuberantia [15]), linguae vices agere videDiagnosis.

de la mâchoire inférieure, il y avoit de chaque côté deux corps ronds (les muscles génioglosses) semblables à des cuisses de grenouilles, et qui se terminoient à l'endroit où la langue devoit être, en un double corps applati et mobile").

10) Lano l. c.

11) Bartholinus l. c. — Miscell. acad. nat. cur. dec. II. a. 2. obs. 51. — Roland l. c. — Louis l. c. p. 881 („*La malade détachoit de cette partie (la langue) des lambeaux avec les doigts*").

12) *Philosoph. transact. y.* 1742.

13) „Quis convulsione correptus, linguae anteriorem partem mordicus amputavit." Galen. lib. I. cap. 8. de differ. morbor. — De quibusdam sibi ipsis linguas praemordentibus et versus tortores exspuentibus lege Bonifac. histor. ludicr. T. I. 22.

*) *Breslauer Samml.* l. c.

14) Evulsis linguis sanctos aliquot supernaturaliter locutos allegat Reiss G. 55. No. 12. et Rayger l. c. not. ad cap. 6. p. 588.

15) Puella Lusitana annorum quindecim, de qua Jussieu

videtur, sicuti cartilagines arytaenoideas interdum epiglottidem supplere legimus [16]).

Prognosis. 6. Disceptabatur quondam *num lingua regenerari possit nec ne?* Quum musculos maximos (e. c. glutaeos, gastrocnemios etc.) mirum in modum regeneratos viderimus, fere RAYGERO [17]), auctoritati HORSTII [18]) innixo, linguae restaurationem admittenti adstipularemur, nisi prima pro restauratione partium animalium conditio, quies, respectu linguae desiderata, nos contrariam ROLANDI sententiam versus pelleret.

Cura. 7. PARAEUS instrumenta potestatem loquendi elinguibus conciliantia proposuit [19]). Ea ibi saltem supervacanea existimamus, ubi sermo tempore et studio sponte redit.

8. *Te-*

(l. c.) narrat, linguae loco habebat „*une petite éminence en forme de mamelon; elle s'élevait à la hauteur de quatre lignes du milieu de la bouche. Cette éminence avoit un mouvement de contraction et de dilatation. La jeune personne parloit distinctement, mais elle éprouvoit de la difficulté à prononcer c, f, g, l, n, r, s, t, x, z: elle faisoit alors une inflection de la tête, et une sorte d'effort pour relever le larynx. Elle máchait les alimens avec difficulté, et se servoit du doigt pour les pousser dans la cavité de la bouche, afin de les avaler.*"

16) MORGAGNI de sed. et caussis morbor. epist. XXIV. art. 13.

17) In notis ad ROLANDI l. c.

18) l. c. p. 123. Lingua post variolas „plane absumpta usque ad radicem . . . . de novo creverat."

19) l. c.

8. *Tenuitatis linguae*, ejusdem *frigoris*, peculiaris legitur observatio [20]). L. tenuitas.

§. CI.

Linguae hypertrophia.

1. Lingua ita volumine aucta, ut oris capacitatem, nullius alterius morbi effectu, perpetuo excedat, *hypertrophia* [1]) dicitur [2]). Definitio.

2. De hoc morbo mentionem fecerunt Galenus [3]), Scaliger [4]), G. Peucer [5]), Trincavella [6]), Hist. literat.

20) „*J'ai remarqué chez una femme à Berlin, une singulière conformation de langue: elle étoit fort large et plus mince que celle d'un chat; son épaisseur étoit à peine d'une demie-ligne, et lorsque cette femme riait, sa langue tapissoit toute sa bouche, simulant les plis d'une draperie, et recouvrait toutes les dents. Cet organe était constamment privé de chaleur, et lorsqu'on le touchait, on éprouvait un impression de froid très-sensible.*“ Fourrier *Dict. des sciences médicales*, art. *cas rares*.

1) A ὑπὲρ super, τροφὴ, nutritio.

2) *Synon.* Glossocele Gaubii; Paraglossae exertoria Sauvagesii; Glossoncus Swediauari; Paraglossa; lingua propendula; linguae prolapsus, extumescentia, inflatio, extruaio, exertio, enormitas *auctorum*.

3) Liber de differentiis morbornm cap. 91 („Linguam cujusdam quamplurimum auctam vidimus, omnis doloris expertem, nt neque oedema, neque scirrhus, neque phlegmone esse videretur. Neque enim prementibus cavata cedebat, neque sensus erat expers, neque dolebat, sed id ipsum duntaxat incrementum quoddam incommoderatum erat, illaesa prorsus ipsius partis substantia“).

VELLA [6]), M. DONATUS [7]), P. ZACCHIAS [8]), J. C. CLAUDINUS [9]), TH. BARTHOLINUS [10]), J. L. HANNEMANN [11]), J. REVERHORST [12]), TRIOEN [13]), MAURANT [14]),

4) Exercitat. 199. cap. 1 (De lingua adeo magna testatur, „ut mendacii suspicio silentium indicat").

5) Commentarius de praecipuis generibus divinationum. Wittemb. 1580. p. 442 (Meminit vitii connati linguae, comparando id linguae vituli recenter mactati).

6) Lib. V. cap. 10. De ratione curandi partes corp. human. („Vidi aliquos, qui magnam admodum linguam aliorum comparatione haberent, et observavi eos tardius et aegrius loqui et aliquando haesitare").

7) Hist. mirabil. lib. VI. cap. 3 (Casus mercatoris mantuani).

8) Quaest. med. legal. lib. VII. Tit. 1. quaest. 19 (Lingua recens nati ori exerta digitorum trium transversorum. Suctio erat concessa apud nutricem papillis mammarum prominentibus instructam. Incipiebat etiam loquela, quum infans sine nota caussa mense aetatis decimo quarto mortuus sit).

9) Empirica rational. Bon. 1653. lib. III. cap. 6. p. 693 („Quodsi spectemus auctam linguae magnitudinem plus justo, vel malum hoc est nativum, quale ego vidi in puella, cui ea sensim etiam a primordio sui ortus fuit adaucta").

10) Hist. anat. rar. cent. II. hist. 22. T. I. p. 208 (Volumen linguae puellae illud cordia vitulini hebdomadum sex adaequans).

11) Lingua magna in vitae periculo decurtata. Miscell. acad. nat. curios. dec. II. a. 2. 1683. p. 84 (Infans recenter natus).

12) l. c. („Ipse vidi in hac urbe (Lugdun. Batav.) puellam (ex morbi historia videtur eadem de qua scripse-

RANT [14]), R. A. VOGEL [15]), JOURDAIN [16]), SANDIFORT [17]),

runt dein TRYOEN, SANDIFORT et VAN DOEVEREN), *cui ex morbo* prius tumida facta, dein sensim crescere coepit lingua").

13) Observat. med. chirurg. fasc. p. 142. 1743 („Virgunculae honestissimi civis Lugduno-Batavi, Diderici Kasting nomine, victoris in postreme sic dicta fossa degentis filia, quindecim in praesenti annos nata, in sua infantia, *intensa corripitur febre*, quocum per aliquot hebdomades fuit luctata, tandem vero eb eadem vindicatae pedetentim linguae tantum exercvit in molem ut circiter *quatuor pollices longa*, ore, cujus rictum omni modo implet, mento dependeat inferius, eamque ergentes theca, oneris causa, adfabre concinnata fulcire, nec non occurrentium oculis obdere teneatur! Quid, quaeso, consensus hoc habeat cum febre explosa materie phaenomenum? Quae haec? quae crisis? . . . Examinemus potius hujus macroglossae indolem, ac miremur facultates! Queis aërem moderari, voces formare, sermonem articulatim eloquio neutiquam balbutiente proferre, nec minus corporis nutritioni consulere, quolibet stupente valeat perfecte! Eandem litteras labiis, iterum in dentes linguae impulsu, tertium ejus apicis motu tremulo, aut palatum feriendo, quis crederet")?

14) *Journal de médecine Vol.* 15. p. 156. 1762 („*La langue avoit l'épaisseur de deux pouces, sortant de la bouche de la longueur d'environ quatre travers de doigt; à l'endroit où elle commence à sortir de la bouche, elle a sa plus grande épaisseur, et les mammelons nerveux sont farcis d'un limon noirâtre et épais qui ressemble à une croute d'où écoule continuellement une salive gluante et si*

DIFORT [17]), LE BLANC [18]), CL. BIERKANDER [19]), E. ED-

abondante, qu'elle pourrit tous les linges et toiles cirées, qu'on met pour la recevoir. La mère, imbue du préjugé commun attribuait la difformité de son enfant à l'envie qu'elle avoit eu de manger de la langue de boeuf. Cet enfant mâche et avale les alimens tant solides que liquides avec facilité, parle et chante même sans que sa voix paroisse altérée. Cette langue, au moment de la naissance du jeune sujèt, paroissoit plus longue et plus épaisse que dans l'état naturel[16]).

15) Praelect. de cognosc. et praecip. corp. hum. affectib. Gott. 1772. p. 6 (Vitium connatum, loquela nulla etiamsi infans tertium habuerit vitae annum).

16) *Traité des maladies de la bouche* etc. T. 2. p. 429.

17) Obs. anat. patholog. Vol. IV. cap. 9. Lugd. Bat. 1781 (Continuat historiam Kasting dum aetatis annos numeraret quinquaginta quatuor aiens: „non displicebat verbo notasse, oris rictum, tres pollices adaequantem, perfecte repleri ejusdem latitudinis lingua; hanc *ad longitudinem quatuor et ferme dimidii pollicis* ex ore dependere; superficiem ipsius, muco semper madidam, inaequalem admodum, atque tuberculatam esse; labium inferius maxime elongatum, ad trium pollicum longitudinem sese extendere, hujus marginem non aequabilem esse, sed ex eadem exsurgere duas eminentias rotundulas, ejusdem ferme, atque labium ipsum est crassitudinis; maxillam inferiorem satis mobilem, pondere linguae admodum depressam, multum de sua latitudine amisisse; periisse, qui omnes adfuisse dicuntur dentes, et in altero latere molarem cariosum tantummodo superesse; palatum osseum denique obsideri duobus tumoribus rotundu-

E. Edholm [20]), J. A. Ehrlich [21]), Ficker [22]), Las-

lis, fissura quadam ab invicem distinctis; maximum, quo per tot annos laboraverat, incommodum dolorem fuisse in faucibus prope os hyoides; afflictam saepissime fuisse angina, et hac de causa non raro deglutitionem fuisse difficiliorem; illo dolore absente facillime quaecunque ex ore in pharyngem depellere ab ipsa posse; vocem rite formare hanc miseram; et commode satis loqui").

18) *Précis des opérations de chirurgie* 1782. p. 17 (Puella perpessis *convulsionibus* anno aetatis tertio linguam tunc protrusam amplius retrahere haud potuit. Quum annum vitae decimum septimum adtigerit: „*la langue étoit hors de la bouche de la longueur de trois travers de doigt et avoit plus d'un pouce d'épaisseur; elle étoit couverte de sept à huit petites ulcères; on voyoit en dessous trois à quatre protuberances ulcéries . . . Les dents de la mâchoire inférieure étoient renversées en dehors et couvertes de tartre*").

19) *Bericht om en ovanligt lång mennisko - tunga. Svenska Vetensk. Acad. Nya Handl.* 1789. p. 156 (Puella lingua solito majori nata, post variolas ita increvit ut pollicem cum dimidio extra os penderet. Erat praeterea ad partem ori inclusam verrucis obsessa, et ad latus sinistrum crassior duriorque).

20) Prolapsus linguae. *Svenska Läkare Sällsk. Handl. B.* 1. *Halft.* 1. p. 25.

21) *Chirurg., auf Reisen gemachte Beobachtungen* 1795. *B.* 1. p. 67 (*Ein Mädchen hatte seit ihrer Geburt eine so lange und dicke Zunge, dass sie aus dem Munde heraushing, und wenn sie zurückgezogen wurde, die Mundhöhle ganz ausfüllte, so dass sie Erstickung drohete*).

Lassus [23]), Bardet [24]), Klein [25]), Niechwiédowicz [26]), Fine [27]), Frétau [28]), F. X. Rud-

torf-

22) *Beyträge zur Arzneywissenschaft, Wundarzney- und Entbindungskunst. Münster* 1796. *St.* 1. *No.* 8. p. 107 („*Ein Mädchen hatte von der Geburt an eine widernatürlich grosse Zunge, die in der Folge so zunahm, dass sie auf anderthalb Zoll aus dem Munde hervorragte, und noch einmal so breit und dick, als gewöhnlich war. Uebrigens war sie natürlich beschaffen, ausser, dass die Gefässe und Drüsen an ihrer untern Fläche angeschwollen waren. Das Kind war um diese Zeit sechs Jahr alt, konnte vernehmlich genug reden, auch die Zunge zurückziehen; aber alsdann war die ganze Mundhöhle angefüllt und die Sprache gehindert*").

23) *Sur le prolongement morbifique de la langue hors de la bouche. Mém. de l'institut nation. de France. Scienc. mathemat. et physic. T. I.* p. 1.

24) *Bulletin des sciences médicales de la société d'Evreux No.* 23. p. 67. *Histoire d'un prolongement spontané de la langue.*

25) In J. B. Siebold's *Chiron. B.* 1. p. 665. 1805.

26) Diss. observatio de rariore linguae vitio organico. Vilnae 1811 (Casus hìc descriptus, r die 12. Octobris 1809. a doctore A. Becu coram societate medica Vilnensi producebatur. „Aegra, Taciana Dziemiatka, in terris comitis A. Chreptowicz nata, tunc decimum agebat aetatis annum. Parentibus sanis nata, secundo aetatis suae anno, quo tempore bini solum dentes in utraque maxilla cernebantur, sub lapsu linguam momordit, subsequente inde copioso cruoris profluvio. Increvit ab eo tempore sensim sensimque linguae volumen, ita ut post alterum annum eam jam amplius

TORFFER [29]), PERCY et LAURENT [30]), H. F. VAN DOEVEREN [31]), UNGER [32]) etc. *).

3. Lin-

ore retinere nequiverit. Extrorsum tamen pendentem linguam tunc adhuc in oris cavitatem retrahere potuerat. Serius et hac potestate destituebatur, ita enim increvit illud viscus *ut ultra mentum tribus pollicibus penderet.* Substantia ejus erat normalis. Solum pars linguae extra labiorum limites locata, praeterque modum sicca, glandulas tumidas exhibuit. Praeterea ad apicem linguae papillae prominentes et fasciculus vasorum sanguiferorum cernebantur. Dentes, magna ex parte detriti, conferruminatique, corpus osseum continuum constituere videbantur. Narravit porro aegra quod universa lingua jam pluries desquamationem obtulerit, quod in ea jam insecta eorumque larvae domicilium fixerint. Salivae profluvium nullum. Gustus in ea linguae parte quae sicca est, nullus, saltem aegra ibi saccharum a sale distinguere nequiebat. Potuit vero utique, humectata prius lingua, vel solutis illis rebus in aqua vel in saliva. Declinatâ ope manus in latus alterutrum linguâ, nutrimenta, tum esculenta, tum potulenta, per spatium inter ipsam linguam et angulum oris oppositi lateris, sic factum, ingerebat. Masticatio adparabat laboriosa et lenta, deglutitio autem facilis atque expedita. Vox naturalis et loquela, excepta quadam difficultate in pronunciandis litteris C. Q. W. Z., distincta").

27) *Journal général de méd. chir. et pharmac. Vol.* 49. *Fevrier et Mars* 1814.

28) *Sur un prolapsus de la langue, guéri par la compression. Bulletin de la fac. de méd. et de la soc. de Paris a.* 1816. p. 264. — *Annales de la soc. de méd. prat. de Montpellier T.* 42. p. 186.

Symptomata.

3. Linguae volumen pedetentim augetur, ac circa

29) *Abhandlung über die Operations-Methode eingesperrter Leisten- und Schenkelbrüche* 1818. *No.* 11.

30) *Dictionaire des scienc. médicales T.* 27. p. 246. cum duobus tabulis aeneis („*Elisabeth Theis de Petersbach, département du Bas-Rhin, apporta en naissant une langue qui représentait une gueule de grenouille, à laquelle on fit peu d'attention, puisque l'enfant tetait bien et avalait sans peine la bouillie. A l'age de trois ou quatre ans, elle suivit ses parens au bois pour y manger des fraises, et les premières qu'elle avala lui causerent des douleurs si fortes, qu'elle jeta les cris les plus perçans. La mère, inquiète, examina la partie qui faisait tant souffrir sa fille, et s'apperçut que la langue de cet enfant avoit acquis une augmentation considérable qui, depuis, alla en augmentant, jusqu'à ce qu'elle fut parvenue au volume qu'elle présenta à notre examen. La jeune personne avoit alors dix-huit ans: la langue était dure et sur les bords et dans son milieu; elle remplissoit tellement la bouche, qu'on ne pouvoit en voir ni les côtés ni le fond: cependant cette jeune personne lit, parle assez distinctement et chante bien; lorsqu'elle veut manger, elle est obligée de pousser avec ses doigts les alimens, qu'elle introduit par les deux cotés de la bouche. La langue semble être enclavée dans la mâchoire inférieure, et ce n'est que lorsqu'on veut la soulever pour l'examiner, qu'elle devient et reste douloureuse pendant plusieurs jours. — Philibert Hoenhumer, habitant d'Offenbourg, agé de seize ans . . . . était né avec une langue volumineuse et hors de la bouche; dont l'augmentation n'avoit commencé à être sensible qu'à l'age de huit ans . . . . La langue était violette, toujours couverte*

circa pubertatis periodum stationarium evadit. Incre-

d'un enduit sale, tombant trois pouces plus bas que le menton, ronde à son extremité, ayant renversé les dents de la mâchoire inférieure, présentant à sa base deux pouces et demie d'épaisseur, remplissant toute la cavité buccale, ne permettant de respirer que par le nez, s'opposant à l'ingestion des alimens solides").

31) Diss. de macroglossa seu linguae enormitate. Lugd. Bat. 1824 (Opusculum ejusmodi irrita omni operâ acquirere mihi haud licuit; ex recensione quae continetur in Rust's *kritischem Repertorium für die gesammte Heilkunde B.* 14. *Heft* 3. p. 331. video laudatam dissertationem caput famosae Kasting, aetate 80 annorum Lugduni Batavorum mortuae ex museo professoris Du Puy delineatum exhibere. Item imaginem alterius aegrae, Anigo Jacobs, in qua, hebdomade decima quarta a nativitate, tumor parvus linguae, ut caussa suctionis, modo solum evidenter impeditae, animadverteretur. Tumor hic crescente lingua imminuebatur. Crescebat autem lingua ita ut anno decimo tertio aetatis hypertrophiam omnibus numeris absolutam prae se ferret. Prominebat etenim 4 pollices $\frac{1}{2}$ extra cavitatem oris; diameter transversalis erat pollicum $3\frac{1}{2}$ et circumferentia $8\frac{1}{2}$ (Amstelodamensium). Dentes cernebantur nigri, teretes, horizontales, alveoli clausi. Pars linguae ore exerta ac provectiori jam morbo in cavo maxillae inferioris excepta et recte prominens, sensu gustus orba fuit. Salivae fluxus continuus, deglutitio haud impedita, effluente tamen potu ex angulis oris. Loquela absoluta, praeter pronunciationem litterae X. Habitus aegrae cachecticus).

32) Apud Rust l. c. quatenus casum ultimo loco recensito similem observavit; atque morbo primum convenientissimum nomen *hypertrophiae* imposuerit.

Incrementum primis morbi temporibus rapidissimum observatur. Haud raro saltem tenera adhuc in pueritia lingua jam ad tres quatuorve et ultra pollices extra labia, super mentum, pependisse visa est. Senescente in morbo ipsa aliquando in cavo maxillae inferioris excepta, recte prominet. Aegrotorum nonnulli potestate gaudent, linguam prolapsam in oris cavum ad libitum retrahendi, ast non sine gravibus molestiis et suffocationis aliquando periculo. Crescit autem hoc viscus etiam in latitudinem, unde oris hiatum excedit et a labiis incarceratur. Crassities ejus non raro duos superat pollices; maxima illa est circa incarcerationis locum. Sunt qui contendant linguae ita magnificatae volumen vicissim augeri et imminui **). Color linguae modo normalis

*) Acta litter. et scient. Sueciae 1732. T. III. p. 1. (Puella annorum decem. Lingua quatuor pollices longa, duos crassa super mentum pendebat). — *Journal de médecine, Juin* 1772. p. 498. (*un acéphale accouché mort „dont la langue un peu épaisse faisoit une saillie d'environ trois lignes dans la bouche*"). — Rosenblad diss. de paraglosse exaertoria cum ptyalismo, Lond. Gothorum 1778. — Berrman in E. Gadelius *Års-Berättelse om Swenska Läkare-Sällskapets Arbeten. Stockholm* 1810. — Sauvé *essai sur l'affection de langue — prolapsus. Paris* 1812. — S. Nawman in *American medical recorder. July* 1824 (a linguae apice usque ad dentes illius longitudo tres pollices adaequabat).

**) Lassus l. c. p. 9. praeeunte Claudino (consult. 9)

malis modo violaceus. Superficies mox laevigata, mox aspera, interdum tuberculis aut verrucis obsessa, nunc sicca, nunc muco nigro spisso madida. Generatim conditio portionis linguae ori contentae valde ab illa propulsae differt. Hic papillae plerumque imperceptae ac gustus deletus. Maxilla inferior sat mobilis, depressa, angusta et in medio excavata. Labium contiguum maxime elongatum, pendulum. Dentes detriti, conferruminati, tartaro obsessi, anterius luxati, horizontales. In multis, at non in omnibus, salivatio. Musculi buccales, et labiorum relaxati, reliquique faciei diversimode distensi. Non omnium tamen aegrorum physionomia dolorem exprimit [33]); qui dolor aliquando in parte posteriore faucium urget. Ratio facile intelligitur perpendendo, linguam hypertrophicam proprio pondere os hyoides, pharyngem et laryngem distrahere [34]). Deglutitio nihilominus aeque ac sermo plerumque expediti. Non ita introductio ciborum in os et masticatio. Habitus aegrotorum nonnullorum cachecticus, multorum sanus [35]).

4. Sexus sequior longe magis hypertrophiae linguae obnoxius est masculino [36]). Saepe hic morbus Causae.

augmentum matutinum et decrementum vespertinum, ac continuum livorem admittente.

33) Puella Vilnensis, sat formosa, faciem placidissimam exhibuit.

34) Lassus l. c. 35) e. c. puellae Vilnensis.

36) Valeat hinc quaestio: mulieres cur viris loquscio-

morbus connatus, tuncque aliquando ab imaginatione matris gravidae repetendus [37]). Item a nisu quo foetus, strangulationi sub actu partus proximus, suffocationis periculum avertere conatur [38]); a convulsionibus infantum [39]) eorumque lapsu [40]) linguam mordicus laedentibus; a morbis acutis [41]), forte latentem glossitidem sistentes, vel propter metastasin ori infensos, a scarlatina [42]), variolis [43]) etc.

Diagnosis. 5. Hypertrophia linguae, quatenus augmentum universae substantiae visceris, caeterum sani, morbumque perpetuum sistit, docente jam Galeno [44]), a morbis ex laeso ejus contextu proficiscentibus, ideoque a tumoribus tam acutis (e. c. culpâ congestionum [45]) inprimis cruentarum [46]), mercu-

res? (R. Camerarius syllog. memorab. cent. V. No. 7) valeatque responsum: propter flexibilitatem linguae a mollitie illius profectam! (Brebis disp. VI. Somat. Th. 2).

37) Maurant l. c. 38) Lassus l. c.

39) Le Blanc l. c. 40) Puella Vilnensis.

41) Reverhorst l. c. 42) Unger l. c. p. 333.

43) Bierkander l. c. 44) l. c.

45) „Ego aliquando vidi ita magnificatam linguam, propter humores ad ejus substantiam venientes, et ipsam imbibentes, quod quasi totum os replebat, et aliquando os exibat, sicut dicit Avicenna." Valescus de Taranta de curat. morbor. Venet. 1502. lib. II. cap. 66.

46) „Ex sanguinis plenitudine, interdum ex phlegmonis abundantia, ita excrescit lingua, ut prodigii more in-

mercurii [47]) quam chronicis [48]), nec non ab inflammatione [49]), differt. Neque vitium, de quo agitur, cum potestate nonnullorum hominum linguam mirum in modum exserendi [50]) vel cum elongatione linguae propter paralysin musculorum retractioni illius dicatorum, confundi debet. Praeterea ut *mala accessoria* considerandae sunt crustae, exulcerationes, haemorrhagiae, quae, propter vim continuam atmosphaerae et dentium, linguae hypertrophicae, praesertim portioni prolapsae et incarceratae, annorum curriculo supervenire solent.

6. Vitia ejusmodi accessoria nec non jactura perpetua salivae mortem properare possent in morbo per se longaevitati minime obstante, licet semper cancri periculum minitante. Prognosis.

7. Ubi in recenter nato prima linguae hypertrophiae vestigia adparent, mox praebitio mammarum, quippe prolapsui visceris favens, interdicen- Cura.

gens ex ore excidat." Alex. Benedictus de re medica. Basil. 1539. lib. V. cap. 2.

47) Scultetus armamentar. chirurg. cum observat. Ulm. 1655. obs. XVII. app.

48) Cap. XXVII. §. CVI. 49) Cap. XXX.

50) „*J'ai vu un bateleur qui alongeait cet organe de six pouces hors de la bouche. . . Je connois une fort jolie personne, agée de quinze ou seize ans, qui, malgré que son cou soit fort long, peut porter la langue sur sa poitrine, sans incliner sa tête.*" Fournier in *Dict. des scienc. méd.* art. *cas rares.*

dicenda [51]) atque lac decocto hordei mixtum, oris anteriori parti, ut deglutiatur, immittendum [52]). Interdum nutricem papillis mammarum longis et magnis instructam seligere sufficit *). Quodsi lingua, nisi evidentis phlogoseos, saltem irritationis indicia prae se ferat, *hirudines* vicibus repetitis circa collum adplicandae forent. Aliàs illi pulvis *aluminis crudi* inspergendus [53]). Galenus linguam hypertrophia laborantem linteis succo *lactucae* [54]), verisimiliter *sativae* (qua alioquin ipse ut hypnotico utebatur [55])), imbutis involverat [56]), qua methodo (juxta Lassus [57]) testimonium) Louis puellam Parisiensem morbo nostro labo-

51) „*Pour guérir dans les enfans nouveaux nés la maladie dont il s'agit, il faut non seulement empêcher l'enfant de téter, mais tenir encore les mâchoires rapprochées, afin de diriger, autant qu'il est possible les mouvemens de la langue, pendant la déglutition, dans un sens contraire à celui qu'elle a pris jusqu' alors et qu'elle continueroit de prendre par la suction du sein de la nourrice*" (Lassus l. c. p. 15).

52) „*Nourrir les enfans en introduisant des alimens liquides fort avant dans la bouche pour les lui faire avaler*" (Lassus l. c.).

*) „*Avec cette précaution les enfans ne sont pas obligés d'alonger la langue pour exercer la suction, comme dans les cas où le mamelon est petit et court, et entre à peine dans la bouche.*" Boyer l. c. p. 387.

53) Lassus l. c. p. 19. 54) Θρίδαξ Graecorum.

55) Galenus de alimentorum facult. lib. II. c. 40.

56) Method. med. lib. IV. cap. 8. 57) l. c. p. 16.

laborantem sanavit. Ipse autem LASSUS *linguae* prius hirudinum vel scarificationum ope a nimio cruore liberatae, *reductionem* proposuit [58]), propositumque felici experientia comprobavit. Jam antea LE BLANC similem quodammodo methodum, qua lingua *sacculo suscepta* reducebatur, adhibuit [59]). Ad eundem scopum consequendum

VAN

58) „*Appliquer sous le menton une compresse étroite et longitudinale en forme de fronde, en fixant les bouts sur le sommet de la tête, enfin de tenir les mâchoires exactement rapprochées. Ne plus laisser téter, mais nourrir l'enfant avec un mélange de lait de vache, et d'eau d'orge pris à la cuiller. On leve l'appareil pour faire boire l'enfant, et on l'applique de rechef toute de suite après.*" LASSUS (l. c.). — CLANNY hac methodo cum successu usus est (Ex *Edinburgh med. and surgic. journal*, *Medicinisch. chir. Zeitung* 1815. *No.* 13).

59) „*Il enferma la langue dans un petit sac de toile, aux angles duquel étoit attaché un bridon fait de fil d'archal, qui devoit être appliqué sous le menton pour y trouver un point d'appuy solide. Des rubans attachés à ce même bridon furent conduits de devant en arrière pour être croisés sur la nuque et revenir en suite en devant pour être noués sur le front. Cet appareil fut ôté soir et matin pour laver le sac et faire rincer la bouche de la malade avec le vin. Dans l'espace de quatre jours la langue diminua considérablement de volume* (Cfr. not. 18), *reprit sa place et les ulcères se détergerent. Dès lors il fut inutile de se servir du bridon, et la langue ne sortit plus de la bouche. Mais comme les incisives de la mâchoire in-*

VAN DER HAAR *suspensorio linguae* usus erat [60]). Quae singula auxilia recentiore in morbo multum sane promittunt, secus autem in provectiore. Hîc etenim linguae reductio, ob maximum volumen, aut locum amplius non invenit, aut si inveniret suffocationem minaretur. Tali itaque in casu nihil restat quam excedentem ejusmodi visceris portionem *cultro* (non ligaturâ [61])) *auferre*, quae operatio pluries felicissimo successu peracta est [62]). Exitus illius tunc solum dubius foret,

férieure, qui étoient déjettées de leurs alvéoles, entroient dans la lèvre inférieure et l'empêchoient de s'appliquer contre la supérieure, surtout lorsque cette fille vouloit fermer la bouche, il falloit en faire l'extraction. Dès lors la malade fut délivrée pour toujours d'une incommodité qui l'avoit rendue méconnaisable" (l. c. p. 17). Cfr. PETIT in *Mémoir. de l'acad. des sciences de Paris* 1742. p. 252. et PIBRAC in *Mém. de l'acad. de chirurgie T.* 9. p. 22. *Planche IX.*

60) VAN DOEVEREN l. c.

61) Quamvis E. HOME (*medical and physic. journal Vol.* 11. p. 269. v. *Samml. auserles. Abhandl. für pr. Aerzte B.* 23. p. 575) et FINE l. (c.) illi faveant; ejusque ope BIERKÉN (l. c.) linguae hypertrophiam sanaverit.

62) A. HOFFMANN act. suec. Vol. III. a. 1732 (ut operationem perficeret, machinam, qua lingua inter amputandum, immobilis teneri potuit, invenit et prompta manu operationem felicissimo cum successu perfecit). — PORTO a FICKER, KLEIN, RUDTOFFER, PERCY, UNGER, NEWMAN ll. cc. et MIRAULT in *Mémoires de la soc. de méd. de Montpellier a.* 1816. *Part.* 4. p. 517.

foret, si morbi accessorii supra allati, jam in recondita linguae hypertrophicae portione radices egissent, ideoque periculum haemorrhagiae et recidivae portenderent.

Caput XXVI.

De lingua duplici, fissa, ligata et revoluta.

§. CII.

Lingua duplex et fissa.

1. *Linguae duplicis*, vitii connati (a crassitudine frenuli, de qua mox infra, probe distinguendi), loquelam impedientis, vix aut ne vix quidem sanabilis, mentionem injecerunt J. Schenk [1]), P. Borellus [2]), J. Dalaeus [3]), J. Ph. Dillenius [4]), L. duplex.

1) Observ. med. rar. novae etc. Lib. I. obs. 382 (Refert fabulam juxta quam Aethiopiae partis incolae linguis geminis nascuntur, quibus distractim et pro arbitrio uti possunt. Genima lib. I. cap. 7. Cosmocrit. — Enarratur etiam historia morbi a J. Fr. Hildano medico Camenic. parenti communicata: „Infans cujusdam nobilis, duplicem habuit linguam secundum latitudinem divisam. Inferior pars progressu temporis emarcuit, et tandem anno aetatis quarto variolis laborans e vita excessit").

2) Observ. medico-physic. Paris. 1656. cent. II. No. 63.

3) De puella bilingui. Miscell. acad. nat. curios. dec. I.

NIUS [4]), C. MORTIMER [5]), CH. E. ESCHENBACH [6]), J. PENADA [7]).

L. fissa. 2. Inter exempla *linguae fissae* [8]) illud eminet

a. 9 et 10. 1678 et 1679. p. 311 (Puella binis linguis magnis, crassis et ponderosis, quarum altera alterae, rima distinctae, incumbebat, nata. Linguae erant immobiles ac puella, etsi quinquiennis, muta).

4) De lingua duplici. Eph. acad. nat. cur. cent. III et IV. p. 96.

5) *An account of a very learned divine (Mr. Henry Wharton, Caplain to Archbishop Sancroft) who was born with two tongues. Philos. transact. y.* 1748. p. 232. Et: LESKE *auserl. Abhandlungen aus den phil. transact. B.* 3. p. 23.

6) Observata anat. chir. rariora. Rost. 1769. p. 8.

7) *Memoria medico anatomica intorno un uomo bilingue; e nuove ricerche sulla struttura delle parti più interne della lingua. Memor. della soc. Italiana T.* 8. p. 26. et JAC. PENADA *saggio secondo d'osservazioni e memorie medico anatomiche. Padova* 1800. p. 1. *con tavole* („*Si vedeva una massa insolita, formata dalla duplicità della lingua. Era questa divisa dall' apice fino alla base in due porzioni, o sieno due vere lingue: in mezzo di esse vi era un frenulo ligamentoso, il quale univa la lingua superiore coll' inferiore: e sotto poi a questa seconda lingaa vi era apposto un altro frenulo, che conforme al solito legavala col palato inferiore. Qaeste due lingae poi in vicinanza alla loro base si univano, ed insieme conglutinate formavano una sola massa*").

8) AVICENNA canon. lib. III. Fen. 6. Tract. 2. — SCHENK l. c. No. 400.

eminet viri, *linguam in tres lacinias, sibi invicem impositas, divisam exhibentis* 9).

§. CIII.

9) Rusticus pagum Mosin provinciae Novo-comensis inhabitans, quinquaginta septem annos natus, bona semper gaudens valetudine, si passiones nonnullas hypochondriacas (sermone vernacula insubrico: *mal del padron*) excipias, a. 1823. derepente a dolore tonsillae sinistrae correptus est. Dolor iste (ut aegri verbis utar) ad buccas ejusdem lateris ascenderat, quarum ad internam superficiem furunculus oriebatur. Hic genam perforando foras adapertus est, relicta inde fistula buccali. Qua ad sanationem progrediente lingua dolere incepit, sine febre. — A. 1826. loquendi et masticandi difficultas supervenit. Quum aeger tunc linguam inspexisset eam volumine auctam et rimis notatam detexit. Curriculo annorum duorum et quod excurrit, rimae in fissuras transierunt, magis magisque profundas redditas. Die 7. Martii 1829, qua aegrum pro prima ac ultima vice vidi, lingua apparuit voluminis triplicis atque ad ejus dorsum *ex tribus segmentis seu lobis conflata*. Quorum loborum duo utrinque a marginibus linguae emergebant, dextro super sinistrum ascendente, eumque partim coopariente. Lobus tertius maximus a radice linguae proficiscebatur superque reliquos ita extendebatur ut pollicem ante linguae apicem terminaretur. Tres ejusmodi lobi instar petalorum corollae rosae semi-apertae, digito explicari poterant. Illorum crassities quatuor circiter erat linearum; marginesque irregulares. Lingua caeterum sana adparuit duritiei et erosionum expers. Dentes omnes, praeter caninum sinistrum maxillae inferioris sponte deciderunt. Glandulae submaxillares valde tumidae ac induratae. Loquela admodum im-

§. CIII.

Lingua ligata et revoluta.

L. ligata. 1. *Ligatio linguae* [1]) auditur ejus immobilitas a vitiis frenuli aliisque adhaesionibus morbosis proficiscens, suctum et loquelam impediens. Malum hoc antiquitati notum [2]), plurimarum dissertationum argumentum [3]), praeter auctores compendiorum chirurgicorum [4]) operumque de morbis

pedita similisque ei hominis qui ora omnino repleto fari conatur. Masticatio magis deglutitione difficilis. Sensus gustus immutatus.

1) Graec. Ancyloglosson. *Synon.* Symphysis linguae. Angl. *The tongue-tie.* Germ. *Das Anwachsen der Zunge.*

2) „Ancylogosson aliàs naturaliter accidit, membranis durioribus magisque a prima origine curtatis linguam continentibus, aliàs ex acquisito, ob cicatricem quampiam durlorem sub ipsa ex ulcera contractam.“ Paulus Aeg. lib. VI. cap. 29. — „Ancyloglossi quidam fiunt a nativitate, quidam vero ex aliqua affectione. Ex nativitate fiunt, cum membranae inferiores, quibus lingua innititur, duriores et mutilae a natura sunt productae. Ex affectione autem ancylosis et incurvatio linguae contingit, praecedente ulcere, et cicatrice dura sub lingua relicta. Qui hoc modo affecti sunt, difficulter loquuntur: quare etiam Mogilali a Graecis sunt appellati.“ Aetius lib. VIII. cap. 38.

3) Franco diss. de incisu freni sub lingua. Heidelb. 1682. — Baier diss. de freno linguae. Altd. 1706. — Saurá diss. de sectione frenuli linguae. Paris. 1755. — Loder diss. de frenulo linguae ejusque incisione. Jenae 1785.

4) Inter haec pulcherrima Petit *traité des maladies*

bis infantum [5]), dilucidatum fuit a MAURAIN [6]), SERNIN [7]) et LOUIS [8]). Illud latitare suspicamur si recens natus papillas mammarum, vel digitum ori immissa non adtingit; aut si aetate crescente literae S. L. R. difficulter pronunciantur [9]). Diagnosis oris examine instituitur. Lingua enim ligata manifestatur: aut *frenulo* nunc usque ad ejus apicem (depressum, erectionem recusantem) pro-

chirurgicales T. 3. p 280. — RICHTER *Anfangsgr. der Wundarzneyk. B.* 4. *Kap.* 2. — BOYER *malad. chir. T.* 6. *Art. X.*

5) Editionis secundae P. I. Vol. I. sect. I. Prolegom. §. IX. 5. §. X. 8. §. XI. 13. Cfr. praecipue P. CAMPER *Verhandeling over het bestier van kinderen.* in *Harlemer Abh. Th.* 7. *St.* 2. p. 363. et *Samml. ausserles. Abhandl. B.* 2. *St.* 1. p. 35. — et OEHME diss. de morbis recens natorum chirurgicis. Lips. 1773. et *Samml. für Wundärzte B.* 3. p. 129.

6) *Observations sur les adhérences de la langue, près du frein. Mém. de l'acad. de chirurgie T.* 5. *mém. p.* 412.

7) *Observation sur les adhérences de la langue à la mâchoire inférieure.* Ibid. p. 414 („*La langue fort courte éloignée des dens incisives d'environ un demi pouce. Elle étoit adhérente dans toute sa largeur a la mâchoire inférieure, n'ayant libre depuis l'adhérence jusqu'au bout de la pointe, qu'environ deux lignes de longueur*").

8) l. c.

9) P. II. Vol. II. sect. I. cap. II. §. VII. — „Ancyloglossi difficulter pronunciant L. R. K. atque in loquendo restitantes praecipitant." GALEN. comm. II. lib. I. Epidem.

protracto, nunc, instar alterae linguae, *incrassato* [10]), nuncque ulcusculis et excrescentiis ad basin *circumdato;* aut *pseudomembranis* sub forma filamentorum vel ligamentorum linguam cum gingivis [11]), fundo oris [12]), buccis [13]), alterutro

10) „*Man hat* (*Mém. de l'acad. de chir. T.* 5) *das Zungenbändchen oft so dick gefunden, dass es wie ein Fleischklumpen unter der Zunge lag, wie eine zweite Zunge aussah und das Saugen und Schlucken hinderte.*" Voigtel *Handb. der patholog. Anat.* B. 2. p. 144. — „*Ce bourrelet se présente sous la forme d'une tumeur brune et assez ferme, qui dans quelques cas offre les mêmes dimensions que la langue sous laquelle il est placé; il empêche la succion et réclame les plus prompts secours. La section de ce bourrelet est le seul moyen de rendre à la langue la liberté de ses mouvemens, et par conséquent de soustraire l'enfant à la mort qui le menace.*" Boyer l. c. p. 400. — „*The frenulum unusually fleshy and carried too far towards the extremity of the tongue, so that there is but a small portion or distance from the insertion of the frenulum and the outer extremity of this organ.*" (*The family oracle of health or magazin of domestic economy, medicine and good living. Lond.* 1827. *No. XLV.* p. 839. *Of the tongue-tie in infants*).

11) Cap. XXX. §. CXVI. No. 4.

12) Capdeville *mém. de chirurgie T. V.* — „*Very frequently is attached to the frenulum of the tongues of new-born children, a nearly transparent, whitish membrane, which pursues the natural frenulum through its whole course, and continues beyond the point where the frenulum stops and terminates near the extremity of the tongue itself, so that the tongue is tied*

utro in latere vel utrinque [14]), *nectentibus*; — autque *muco tenaci* illam palato *agglutinante* [15]). Quae vitia, quatenus suctum impediunt, magni sunt momenti; quam ob rem mox abigenda. Frenuli protractioni, incrassationi, et pseudomembranis operationes chirurgicae, ob faciles haemorrhagias [16]), trismum [17]), convulsiones [18]), laesiones ductuum salivalium et sublingualium [19]), cautissima manu atque non sine necessitate, ut quondam contigerat [20]) et adhuc hodiedum passim

down as it were to its proper bed." *The family oracle* l. c.

13) „*On lit dans les mémoires de l'académie de chirurgie une observation dans laquelle une bride de cette espèce, adhérente par une de ses extrémités au côté gauche de la langue, allait par l'autre se fixer à la face interne de la joue, en passant au dessus de l'arc alvéolaire.*" Boyer l. c. p. 403.

14) „*Ces brides occupent quelquefois les deux cotés de la langue et d'autres fois un seul. Dans quelques cas elles sont égales à droite et à gauche; dans d'autres, l'une des deux est plus étroite ou plus courte que l'autre.*" Boyer l. c.

15) La Pie *observation sur un obstacle à l'action de téter, peu connu. Mém. de l'acad. de chirurg. T.* 3. *Hist.* p. 16.

16) Dionis *von chirurg. Instrument.* p. 678.

17) Mayer in Ephem. acad. nat. cur. cent. VI. p. 213.

18) Hildanus cent. III. obs. 28. 19) Cap. V. §. XX.

20) Storch *Abhandlung von Kinderkr. B.* 1. p. 160 (Et unguium ope ignarae obstetrices frenulum solvebant).

sim contingit [21]), instituendae, medentur. Mucus agglutinans spatulâ abstergitur. Quodsi suctus concessus foret, operationibus chirurgicis non festinandum. Crescente nempe aetate natura aliquando obstacula motui linguae opposita sponte removet, aut saltem, ut sine periculo removeri possint, sinit. Praeterea ulcuscula et excrescentiae frenuli basiff circumdantia, utpote saepe indolis syphiliticae, curam gentilitiam exposcunt. Ea cum *aphthis* non esse confundenda, non est cur moneamus.

L. revoluta.

2. Frenulum linguae tam a natura, quam propter sectionem nimis profunde peractam, interdum *brevitate* peccat [22]). Lingua inde nimis mobilis reddita loquelae obstat. Nec satis: in recens natis, ut firmissima docent testimonia [23]), lingua

21) „*Continuo l'abuso riguardo alla raramente necessaria recisione del frenulo della lingua detta taglia del filetto.*“ Cornelio *statistica odontalgica per l'anno* 1815. *Genova* p, 12.

22) Breidenstein diss. de morb. ling. p. 277. — Oehme l. c. p. 136.

23) Petit l. c. p. 267. 269. 271. et *Mém. de l'acad. des sciences* 1742. p. 339. — Schobinger in epistola ad Hallerum V. — „*Aber auch durch unwillkührliches Ersticken gehen zuweilen Kinder in den ersten Tagen nach ihrer Geburt plötzlich zu Grunde, wenn sie entweder wegen allzulockerem, oder wegen zerschnittenen Zungenbändchen, oder weil sie ihre Zunge noch nicht zweckmässig zu bewegen verstehen, diesen Theil zurückbeugen und selbst zur Hälfte verschlingen*

lingua ita necessario frenulo orbata, facile *revolvitur*, apice ejus faucium isthmum occludente. Effectus talis occlusionis suffocatio est, haud secus avertenda, quam digito extemplo ori immisso et linguâ ad debitum situm reductâ. Renovatio mali impeditur, infantibus sitientibus, quo primum propriam linguam sugere incipiunt, mammas porrigendo, orisque intempestivam aperitionem fasciis jam memoratis [24]) praepediendo. Nec ignorandum, negotiationum venalitiarum historiam testari [25]), Aethiopes aliquando indicatâ linguae revolutione odiosae vitae finem imponere.

CAPUT

Die nehmlichen Erscheinungen wie beim Erdrosseln begleiten diesen Unfall, und lang wusste man sich denselben nicht zu erklären, bis LEVRET *endlich die wahre Ursache dieses so augenblicklichen Erstickens entdeckt hat.*" J. P. FRANK *System einer vollst. med. Polizey B.* 5. p. 245.

24) Cap. XXV. §. XCIX. No. 7.

25) PARK, GOLDBERRY, WINTERBOTTOM etc.

Caput XXVII.

De linguae siccitate, ardore, desquamatione, pilis, calculis, tumoribus et excrescentiis.

§. CIV.

Linguae siccitas, ardor et desquamatio.

L. siccitas et ardor.

1. Observationibus de *linguae siccitate* [1]) et praesertim de *ardore extra febres* [2]), exemplum matro-

1) Aetius tetrab. II. serm. I. c. 118. — Oribasius Synop. lib. VI. c. 43. — Forestus obs. lib. XIV. obs. 25.

2) A. Bootii obs. med. de affectibus omissis. Edit. Meibomii, Helmst. 1664. cap. 8. de linguae ardore et siccitate extra febres („Platerus meminit cujusdam, cui ardor in extimis linguae lateribus molestus erat. Ego notam habui Dublini mulieram, cui supra sexaginta annos natae *ardor* mediam linguam magnopere infestabat, et semper hic similis ejusdemque tenoris, aegram molestissime torquebat. Epigennema hoc erat hydropis ascitis, ejusdemque fere ab initio comes .... una cum principali morbo etiam illa linguae molestiâ liberata est.“ — „Theologus quidam Anglus, mediae aetatis, corporis admodum obesi, laborabat *arîditate* linguae, in ipso duntaxat apice, absque nullo notabili fervore, sed cum molestis plerumque punctionibus, quale quid in media etiam palati regione, sed haud ita constanter, patiebatur. Symptomate hoc quamquam exiguo dictu, magnopere libe-

matronae addimus, quae praeterea sensum, ac si lingua os repleret, experiebatur [3]). Vitiis ejusmodi (nisi accidentalia sint, adustioni, cibis et medicamentis acribus tribuenda [4])) plerumque diabetem [5]),

rari cupiebat, quum assiduitas ejus esset ipsi molestissima . . . . Usus purgationibus, quae in rem videbantur, dimisi domum cum praeceptis . . . ubi . . . in generali illa strage, exeunte anno 1641. ab Hibernis in Anglos Scotosque edita, cum multis millibus fuerit trucidatus").

3) Nobilis femina ex propinqua urbe *Bergamo* consilium meum exposcendi gratia, die 30. Octobris 1828. Novocomum petiit. In epocha ubi catamenia cessare solent constituta erat, et cephalaeae admodum obnoxia, qua tamen nuper mitrâ e subtilissima tela cerata (*Taffetas de santé*) factâ capitique continuo impositâ (utpote quam amicae suo simili malo laboranti summo cum successu quondam suaseram) sese omnino liberaverat. Modo nonnisi de *ariditate et ardore linguae*, adspectu sanissimae, conqueritur. Mala haec plus minus continuo molestant, at sine nota causa, aliquando quammaxime invalescunt. Quod dum accidit, sensus accedit, de quo supra, ac si lingua ita augeretur, ut ori amplius contineri haud posset. Eccoprotica, cinnabarum, nescio adhuc quonam cum effectu, praescripsi.

4) Asperitatis linguae a *cremore tartari* excitatae meminit Bobe-Moreau in *Journal général de médecine* T. 38. p. 126. — Aliud addo feminae Novocomensis, quae ante sex menses cremoris tartari loco per errorem unciam semis *calcis vivae* sumsit, subsequentibus ardore et siccitate linguae et faucium ad hodiernam diem usque perdurantibus; sociis anorexia et corporis prius

tem [5]), obstructionem hepatis, bilem effusam et maxime haemorrhoides morbosque cordis in senibus [6]) pabulum praebere experti sumus. Quae vitia si juxta indicationes generales debellari haud possent, ad levamen pro tempore afferrendum illinitione partis affectae ope albuminis ovi, succi sedi tectorum, mellis rosarum, solutionis boracis [7]) etc. [8]) curanda sunt

L. desquamatio.

2. De lingua erysipelatis, urticariae, scarlatinae, variolae participe, deque illius tunc desquamatione mentionem injecimus. Isto praeterea phaenomeno nihil communius in aphthis ac in febribus crisin molientibus. *Desquamationis* autem *linguae morbum per se eumque chronicum efficientis* casum, qualis nuper nobis obvenit [9]), in fastis medicis incassum quaesivimus.

§. CV.

obesi emaciatione. Lacte consilio medicorum hucusque usa erat; suasi linctum ex mucilagine gummi arabici, melle rosarum et *borace*.

5) Praeter ariditatem linguae huic morbo gentilitiam, observatur interdum etiam nigerrima et splendens (Wolff *Bemerk. und Erfahr.* in Hufeland's *Journ. der pr. Heilk. B.* 30. *St.* 1. p. 118).

6) P. II. Vol. II. sect. II. cap. VII. §. XXIV. No. 1.

7) R. Boracis drachmam unam. Aquae cerasorum nigrorum uncias quinque. Syrupi mororum unciam unam.

8) e. c. stercus equinum cum aceto (Ruland. Pharmacop. nova thec. 19).

9) Custos reditus principis, vir quadraginta annorum, die 4. Februarii 1827. mihi *linguam*, formae norma-

§. CV.

Linguae pili et calculi.

1. *Pilos linguâ excrescere* observationes do- L. pili.
cent Amati Lusitani [1]), A. Portalii [2]) et quodammodo J. P. Frank [3]). — Caeterum etiam pa-

 pillas

lis, *desquamatione laborantem* exhibuit. Lineis quibusdam mediis irregularibus, vestigia secedentis epidermidis sistentibus exceptis, tota lingua carnis crudae instar conspiciebatur. Phlogoseos tamen, praeter aliquem dolorem juxta oesophagi decursum, nullum obvenit indicium. Motus partis affectae undique erat concessus. Impedita autem assumtio ciborum acrium vel potus alcohol. Morbus jam ad tertium annum protractus est. Quum aeger quondam syphilide laboraverit, ab aliis mercurius praescribebatur; ast cum mali incremento. Quid *pellagrost* latere posse suspicatus sum; at nullum ejus nostratum morbi symptoma detegere potui. Levamen accepit miser mucilaginem gummi arabici extracto opii aquoso mixtam parti affectae illinendo; num inde sanatus fuerit nec ne, ignoro.

1) Curat. med. cent. VI. obs. 65 („Jacobus ex flumine male habebat, quem quum curandum susciperem et varia interrogarem: ecce mihi respondet, in ejus lingua *pilos magnos* etiam brevi tempore gigni, quos quandoque propriis eradicat manibus").

2) *Cours d'anatomie médicale T.* 4. p. 527 („*J'ai vu dans une femme la langue couverte de poils, qui avoient cinq a six lignes de hauteur; ils étoient assez rudes, et reparoissent peu de temps après qu'on les avoit coupés: l'usage des antiscorbutiques, longtems continué, guérit cette singulière maladie*").

3) Inter schedas ejus unam, aliena tamen manu scri-

pillas, linguae prominentes, huic organo adspectum hirsutum impertiri posse, non inficiamur [4]).

L. calculi. 2. *Calculi* ejusdem generis ac in organis salivae, etiam in ipsa aliquando nid antur linguae substantia [5]), vel sana, vel absces-, seu [6]) ulcere [7]) simul detentâ. Excitantur, aut augentur inde linguae dolores et tumores [8]), difficulta-

ptam, invenio, quae refert, medicinae doctorem Josephum Zugenbuhler, Soloduri Helvetiorum natum, eum *Friburgi* Brisgoviae visitasse atque enarrasse, quod absoluto studiorum curriculo Vindobonae, ubi secunda semper gavisus erat valetudine, in patriam redux, sensum ingratum circa ventriculum, inprimis sub motu corporis, percipere inceperit, una cum oris sapore depravato; quod linguam ideo inspiciendo, eam crinibus sat longis obsessam videns, horruit; quod emetico mox assumto lingua depurata est, quod vero malum, crinibus interdum longitudinem pollicis adaequantibus, pluries recruduit. Additur laudatum Zugenbuhler exercitio medicinae valedixisse, et modo arte pictoria delectari.

4) J. E. Gabler diss. de linguae papillis eorumque involucro tam sano quam aegrotante. Berolini 1827. Cum tab. aenea.

5) Blasius obs. med. Part. VI. obs. 17. p. 83. Tab. IX. fig. 3. — Zacut. Lusitan. de med. princip. hist. lib. I. obs. 49. p. 122. — Prax. med. admirab. lib. I. obs. 81. p. 19.

6) Plater obs. med. lib. II. p. 395.

7) Ahnemann *Magazin für die Wundarzneywissenschaft B. 2. St. 2. p. 171.*

8) Balth. Tim. a Guldenklee opp. med. denuo im-

ficultatesque loquendi [9]) ac deglutiendi [10]). Aliàs calculi *sub lingua* latentes, ejusmodi symptomata per consensum provocant [11]). Ut ut sit, irritatio a corpore extraneo illata temperanda (deductis pro re nata in auxilium phlebotomiâ, hirudinibus circa collum, eccoproticis); locus affectus emolliendus (fotu oris ex decocto malvae et lacte); et, si calculus sponte non prodeat, is, praeviâ sectione, extrahendus.

§. CVI.

Linguae tumores et excrescentiae.

1. Lingua interdum *tumores cysticos* (ad *melicerides* plerumque spectantes [1])), *lardaceos* alios- L. tumores.

press. Lips. 1715. lib. I. c. 35 („Mercator de linguae dolore et tumore duriusculo aliquot annis sibi molesto querebatur, nullo aliàs in lingua et partibus vicinis apparente vitio." Praescribuntur collutoria emollientia „quibus cum aliquot diebus usus esset, ecce dum linguam in colluendum fortius moveret, calculus prosiliit nucis amygdaliae magnitudinis et formae, nisi quod paullo longior esset, ex eo paullatim subsedit tumor, dolor vero confestim remittebat, et labia vulneris coalescebant"). — Dethardinc in Eph. acad. nat. curios. cent. I et II. Append. p. 19. — Forestus obs. lib. XIV. obs. 26. De linguae dolore et tumore (in monacho). — Seidelius obs. med. rar. No. 3.

9) Th. Roderic. a Vega de loc. affect. lib. I. sect. VI. p. 225.

10) Plater op. c. lib. III. p. 396.

11) Wendt in Rust *Magazin der gesammten Heilk. B.* 24. *Heft* 3. p. 402.

alioqve [2]) includit, qui, volumen ejus augendo, visceri adspectum hypertrophiae conciliant [3]). Mino-

1) Richter l. c. p. 38.

2) „*Une femme, atteinte de scrophules, avoit la langue si volumineuse, qu'elle pouvoit à peine la contenir dans la cavité de la bouche. Cette femme étant morte à la suite du temps appellé critique, j'examinai la langue, que je trouvai pleine de concrétions stéatomateuses, dont quelques-unes étoient globuleuses, de la grosseur d'un pois. J'ai disséqué d'autres langues qui étoient gonflées, tantôt par une infiltration sanguinolente, tantôt par une infiltration séreuse, et quelquefois par une espèce de suc graisseux.*“ Portal l. c. p. 527.

3) Nic. Cirillo consult. med. Neapol. 1741. p. 55 („Nobilis puellus, jam nunc quinquennis, valido et toroso, quantum aetas ferre potest, corporis habitu, vix in lucem editus, cum ad lactis suctum fere impar videretur. Linguae vitio laborare deprehensus est.... Incrementum autem indies sumente puerulo, et linguae magnitudo augebatur . . . . nunc propendens illius portio parum a naturali colore recedit, aliquantulum ad lividum vergens: adhuc laxius propendit cum puellus fletu solvitur, vel cum prolixiori periodo loqui contendit: si tetigeris, vix duritiem naturali majorem percipies; nec in ea, si verum fateri velis, molle quid in profundo exundare judicabis, etsi nescio quam in intimis recessibus latentem serosam materiam chirurgi quidam sibi videri visi sunt. Linguam nunquam non extra os propendentem, retrahere jussus puer, prompte retrahit, nec illam dentium vallo coercet, ne prolabatur; sed hiante ore, et maxillis diductis in palato jam ampliore facto, abscon-

Minores in diagnosi difficultates pariunt tumores vel *sub lingua* latentes (indolis plerumque scrophulosae [4]), steatomatosae [5])), vel ei *adhaerentes* [6]), vel

dit: tantillo autem interposito temporis spatio, veluti ex laboriosa sustentatione defatigatus eandem iterum dimittit, ac prolabi sinit. Quo tempore retracta lingua est, incisores dentes inferioris maxillae in conspectum veniunt, haud tamen ad perpendiculum praesepiolis infixi, sed assiduo linguae superincumbentis, et ad labium inferius vergentis pondere impulsae, extrorsum protrusi . . . disponuntur. Cibi in alterutrum oris angulum immissi expeditissime molaribus dentibus comminuuntur, et atteruntur, adhuc extra propendente lingua. Bibiturus puer vasis oram lingua ex ore protrusa, et labio superiore complectitur ac facili negotio aquam haurit . . . loquitur expedite, quamquam literas quasdam, praesertim labiorum et dentium exacte pronunciare non valeat. Post tres solidos annos sensim semper excrescens moles, *manifestissima dedit materiae intus, et quidem in cyste, collectae indicia* .... Quare levi adhibito caustico *tumor apertus fuit, materies pulti similis edacta, folliculus dexterrime eradicatus*, ac vix semel levi haemorrhagia superveniente, puer ad integram sanitatem perductus est").

4) Leurs op. cit. (in capite nostro I) §. 89. — Louis in *Mém. de l'acad. de chirurg. T.* 5. *No.* 15.

5) J. Bacot *Fall einer steatomatösen Geschwulst unter der Zunge.* Ex *Lond. med. and physic. journal. Jun.* 1826. in Horn's *Archiv für med. Erfahr. May, Junius* 1826. p. 551.

6) Büttner *Wahrnehmung eines an der Zunge seit vier und zwanzig Jahren aus dem Munde hervorgehangenen Fleischgewächses von neunthalb Loth. Königsb.* 1770.

vel a *corporibus extraneis* linguae substantiae inhaerentibus *) orti.

L. excrescentiae.

2. E lingua haud raro *condylomata* 7), *fungi* 8) *et verrucae* 9) germinant, idque culpa irrita-

*) „*Un homme qui avait servi dans les armées françaises fut reçu à l'hôpital de la charité pour une tumeur très-dure qui occupait la partie latérale droite de la langue dont elle gênait beaucoup les mouvemens. En questionnant beaucoup cet homme, j'appris que quatre ans auparavant il avoit été blessé par une balle de fusil qui avait pénétré dans la bouche en brisant la dent canine et la petite molaire; qu'il était survenu un gonflement considérable de la langue et des autres parties de la bouche; que ce gonflement fut combattu par la saignée, la diète, les boissons rafraichissantes et les gargarismes; qu'après sa disparition, quoiqu'il restât une tumeur dure sur le côté de la langue, on crut que le malade était guéri . . . En examinant attentivement le bord droit de la langue, j'aperçus sur la partie moyenne un orifice fistuleux: un stylet introduit dans cette ouverture pénétra jusqu'à un corps dur que je jugeai être la balle. Je fis sur le bord de la langue une incision longitudinale par laquelle je retirai la balle . . . La plaie fut guérie en peu de jours.*“ Boyer l. c. p. 376.

7) Horn's *Archiv für med. Erfahr.* 1810. *B.* 2. *Heft* 2. p. 165.

8) J. D. Schlichting quinque fungi teretes oblongi (quorum unus licet tenuis, pennae instar, pollicem longitudine aequavit), sub ptyalismo e lingua prognati. Act. acad. nat. curios. Vol. 8. obs. 26. p. 68. — „Recordor me talem fungosam ex lingua excrescentiam vidisse in sene Bruchsaliensi, qui nullo mercurio usus

irritamentorum localium (ut corpuscula peregrina [10]), vitia dentium [11]), illinitio auri [12]), actio mercurii [13])), scrophulae, syphilidis et carcinomatis. Diagnosis microscopii auxilio instituenda et cavendum ne linguae papillae conoideae solito magis prominentes pro excrescentiis morbosis habeantur [14]). *Excrescentiae ab irritamentis localibus*

erat, sed herpete frequenter ad cutem laborabat. Paucorum dierum spatio hic fungus, ut vocant, ad dimidii pollicis longitudinem, sat crassus, ex linguae parte laterali sinistra excreverat, ac masticationem fere omnem impediebat. Jussi ut ter quaterve in die *extractum saturni Goulardi* purum et sine aqua commista, ope penicilli, excrescentiae illiniretur: quo auxilio unius diei spatio disparuit fungosa excrescentia." *Ex schedis Patris.*

9) H. D. Majoris epulis et *verruca linguae* feliciter sanata. Miscell. acad. nat. curios. a. 2. obs. 255. — Otto *Handbuch der pathol. Anat.* p. 212 („*An der Spitze der Zunge sahe ich eine weisse harte Warze*").

10) Spina piscis, qua ablata tuberculum linguae profligatum apud van der Haar *genees- en heelkund. Waarneemingen* §. 73.

11) Leurs l. c. §. 74.

12) Moris erat a. 1823—1826. Vindobonae permultos morbos chronicos illinitione auri oxymuriatici sub lingua curandi! Vidi inde non solum plurimas linguas atras, sed etiam aliquas tuberculis obsessas.

13) Pluries tubercula linguae post salivationem mercurialem relicta conspexi.

14) „. . . praemittere hic nolumus minora quaedam *instar verrucarum tubercula*, in superiore linguae super-

libus insontes sunt, nisi aeger alioquin labe aliqua

ficie propius basin a chirurgo quodam olim in Patavina muliere nobis ostensa, ut qua potissimum ratione tolleret, consilium daremus. Non ignorabamus M. Donatum (de med. hist. mirab. lib. III. c. 5) ceu raram admodum rem, nec toto vitae suo curriculo nisi bis a se conspectam, linguae verrucas proposuisse. Quo magis attente in exerta lingua, et a chirurgo satis depressa, quid tandem se visui objiceret expectabamus. Nihil fieri poterat verrucis ad speciem similius: *sed reapse non aliud erant ea tubercula, quam maximae illae omnium postremae papillae*, ut earum sedes, ac positus continuo indicarunt, hoc uno peccantes, quod cum esset ea linguae pars phlogosi affecta, ipsae quoque aliquanto crassiores, altioresque factae, protuberabant. Bono igitur animo esse mulierem, et chirurgum jussi, nullumque aliud quod quidem ad illas attineret, huic mecum redeunti consilium dedi, nisi ut anatomicas ostensiones frequentaret; quarum neglectu saepius accidit quam putas, ut quae naturalia sunt, ea pro morbis accipiantur." Morgagni de sed. et caus. morb. Epist. L. art. 26. — Majori sui ipsius sensu chirurgus Lithuanus dotatus erat, quippe qui ab uxore ducis militum per urbem Pinsk iter faciente, propter linguae dolorem (verisimiliter levis glossitidis rheumaticae effectum) vocatus, quum ejus papillas prominentes conspexerit ac pro condylomatibus habuerit, mox sine ambaginibus lapidem infernalem super universam partem affectam deduxit. Dolore inde decuplo aucto, ac lingua carbonis instar nigrescente aegra gangraenam timens desperabunda Vilnam festinanter profecta est; ubi ultra mensem degere debuit, antequam remediorum antiphlo-

qua mulctatus sit. Curantur ablata caussa, fotu emolliente, eccoproticis, diaeta lactea et hirudinibus sub maxilla inferiore applicitis. *Excrescentiae scrophulosae*, in junioribus, utrinsque sexus ad linguae dorsum et apicem, ut tubercula rotunda, vel ovalia, elastica (re ipsa glandulas lymphaticas induratas sistentia) comparent. Malum sistunt delicatam exposcens medendi rationem. Primum congestio cruenta, illud plerumque concomitans, hirudinibus, ut supra admotis, eccoproticis abigenda est. Dein resolutio tuberculorum impetranda. Doses minimas *aethiopis antimonialis*, cum *extracto conii maculati* diu continuatas, cunctis reliquis auxiliis anteponimus. Aliàs parvae doses *unguenti idriotatis potassae* [15]) lateribus colli anterius illiniri possent. Haec autem omnia nunquam tumultuarie adhibenda, ne tubercula resolvenda irritentur potius ac in inflammationem transeant. — *Excrescentiae syphiliticae* aut ex contagio linguae directe admoto, aut, et longe saepius, ex lue universali oriuntur. Formam plerumque habent condylomatum, mollium, latorum, indolentium, cito crescentium et fissuris circumdatorum. Si localia tantum, ligaturâ

gisticorum, emollientium et narcoticorum ope sanitati restitui potuisset.

15) R. Idriodatis potassae drachmam semis. Axungiae porcinae purissimae unciam unam et semis. M. D. S. Grana circiter quindecim pro illinitione semel de die instituenda.

gaturâ auferri queunt, basin dein lapide infernali tangendo. Generatim cura anti-syphilitica universalis requiritur. *Excrescentias carcinomaticas*, in specie considerandae.

Caput XXVIII.

De linguae carcinomate.

§. CVII.

Definitio. Literatura.

Definitio. 1. Tuberculum, linguae insidens, durum, vasis varicosis circumdatum, in ulcus, notis cancri insignitum, desinens, *carcinoma* efficit.

Literatura. 2. Multae de hoc morbo, non semper legitimae, exstant observationes [1]); paucae dissertationes [2]), nulla monographia.

§. CVIII.

1) Trincavella consil. lib. III. No. 111. — Forestus obs. T. II. lib. XIV. schol. obs. 24. — Fabr. Hildanus opp. cent. III. obs. 86. cent. IV. obs. 20. — Plater observ. medicinal. lib. II. p. 396. — Hoffmann consultat. cent. I. No. 58. — Ruysch obs. anat. chirurg. cent. obs. 76. — *Breslauer Samml.* 1724. *B.* 2. p. 641. — Rulandus cent. III. cur. 77. cent. IV. cur. 52. — Fr. Marescotti relatio mirabilis operationis in tumore carcinomatoso linguae. Bonon. 1730. — Heister *Wahrnehmungen* No. 96. — Heuermann *Abhandl. aller Operation. am menschl. Körp. B.* 3. — P. Bierchen *Abhandl. von den*

§. CVIII.

Symptomata. Caussae. Diagnosis.

Symptomata.

1. Orditur aegritudo, nobis quinquies summo in gradu visa [1]), tuberculo nunc mobili, nunc immobili, ciceris magnitudinis, indolente, duro, vasis varicosis circumdato, plerumque linguae margines, vel apicem, rarissime ejus dorsum occupante. Aliàs vulnusculum linguae fortuitum, sanationem respuens, sensim sensimque in ulcus cancro-

wahren Kennzeichen der Krebsschäden. Gött. 1775. — Bieshaar in *Journal de médecine T.* 18. p. 455. — Geny ibid. T. 71. p. 287. — J. O. Justamond *an account of the methods pursued in the treatment of cancerous and scirrhous disorders and other indurations. Lond.* 1780. Vers. Germanic. 1791. — Gilibert adversar. med. pract. prima p. 21. — Knackstedt *anat. chirurg. Beobacht. No.* 261. — Loder *Journ. für die Chirurg. B.* 2. p. 398. — J. F. Balz *Beobachtung einer scirrhösen Verhärtung unter der Zunge. Museum der Heilkunde B.* 4. p. 115. — B. Biorlund *Berättelse, om en schirreuse utom munnen hängände tunga, som hos en piga alt ifrän barndomen varat, och omsider of henne sielf med tagelsnöre blifsuit aflöst. Svenska Vetensk. Acad. Nya Handl.* a. 1793. p. 61. — J. R. Bischoff *Trauerrede zum Andenken des k. k. Raths, Stabfeldarztes und Professor's Dr.* Wilhelm Joseph Schmitt *den* 7. *März* 1829. *Wien* (Vir hic egregius cancro linguae obiit).

2) G. A. Richter diss. de cancro linguae. Gottingae 1799.

1) Bis in noscomio civico Vindobonensi, — ter in praxi privata Grodno et Vilnae.

cancrosum transit. Simile ulcus primo quoque in casu ex tuberculo vel sponte (praeviis augmento et doloribus lancinantibus), vel accedente laesione mordicus illatâ, evolvitur. Qualicunque demum modo ortum, ulcus margines exhibet duros, retorridos, et fundum carunculis albis, cinereis, lividis notatum, mucoque glutinoso foetidissimo coopertum. Praeterea a levi licet attactu cruentum evadit. Dolor omnem linguae exulceratae et interdum adeo tumentis, ut dentium vestigia exhibeat [2]), motum comitatur. Immo erosa jam conspicua ejus parte, loquela, masticatio et deglutitio impediuntur et plus minusve abolentur. Vidimus non nisi linguae radicem, sub trunci forma superstitem. Molestantur aegroti a dolore a faucibus ad aures extenso, praecipue eo linguae in latere ubi carcinoma maxime saevit. Summam autem molestiam continua adfert salivatio, socio interdum parotidum et glandularum submaxillarium tumore. Nychthemeri unius spatio uncias triginta septem illius liquoris hoc in morbo amissas conspeximus. Vigilanti, saliva ductilis, ichorosa, ex ore depluit; dormienti, suffocationem minatur, quam solum tussis insultus avertit.

2) „Oris cavitati adaequata tumida lingua ob vestigia sibi a dentibus impressa, ita secundum dentium seriem plane exulcerabatur, ut superiores dentes per excesam linguam inferioribus conjuncti fuerint.“ Fab. Hildanus l. c. obs. 86.

tit. Halitus foetori nihil aequiparandum [3]). Quibus aerumnis ocyus serius febris lenta, caloribus vespertinis, et sudoribus nocturnis stipata, ac tabes superveniunt. Tandem haemorrhagiae linguae, lipothymiae, sopor, odiosae vitae, vix tamen ante absolutum unius anni curriculum, optatum imponunt terminum.

2. Carcinoma linguae aetati provectiori ac temperamento atrobiliari addictum est. Fortuito sane aegroti nostri hoc morbo laborantes omnes erant mares. In feminis carcinoma linguae interdum cum retentis aut parcius fluentibus menstruis nexum habet [4]). Maxima aegrotorum pars malum a laesione linguae propter dentium acumina ac morsum repetere solet. Nobis autem videtur lingua potissimum culpâ praeviae excrescentiae laedi. Interea minime inficiamur accidentale linguae vulnusculum, in homine diathesi carcinomatico alioquin mulctato, in ulcus cancrosum transire posse; ut inter alia exemplum Haenii [5]) docet. Caussae.

3. Id

3) „*C'est une maladie horrible, dont l'odeur infecte est insupportable, en éloignant les parens et les amis le plus affectionnés, prive ceux qui en sont attaqués des consolations, qui font le plus grand adoucissement qu'on puisse trouver dans les maux incurables.*“ (Louis l. c. p. 384). Exceptionem constituit illustris femina Grodniensis, utpote quae mariti cancro linguae laborantis latera neque per horae momentulum diu noctuque dereliquit.

4) Bierhaar l. c. p. 455.

Diagnosis. 3. Id solum negamus, ulcus linguae cancrosum *spontaneum* aliter quam ex tuberculo evolvi. *Tuberculum* tanti morbi germen includens, ab *excrescentiis scrophulosis* differt, quod in aetate provectiori, plerumque singulum ac ad linguae margines obvenit. Ab *excrescentiis syphiliticis* dignoscitur, propter duritiem, lentum curriculum et absentiam infectionis. *Diagnosis ulceris cancrosi*, allatas ejus notas cum illis, infra tradendis, *reliquorum ulcerum linguae* (caeterum in varias carcinomatis species quoque degenerare idonea) comparando, instituitur. Praeterea

5) Praelectiones in Boerhaavii institut. patholog. p. 197 („Mulier quinquaginta annorum a dente molari tertio inferiori asperrimo animadvertit linguae dextrum latus sensim excoriari, sensimque tum ab adsumtis, tum ab adfrictu dolere. Serio monita, ut dentem evelli patiatur, quia frustra erat asperitatem limare, noluit tamen. Binis exactis integris mensibus, cum ulcus dolentissimum natum esset, dentem quidem evelli aegra patitur, at sero jam hoc fit. Punctula enim parva flavescentia in fundo ulceris comparuere, e quibus crescentibus et ad sese invicem accedentibus fungosa nascebatur substantia cavum ulceris implens, extendens, doloremque immanem excitans. Crena tandem videbatur separare hunc fungum a lingua, unde spes orta separationis, verum crena iterum disparuit. Dolores interim crevere non solum in ulcere, sed etiam in tota media lingua usque ad imas fauces, et ad maxillam inferiorem, unde exstirpationem fungi cancrosi faciendam esse conclusum est").

ea ratio quoque habenda est, *indurationum* et *abscessuum linguae*, a praevia glossitide.

§. CIX.

Prognosis. Cura.

Prognosis.

1. Sanationes carcinomatis linguae, praeter exstirpationem, illusorias et confusioni illius morbi cum aliis excrescentiis et ulceribus, scrophulosis [1]), gastricis [2]), et potissimum syphiliticis [3]), adscri-

1) Mulier, de qua F. Plater (l. c.), cujus *tota fere lingua* tuberculis duris et rubicundis obsessa fuit, quaeque solutione arsenici sanata est, laborabatne ea vero carcinomate, an potius morbo scrophuloso?

2) Dum lego (G. Richter l. c. p. 12) virum a tumore exulcerato linguae sordido et praerubro, tartari emetici, alvum nigerrimam elicientis ope, nonnullorum hebdomadum spatio sanatum fuisse, longe alia quam carcinomatis idea mihi sese obtrudit.

3) Probat hoc exemplum a Brerchen (l. c.) enarratum, viri ulcere linguae laborantis, quod narrante aegro, ex levi vulnusculo dentibus linguae inflicto ortum, intra duodecim hebdomadas adeo increvit, ut tota fere lingua exesa esset, aeger febre lenta et profusissima salivatione exhaustus, nonnisi summa cum difficultate cibos deglutire, et pauca verba facere posset. Ulcus fuscum nigrum duriusculum valde dolens, intolerabilem spargens foetorem, cancrosum esse videbatur, et variis remediis, quae contra cancrum laudantur, inprimis vero cicuta, ast incassum tractabatur. Tandem historiâ morbi accuratius investigatâ apparuit, aegrotum brevi ante ortum mali, gonorrhoea et bubone venereo laborasse, unde suspicio nata est de venerea mali natura, et mercurius interne et externe adhibitus

adscribendas esse existimamus. Genuinum enim linguae carcinoma naturae commissum, tarde vel male ablatum, vel, ut aliquando contingit, dexterrime licet ablatum, recrudescens, hominem in conditionem adeo crudelem praecipitat, ut, si autochiria unquam excusari posset, hîc unua foret casus.

Cura. 2. Itaque haud miraberis, nos, etsi contra viri summi sententiam [4]) (alio tamen expertissimo praeest, qui brevi tempore ulcus perfecte sanavit. — Anno 1811, quum aeger Grodnicusis cancro linguae adfectus Vilnae degerit, misera ejus conditio ita per universam Lithuaniam inclaruit, ut laesa inde imaginatione plurimi se eodem morbo laborare crediderint. Vix ideo dies transibat, quin pro quodam linguae aut reali aut fictitio malo in consilium vocarer. Inter aegros ita advenientes una ex ancillis cubicularibus comitissae *Bennigsen* fuit, quae revera ulcus, dorsum linguae occupans, adspectu horrendum, exhibuit. Recens morbi origo, rapidum curriculum, evolutio directa ulceris, hujusque adspectus lardaceus, me illico de mali natura syphilitica certiorem reddiderunt. Accessit aegrae confessio quatenus basium illibando linguam ori cujusdam immisit. Bonam institui prognosin, per mercurii sublimati corrosivi usum omnino confirmatam.

4) „Ut ferro sibi eximendas curaret, inquit Morgagni (l. c.) nemini auctor esse volui, non quod eximi posse ignorarem, sed quod praestare non possem; qua dexteritate et felicitate usi ea re essent chirurgi quidam experientissimi, inprimisque Benevolus (*observat.* 12), eadem caeteros esse usuros, praesertim cum certior factus sim, quanto alibi in periculo ob ni-

praeeunte [5]) consiliari, ut qualecunque de carcinomate auspectum linguae tuberculum mox auferatur. Quod consilium etiam ad ipsum ulcus inde evolutum extendimus, dummodo illud ita constitutum sit, ut in integrum exstirpari possit [6]). Utroque in casu absoluta ablatione, pars sauciata ferro candente adurenda. De methodo linguae cancrum *ligaturâ arteriae lingualis* curandi [7]), proprium suspendimus judicium. Plethoram sane in linguae morbis, *adspectum carcinomaticum* exhibentibus, scenam quandoque

 lude-

miam, et vix tandem cohibitam sanguinis profusionem nonnulli fuerint ex iis qui passi sunt sibi tonsillas eximi."

5) Ait Louis (l. c. p. 396): „*On voit dans cet article, que* Morgagni *étoit trop timide, et que la supériorité de ses connoissances en anatomie pathologique ne s'étendoit pas aux moyens curatifs.*"

6) „Si vero aliquid relinquitur, quod exstirpari debebat, semper pessime consulitur aegroto, qui frustra operationis, satis saepe crudelis, patitur tormenta, et cito satis post illam redeuntis mali vim experitur. Ubi itaque ad gingivas vel partes sub lingua jacentes malum progressum est, ubi parotis, glandulae sublinguales vel submaxillares morbo correptae sunt, nil boni ab operatione sperari potest." Richter diss. cit. p. 11.

7) E. Home *über den Bau der Zunge und die Abbindung eines Theiles derselben. Ex mdd. phys. Journal. Vol.* 12. p. 269. in *Samml. auserl. Abhandl. für pr. Aerzte B.* 23. p. 575. — Ch. Averill *treatise of operative surgery. 2. edit. Lond.* 1825.

ludere, mirabilis quodam in casu *hirudinum* effectus [8]) docet. *Conium maculatum*, cujus in carcinomate linguae laudes extolluntur [9]), semper incas-

8) Narratur (*medical commentaries by a society of physicians in Edinburgh. Vol. 2. part. 3*) anulam viro cancro linguae (?) laboranti consilium dedisse, hirudines subter lingnam applicandi. Adpositae sunt quatuor hirudines, quae postquam pauca temporis minuta suxerant mortuae deciderunt. Altera die sex hirudines appositae per decem minuta suxerunt, quarum quaedam tantum mortuae sunt. Post aliquot dies iternm quatuor applicabantur, quarum una tantum moriebatur. Continuata adhuc per aliqnod tempus hac medendi methodo, sanatio perfecta secuta est. — Methodus ejusmodi antiquissimam in mentem revocat, juxta quam bufo saccnlo ex linteo tenuiori confecto inclusus immittebatur in ulcus cancrosum, ibique ramanebat donec angeret; itemque observationes Fearon (*mem. of the medic. society of Lond. Vol. 4*) scirrhos dolentes vel cancros occultos, usu repetito hirudinum ad ipsam partem affectam tractandi, a qua caeterum medendi ratione, aevo nostro vulgatissimâ, multum vidi damni.

9) Refert Birkhaar (l. c.) post operationem scirrhi exulcerati linguae, vulnus carne repleri et cicatrice obduci renuens, malo ichore madidum, nova duritie circumdari incepisse, seseque tuno ad *cicutam* confugisse. Praescribebatur extractum ad grana sedecim bis quotidie sumendum. Simul os aliquoties decocto cicutae eluebatur, splenioiaque succo cicutae recenter expresso madida, ulceri frequenter imponebantur; idque tanto cum successu, ut brevi tempore aequeretur sanatio perfecta!

incassum adhibuimus. Sic quoque *arsenicum* [10]) aliaque in tractatu de carcinomate fusius indicanda. — In genere ne aegrum insanis artis conaminibus magis magisque praecipitemus! — Ut consoletur utque quoddam, si fieri possit, levamen afferatur, suademus *rasuram radicis daucae carotae crudae* linguae superimpositam aut ori retentam saepèque renovatam; — illinitionem partis affectae cum *solutione opii* in *mucilagine gummi arabici;* — *injectiones* oris ope *decocti* ejusdem *carotae*, *hordei*, *solutiones tenuis oxymuriatis calcis* etc.; — *vapores* ex infuso florum sambuci elicitos et infundibulo ori admotos; — usumque *laudani* [11]) internum; cavendo, ne aeger soporosus redditus, a saliva et muco in faucibus collectis suffocetur [12]).

CAPUT

10) BIENCHEN pulverem illum laudatissimum contra cancrum GUY, *arsenicum* continentem, ad tumorem cancrosum *media in lingua*, qui bis exstirpatus tertio recrudnit, sequenti modo adhibuit. Ulcere sollicite et probe prius exsiccato, inspersit pulverem, et dein imposuit spleniolum satis crassum, ita ut palatum illud linguae et ulceri apprimeret. Cavebatur hoc spleniolo, ne saliva affluerct, pulveremque dilueret abluerctque. Quoties spleniolum madidum esse observabatur, extracto hoc, aliud siccum immittebatur. Eschara inde nata, qua separata ulcus purum sanatum!

11) De sanatione ulceris linguae *opii* usu impetratâ legitur in RICHTER's *Anfangsgründen der Wundarzneyk.* B. 4. §. 51.

12) Sic verisimiliter contigit etiam post operationem


image
not
available

2. *Ulcus linguae scrophulosum* (de quo perbelle Leurs [3]) et G. Jäger [4])) ex tuberculis descriptis [5]) evolvitur. Evolutio haec a papulis et fissuris, tubercula circumdantibus, nec non ab aucto partis affectae sensu, verbo ab inflammatione glandularum induratarum linguae annuntiatur. E tuberculorum apice parum post puris gutta una alterave manare solet. Quo facto tuberculorum alia in cicatricem transeunt, alia ulcuscula exhibent. Loca cicatrice notata dura fiunt et contracta. Ex ulcusculis confluentibus unum efformatur ulcus, indolens, ichorem serosum fundens, cum ambitu ex pallido livescente. Tale ulcus salivae profluvium et tumores glandularum submaxillarium, colli [6]) aliarumque [7]) socios habet. Linguae autem tubercula scrophulosa in ulcera transformantur, superveniente inflammatione, quam saepe irritamenta localia e. c. nicotianae fumi suctio, mercurius et caustica, provocant. Habitus aegri scrophulosus, morbi prae- Ulc. ling. scrophulosum.

3) l. c. §. 76.

4) *Beobachtung eines scrophulösen Geschwüres der Zunge mit tödlicher Blutung aus der* carotis externa (*Neue Jahrbücher der teutschen Medicin und Chirurgie von* Harless *B.* 12, *St.* 2, p. 1).

5) Cap. XXVII. §. CVI. No. 2.

6) Casus Jäoeri erosione carotidis externae terminatus.

7) In casu a Ruland (l. c.) immerito sane pro carcinomate linguae descripto universum systema glandulare infarctu laborabat.

praegressi et concomitantes, maxime illi glandularum et ossium, indolem ulceris magis magisque patefaciunt. A carcinomate linguae illud praeterea distinguitur, habita ratione aetatis aegrorum, sedis peculiaris ulceris in medio linguae, absentiae exsudationis cruentae et doloris. Quo junior aeger eo melior prognosis, caeterum semper ardua. Sanatio potius per emendationem vitii scrophulosi in genere, quam per curam localem impetranda. Ad primum scopum adsequendum *solutio idriotatis potassae* [8]) commendatur [9]). Cavendum a mercurio. Levamen afferre solent fotus oris ope *succi expressi lactucae sativae*, *nivis*, *aquae maris;* extollitur praeterea collutorium *oxymuriatem calcis* continens [10]). *Lapidi infernali*, etiam commendato [11]), nonnisi ad delendos margines ulceris forte callosos, locus esset. Ante omnia tutissimum remedium contra ulcera

8) Cap. IV. §. XVIII. No. 3 (15).

9) Omodei *annal. universal. di medicina. Nov. Dec.* 1828. p. 591. Ex Magendie *Journ. de physiologie.*

10) L. M. Heilberg *über den medicinischen Gebrauch des Chlorkalkes aus der zu Christiania erschienenen medicinischen Zeitschrift:* Eyr in Froriep's *Notizen aus dem Gebiete der Natur- und Heilk. B. 21. No. 11.* p. 171 (R. Oxymuriatis calcis drachmam unam. Aquae rossrum libram unam. M. D. S. Collutorium).

11) Dr. Brown *äussere Anwendung des salpetersauren Silbers.* Ex *American medic. recorder* apud Froriep l. c. *No.* 16. p. 252.

ulcera linguae in genere commendatum experiri meretur, *extractum* videlicet *florum chamomillae* [12]), inprimis *acido succini* nuptum [13]). De *exstirpatione* ulceris neque cogitandum. Extremo in casu pars linguae affecta potius adurenda.

3. *Ulcus linguae syphiliticum* (cujus VAN WY [14]), BIERCHEN [15]), LEURS [16]), PORTAL [17]) meminerunt) illi *labiorum* [18]), quocum societatem inire solet [19]), respectu tam originis et curriculi, quam Ulc. ling. syphiliticum.

12) COLLENBUSCH *über die trefflichen Wirkungen der* chamomilla vulgaris *in alten Geschwüren* etc. in HUFELAND's *Journ. für die pr. Heilk. B.* 3. p. 81.

13) CLEMENS TODE *über den Nutzen des Chamillenextracts und der Bernsteinsäure zur Heilung von Geschwüren.* Ex Nov. act. soc. reg. med. Havniens. Vol. 4. p. 182. in *Samml. auserles. Abhandl. für pr. Aerzte B.* 21. *St.* 2. p. 26 (Adhibentur haec pharmaca tam interne, quam pro collutorio. Ibi drachma extracti chamomillae cum granis decem salis succini, sub forma pilularum nychthemeri spatio porriguntur).

14) Mem. soc. servandis civibus T. IV. p. 154.

15) l. c. et RICHTER's *chir. Biblioth. B.* 2. *St.* 3. p. 360.

16) l. c. §. 75. 17) *Cours d'anat. méd. T.* 4. p. 528.

18) Cap. I. §. VII.

19) „M. B. . . . . *présidait à la resolution d'un compte; fatigué de la lenteur et de la difficulté d'un calcul, il prend la plume des mains de son commis, et après s'en être servi, la porte inconsidérément à la bouche. Ce commis avoit des chancres aux lèvres et sur la langue; il étoit dans le cours d'un traitement mercuriel séoret; la salivation était imminente. Impregnée de*

quam exitus et curae omnino simile est. Distinguitur a carcinomate notis sequentibus.

Linguae ulcus.

Carcinomaticum.	*Syphiliticum.*
a. Evolvitur e tuberculo ab initio indolente.	a. Evolvitur praevio dolore, e vesicula, aut rubore.
b. Lente crescit.	b. Augmentum habet rapidum.
c. Margines retorridi, duri.	c. Margines verticales, mollea.
d. Fundus caruncullas albas, cinereas refert.	d. Fundus lardaceus.
e. Cruorem fundit.	e. Vix cruentum.

Maxime vero diagnosis istiusmodi ulcerum ab aetiologia illustratur.

Ulc. ling. scorbuticum.

4. *Ulcus linguae scorbuticum* (a Fr. Hoffmanno [20]) etc. descriptum) summi acorbuti gradus sistit adtributionem. Aliàs saepe nascitur dum homines, dyscrasia scorbutica contaminati, inter masticandum inopinato quodam morsu linguam vel leviter lacerant. Quum allatum linguae ulcus conditionem scorbuticam dentium et gingi-

cette bave envenimée, la barbe de la plume transmit incontinent la contagion. Dès le lendemain des ulcérations vénériennes se manifestèrent à la face interne des lèvres et sur le bout de la langue.“ Dict. des scienc. med. articl. ulcère.

20) Medic. rational. syst. Pars V. cap. I. obs. 6.

gingivarum sociam habeat, ac prae omni alio proclivitatem ad haemorrhagias manifestet; diagnosis illius in propatulo est. Prognosis maxime ex conditione peculiari aegrorum desumenda. Plurimos senes hoc ex morbo, *complicationem carcinomaticam* offerente, demortuos novimus. Supervenerant in iis tumores parotidum ac copiosum saniei foetidissimae ex ore profluvium. Jactata modo *oxymuriatis calcis* virtus tunc necdum inclaruerat. *Acidum muriaticum* cum *melle*, aeque ac *tinctura myrrhae* haud satisfecerunt [21]). Satisfecerunt autem in ulceribus linguae scorbuticis juniorum una cum methodo antiscorbutica universali dentiumque a tartaro mundatione [22]).

§. CXI.

Linguae haemorrhagia et vulnera.

1. *Haemorrhagia linguae* (*glossorrhagia*) ut *stomatorrhagiae* species considerari solet [1]). Notio.

2. Sanguis fluit modo sub lingua, ex vasis rani- Symptomata.

21) Verè itaque Fr. Hoffmannus (l. c. epicris.): „certa experientiae fide constet, quod omnia linguae, ceu partis spongiosae continuoque salivae affluxu madidae ulcera difficilioris sunt curationis."

22) Aureum praeceptum! : „*Il est toujours très essentiel dans le traitement du scorbut ou de ses affections, d'ôter le tartre avant de mettre en usage les médicamens qu'on employe à ce sujet*" (Bunon *expériences* etc., p. 235).

1) J. P. Frank epit. de cur. hom. morb T. IV. p. 153.

raninis, modo ex ejus substantia, modo ex varicibus [2]); idque summa interdum copia [3]).

Caussae. 3. *Caussae* haemorrhagiae linguae sunt: ejus ulcera, praesertim scorbutica et carcinomatica; sectio incauta frenuli [4]); laesiones a dentium acuminibus et radicibus [5]); *vulnera* [6]) mordicus sub epilepsiae et maniae insultu [7]), lapsu [8]),

2) Varices linguae etiam sine evidenti sanguinis jactura rumpi posse, exemplum a J. P. Frank (l. c. p. 154) allatum docet. Alterum (Desault *journal de chirurgie*) de haemorrhagia ex varice sub lingua posita testatur.

3) Ad libras 24 (Mari in *nuovo giornale della più recente litteratura medico - chirurgica T.* 3. p. 198).

4) Cap. XXVI. §. CIII.

5) Jourdain l. c. T. 2. p. 593: *Hémorrhagie de la langue occasionnée par des pointes de chicot ou racines des dents qui la déchiroient.*

6) Pibrac *observation sur une playe de la langue.* In *Mém. de l'acad. de chirurgie T.* 3. p. 418. — J. M. Hoffmann de vulnere linguae feliciter curato. In Miscell. acad. nat. curios. dec. II. a. 9. 1690. p. 410. — J. A. Raymann de enormi haemorrhagia, levem linguae laesionem excipiente. In Act. acad. nat. cur. Vol. IV. p. 43. — Tarbes *mémoire contre l'usage de la suture et du bridon, dans les playes transversales de la langue.* In *Mém. de la soc. de méd. pratique de Montpellier T.* 2. *P. I.* p. 164. et *Mémoires sur les plaies de la langue qui sont susceptibles de réunion.* In *Bulletin de la soc. méd. d'émulation* 1824.

7) Jam olim aliquis sibi linguam mordicus abscidit convulsione, ac dein reconvaluit, ut refert Galenus

su [8]), sternutatione [9]) illata; operationes chirurgicae,

de morb. differ. c. 8. „Ita Blamontii in uxoris meae sorore convulsionibus correpta linguam dimidii sui parte abscissam Dei ope restitui." Franco l. c. p. 9. — „Vidi duo exempla haemorrhagiae lingualis, inquit Manoirus (Biblioth. chirurg. T. III): unam in epileptico, qui sibi sub accessionis principio, linguam commorserat ita ut sutura opus fuerit; alteram in plethorico homine, cui lingua hinc inde intumescebat et, ob frictionem contra dentes, multum sanguinis emittebat." Plura alia adducit Jourdain l. c. p. 591 sq.: ac mihi obvenerunt. Inter quae praeterea memorabilis casus est *maniaci*, quem nuper in instituto Dr. Muggetti Mediolani vidi. Hic vir (juris consultus) sibi bifariàm vim inferre tentat, conatibus videlicet modo partes genitales exstirpandi, modo linguam mordendi, asserens se illarum ope cum sexu sequiori, hujus autem auxilio causas injustas defendendo, peccasse.

8) „Puerulus super saxum deciderat, ipsique sibi interjectam forte dentibus insignem extremae linguae portionem exciderat; vix tenui carnis fibra pendebat illa, sic ut agglutinandae et uniendae ipsius exigua admodum spes esset . . . cum semel atque iterum sursum deorsumque acum, quae filum trahebat, adegissem, atque de cetero puerum modo curari et nutriri jussissem, intra paucos dies convaluit." Paraeus opp. lib. IX. c. 27. Apud Fab. Hildanum (cent. I. obs. 18) puella extensa lingua in terram cadens, partem illam quae inter dentes erat, fere ex toto abscidit, et quidem plane abscidisset nisi duorum dentium defectus obstitisset. Voluit chirurgus partes discissas suturâ conjungere, ast ob puellae impatientiam haud potuit. Sanavit nihi-

gicae, inprimis glossotomia, atque haemorrhoides [10]).

Diagnosis. 4. *Diagnosis* autopsiâ instituitur, habita simul ratione caussarum.

Prognosis. 5. Quae caussae si universum corpus contaminaverint, profluvium sanguinis (vel seri [11]) ex lingua, licet interdum salutare [12]), in genere tamen inter omnes stomatorrhagias pessimum. In homine vero alioquin sano ipsa magna linguae vulnera mirabiliter coalescunt.

Cura. 6. Immo sanationis hoc opus, conciliatâ linguae

lominus collutoriis adstringentibus. — Similem casum Morgagni (De sedib. et caus. morb. epist. LII. art. 43) narrat, et quod miraberis magis, etsi recte expediteque loqueretur, linguae tamen esse partes, quae vulnere disjunctae fuerant, cum suam singulae cicatricem duxissent, non coaluerant inter se.

9) Vidi linguam sub sternutationis actu fortuito ita morsam, ut sat multum cruoris funderet.

10) J. W. Fr. Boenneken de haemorrhagia enormi et impetuosa e faucibus, gingivis et *lingua* prorumpente, in viro haemorrhoidario, feliciter tandem sanata. Act. acad. nat. curios. Vol. VIII. p. 188.

11) Baggers *Beobachtungen von einer Wassersucht, wo das Wasser durch die Zunge ausgeleeret wurde.* Ex *Verhandelingen te Rotterdam Deel* 5. p. 226. in *Samml. auserl. Abhandl. für pr. Aerzte B.* 9. *St.* 2. p. 382 („*Durch diese Wunde ging binnen* 24 *Stunden wohl ein Wassereimer voll von einem übelriechenden schleimichten Wasser*").

12) J. H. Fürstenau haemorrhagia linguae salutaris. Act. acad. nat. curios. Vol. VIII. p. 276.

guae necessaria quiete, optime naturae relinquitur. Nostro saltem aevo chirurgi magis magisque fasciae auctore Pibrac [13]), ac suturae cruentae valedicunt [14]). *Haemorrhagiae* linguae sicuti illae labiorum, gingivarum et alveolorum curandae [15]); quodsi aqua frigida, glacies, acetum et solutio aluminis, effectu destituerentur, ad *compressionem* [16]), sique haec nos deficeret ad *cauterium actuale* confugiendum foret. *Laesio arteriae raninae* peculiarem fasciam [17]), vel cauterium [18]) exposcit.

Caput

13) *Mém. de l'acad. de chirurgie T.* 9. p. 22. *Pl. IX.*

14) Tarbès (*Bulletin etc.*) *rejette les sutures etc. et conseille le repos de la langue maintenue dans la bouche, qui forme un étui naturel. „La réunion de la plaie se forme d'elle même. Pour la faciliter, on maintiendra la mâchoire inférieure rapprochée à la supérieure, par le moyen de la fronde ou de la mentonnière. On ne fera point d'application sur les plaies. La salive est un beaume naturel. Le malade ne doit point parler un mot et prendre une nourriture fluide. On peut injecter la nourriture si une dent manque.*"

15) Cap. I. §. IV. No. 2. Cap. XXII. §. XC. No. 4. Cap. XXIII. §. XCII. No. 2.

16) „*Comme l'application d'un bandage sur la langue est fort incommode, on pourrait montrer au malade à exercer lui même la compression sur les deux faces de la langue, avec le pouce et l'indicateur. Cette compression continuée pendant une ou plusieurs heures suffirait dans beaucoup de cas pour arrêter le cours du sang.*" Boyer l. c. p. 376.

17) Petit *bandage contre l'hémorrhagie de l'artère ranine. Mém. de l'acad. de chirurg. T.* 5. p. 410.

Caput XXX.

De glossitide.

§. CXII.

Definitio. Literatura.

Definitio. 1. Linguae dolor, tumor calorque auctus, una cum impedimento loquelae et deglutitionis, *glossitidem* [1]) constituunt.

Literatura. 2. Morbus hic jam Hippocrati [2]), Aretaeo [3]), Galeno [4]), Aetio [5]) notus, ultra descriptus est a Foresto [6]), Sennerto [7]), Riverio [8]),

18) Maurain *observation sur la cautérisation de l'artère ranine.* Ibid. *T.* 5. p. 410.

1) A γλῶσσα, lingua.

2) De morbis lib. II. cap. X. Charter. T. VII. p. 562 („Si ranula fiat, lingua tumet"). — De morbis popul. lib. III. sect. 3 („multa vero turbatio quibusdam, et circa fauces tubercula, et *linguae inflammationes*").

3) De causis et signis morbor. acutor. lib. I. cap. VII. p. 5 (Ubi de angina acuta agit, pariter memoratur, quod lingua extra dentes quandoque promineat, oris cavo ob auctam magnitudinem contineri non potens).

4) Methodus medendi lib. XIV. c. 8 („Sane linguam ita tumefactam cuidam vidimus, ut ore hominis contineri non posset . . . .").

5) Tetrab. II. serm. IV. cap. 38.

6) Observat. lib. XIV. obs. 24.

7) Med. pract. T. I. opp. T. II. lib. I. Part. III. sect. V. cap. 2. p. 333.

RIO [8]), JOB. MEEKREN [9]), SWIETEN [10]), R. A. VOGEL [11]), F. C. G. SCHEIDEMANTEL [12]), BURSERIO [13]), J. P. FRANK [14]), S. G. VOGEL [15]), A. G. RICHTER [16]), J. CH. REIL [17]), J. E. STARCK [18]), J. RAGGI [19]), P. A. VIOLLAUD [20]), BRESCHET et FINOT [21]), J. W. H. CONRADI [22]), V. AB HILDENBRAND [23]), J. N. AB RAIMANN [24]), D. HOSACK [25]),

8) Opp. med. univers. Lugd. 1679. lib. V. De affectibus linguae cap. 1. De linguae inflammatione aliisque tumoribus.

9) Observat. med. chirurg. Amstel. 1682. cap. 23.

10) Comment. in Boerhaave aphoris. T. II. §. 788.

11) Praelectiones de cognosc. et curand. praecip. c. h. affect. Goett. 1772. §. 180.

12) *Fränkische Beyträge zur Arzneygelahrtheit durch Krankengeschichten und Bemerkungen. Dessau* 1783. *No.* 2. p. 8.

13) Institut. med. pract. Vol. III. cap. XVI.

14) Epit. de cur. hom. morb. lib. II. p. 94. — Interpretationes clinicae. Pars I. p. 160 sq.

15) *Handb. der pr. Arzneyw. Th.* 4. p. 105.

16) *Anfangsgründe der Wundarzneyk. B.* 4. p. 29. — *Specielle Therapie B.* 1. p. 495.

17) *Ueber die Erkenntn. und Cur der Fieber B.* 2. p. 369.

18) *Handb. der pr. Medicin B.* 1. p. 139.

19) *Sulla glossitide ragionamento academico. Pavia* 1809.

20) *Essai sur la glossite. Paris* 1815.

21) *Dictionaire des sciences médicales. Article glossite. Vol.* 18. p. 483.

22) *Grundriss der besondern Pathologie und Therapie B.* 1. p. 271.

23) Institutiones practico medicae T. III. p. 114.

sack [25]), C. A. W. Berends [26]) atque ab auctoribus tum dissertationum inauguralium [27]), tum observationum in actis academicis [28]) et clinicis [29]), nec non in diariis [30]) contentarum.

§. CXIII.

24) *Handb. der speciellen medicinisch. Pathologie und Therapie B.* 1. 3. *Aufl.* p. 317.

25) *Essays on various subjects of medical science. New-York* 1824. *Vol. I. No.* 6.

26) *Vorlesungen über pr. Arzneywissenschaft herausgegeben von* Sundelin *B.* 3. p. 73. *Berlin* 1828.

27) Kemme diss. observ. quasdam med. pract. sistens. Hal. 1773. p. 17. — Elsner resp. Günther diss. de glossitide s. linguae inflammatione. Regiom. 1788. — G. Ch. Beireis resp. J. Bode diss. de glossitide. Helmst. 1791. — Bloedau diss. de glossitide, ranula, et glossanthrace. Jen. 1795. — Otto diss. de glossitide. Francf. 1803. — A. M. Ajcardi diss. de glossitide. Genuae 1810. — J. Pl. Marcoul *diss. sur la glossite. Strasb.* 1815. — L. Beraudi diss. de glossitide. Taurini 1828.

28) S. Ledelius de tumore linguae insigni. Miscell. acad. nat. curios. dec. II. ann. 7. 1688. p. 95. — De Lamalle *précis d'observations sur le gonflement de la langue et sur le moyen le plus efficace d'y remédier. Mémoires de l'academ. R. de chirurgie Vol.* 5. p. 513. *Paris* 1774. — *Observations d'un phlegmon gangréneux de la langue.* Sedillot *rec. période. de la soc. de médecine de Paris T.* 11. p. 430. — J. Carron *observations sur l'inflammation de la langue, glossitis.* Ibid. *T.* 28. p. 254. et *Samml. auserl. Abhandl. für pr. Aerzte B.* 24. p. 410. — Friese *Geschichte und Versuche einer chir. Privatgesellschaft in Kopenhagen* 1774. — Sherwen in *Memoirs of the medical*

§. CXIII.

Symptomata. Necroscopia.

1. *Symptomata* generalia glossitidis sunt: linguae dolor, tumor, calor auctus, color modo obscurus, modo albus; motus et attactus dene- Symptomata.

 gatus

society of London Vol. 2. *No.* 18. — Hayes ibid. — Carminati *sulla glossitide. Memorie dell' J. R. Istituto Lombardo-veneto T. I.* p. 225.

29) F. Wendt *Nachrichten von dem Krankeninstitut in Erlangen.* 5. 6. *Heft.* — A. E. Siebold *Annal. der klinischen Schule an der Entbindungsanstalt in Würzburg. B.* 1. *Heft* 1. *No.* 17. 1807. — Jos. Frank Acta instituti clinici C. univers. Vilnensis. An. II. cap. 9. Lips. 1808. — J. R. Bischoff *Grundsätze der pr. Heilk. B.* 3. *Abth.* 2. *Prag* 1825. — R. J. Graves in *the dublin medical reports and communications in med. and surgery Vol.* 4. *Dublin* 1827. — Speranza ann. clinic. med. 1824 — 25. p. 45.

30) Meyer Abrahamson in Meckel's *N. Archiv der pr. Arzneyk. B* 1. p. 65. — Stoeller in Loder's *Journ. für die Chirurg. u. s. w. B.* 1. p. 599. — Conradi in Arnemann's *Magazin für die Wundarzneyk. B.* 1. p. 151. — Loeffler in Hufeland's *Journ. für die pr. Heilk. B.* 3. p. 695. — Ebermaier ibid. *B.* 5. p. 578. — Schaeffer ibid. *B.* 31. *Dec.* p. 20. — Gottel in Gräfe und Walther *Journ. der Chirurg. und Augenheilk. B.* 7. *Heft* 2. 1825. — E. Faneau Delacour ex *Propagateur des sciences médicales* 1825. *Septembre* in *Magazin der ausländischen Literatur der gesammt. Heilk. von* Gerson *und* Julius 1826. *Jan. Februar.* p. 134. — Speranza in Omodei *anali di medicina ann.* 1827. *Vol.* 43. *Fasc.* 127. et 1829. *Vol.* 49. *Fasc.* 145.

gatus et dolorificus; loquela, deglutitio ac interdum respiratio impeditae, abolitae; affluxus salivae magnus; volumen auctum glandularum sublingualium, submaxillarium et quandoque parotidum saepeque febris. Symptomata illa (in descriptione specierum glossitidis propius illustranda) nunc in *tota lingua*, nunc in *dimidia ejus parte* observantur [1]); idque lateris plerumque sinistri [2]).

Necroscopia. 2. „Extispicia et autopsia cadaverum denatorum a glossitide, praeterquam quod linguam modo abnormiter tumefactam, vel et aliàs induratam,

1) *Glossitis dimidiata* observata est a LENTIN (C. V. MERTENS *Beobachtung. übersetzt mit Anmerkungen und Zusätzen* p. 293), GRAVES (l. c.) et CARMINATI (l. c. p. 229) qui ait: „*la lingua per metà soltanto colpita dal male, che prendendo dalla cima alla radice il lato di lei sinistro, non aveva la media linea in alcun modo oltrepassata. Appariva quindi la parte sua laterale sinistra moltissimo gonfia, voluminosa, di color rosso scuro, tesa, indurata, dolente al tatto e segnata nel suo margine elevatissima da un doppio solco longitudinale, mentre l'opposta o destra conservava sotto tutti gli aspetti l'essere suo naturale.*"

2) CARMINATI suspicatur glossitidem frequentius in latere linguae sinistro obvenire „*perchè l'uomo dormendo, il destro latere della faccia appoggia al guanciale ed espone l'altro al freddo.*" Credit praeterea sibi partem hoc sub respectu vindicare „*il più lento ritorno del sangue nel sinistro lato della testa.*"

ratam, gangraena tactam ostendunt; ponunt etiam ob oculos tonsillarum, tubae Eustachianae, ipsius cerebri, ejusque velamentorum inflammationem, atque monstrant cerebri vasa turgida, tum et cor, atque pulmones nigricante sanguine repleta" [3]).

§. CXIV.

Caussae.

1. *Caussae* glossitidis actionem in linguam habent vel directam vel indirectam. Divisio.

2. Ad *illas* spectant linguae vulnera [1]), maxime a dentium acuminibus [2]); corpora extranea ei infixa [3]), calculi salivales [4]); ictus insectorum [5]) C. directae.

alii-

3) Beraudi l. c. p. 74.

1) Cap. XXIX. §. CXI. No. 3.

2) Jam monente Celso (lib. VI. cap. 2) ex praediction. Hippocratis (sect. II. p. 96. edit. Foesii).

3) „Cum .... post coenam *aciculâ* mediocris longitudinis dentes circumageret, nec satis prudenter ineptum hoc dentiscalpium duceret, versus fauces delapsa et linguae radici infixa fuerit acicula. Quid fit? Oritur statim dolor, deglutitio impedita, anxietas etc. — Feliciter extrahitur instrumentis hic delineatis." Fabr. Hildanus opp. cent. VI. obs. 34. exempl. 4.

4) Seidl obs. med. anat. rar. obs. 3. — Forestus lib. XIV. obs. 26. — Ballonius epid. p. 99.

5) Quum vir quidam aestate a. 1800. in horto publico Vindobonensi cyathum cerevisiae, in quem vespa recenter illapsa erat, sermocinanter ori admovisset, mox a summo linguae dolore correptus est, subsequente ejusdem partis inflammatione nychthemeri tamen spa-

aliique [6]); ambustio [7]), caustica [8]), folia nicotianae [9]) et alia [10]); cortex daphne mezerei [11]); masticatio bufonum [12]).

3. *Caus-*

tio profligata. — Similis quodammodo casus cum tam profuso salivae affluxu, ut nychthemeri spatio libras duodecim redderet aegrotus, legitur in Novis actis nat. cur. T. I. p. 185.

6) Femina in vinea laborans ad pedem puncta fuit. Oboriebatur inde intolerabilis cruciatus, pesque valde intumuit. Quum locum dolentem salivâ digiti ope ex ore suscepta repetitis vicibus humectaverit, in tantum mox incidit linguae tumorem ut neque sonum ad auxilium implorandum edere potuerit (*Journal de médec.* 1789. *Septembr.*).

7) Conspicuam glossitidem in puero vidi qui pirum coctum saccharo edulcoratum fervidissimum ori ingesserat.

8) Medicus epilepsiae obnoxius, derepente sub ejus paroxysmo humi procumbit; janitor cernens malo fato supra tabulam ampullam ammonia liquida plenam, ei aliquot guttas propinat. Excitatur inde aegrotus, at cum intensissima glossitide, quae brevi in lethalem gangraenam transiit (*Gazette de santé* 1816. *Mai* 21).

9) J. P. Frank interpret. c. p. 172 (Ad sopiendam odontalgiam).

10) Paraeus (*oeuvres liv.* 21. *chap.* 31. *De la morsure du crapaud*) de mercatore narrat, qui collectis in horto salviae (?) foliis iisque vino infusis, epotoque tali infuso, mox linguae nigredinem, sudores frigidos, lipothymias expertus est et mortuus. Re propius examinata reperiebatur folia salviae, qua usus erat, bufonis urinâ (!) inquinata fuisse.

11) Candidatus medicinae Viluensis secundi studiorum

3. *Caussae* glossitidis *indirectae* sunt *praedisponentes* et *excitantes*. Ad *praedisponentes* revocamus rerum positiones, quae in genere inflammationi gignendae potis noscuntur; et speciatim compressionem venarum jugularium [13]) nec non mercurium *olim* adhibitum [14]). Caussis glossi- C. indirectae.

anni, puellae cuidam, ejus consilium propter laxitatem gingivarum imploranti, decoctum ex corticis mezerei uncia semis ad colaturam circiter unciarum octo paratum, ad os colluendum exhibuit. Jam prima dosis conspicuam glossitidem excitavit.

12) Quis sponsionis caussâ bufonem masticavit. Elapso nychthemero „*le visage étoit bleuâtre, la salive couloit involontairement de la bouche, mais en petite quantité, la déglutition ne pouvoit se faire, les veines jugulaires externes étoient gonflées, la langue très-brune sortoit de la bouche de plus de deux doigts et demi et elle en avoit du moins trois d'épaisseur....*“ De la Malle l. c. Cfr. Paré l. c. et Lacépède *histoire naturelle des quadrupèdes etc. a.* 1825. *T. I.* p. 292.

13) Jure Beraudi hic ad Stollii verba provocat, qui ait: „impedito tum cruoris in jugulares externas, vel per has ipsas compressas, reditu, fit tumor faucium, labiorum, *linguae*, vultus, *linguae extorsio*, *inflammatio*, oculorum rubedo, protuberans tumor horrendus“ — vidi enim glossitidem inter milites collaria arcte adplicare solitos, atque persuasus sum caussas omnes, quae dentium plethoram gignere solent (Cap. XIX. §. LXXV. No. 4), et linguae illam gignere.

14) Casus a J. P. Frank (Interpret. l. c.) allatus, alter a Hosack (l. c.) descriptus, duoque mihi oblata exempla docent, homines, qui ante duos tresve *et*

glossitidem *excitantibus* adnumeramus: recentem ejusdem metalli usum; exanthemata (ut erysipelas, anthrax, scarlatina, miliaria, variolae, urticaria), aphthas; potum frigidum aestuante corpore ingurgitatum [15]), auram frigidam ejus superficiem allidentem [16]), lapsum in flumen [17]), somnum super solum humidum [18]), verbo transpirationem, inprimis pedum [19]) suppressam [20]); epistaxin [21]), menstrua et haemorrhoides [22]) cohibitas; nec non metastases [23]).

§. CXV.

Diagnosis.

Distinctio ab aliis morbis.

1. Cum *glossitide linguae hypertrophia* confusa fuit [1]) et vice versa; licet Galenus [2]) et Rive-

quod excurrit annos mercurio ad syphilidem profligandam usi erant, tandem in glossitides incidisse, quae cum inflammationibus linguae ipsa sub hydrargyrii administratione contingentibus nihil, nisi halitum foetentem, communes habuere.

15) Scheidemantel l. c. p. 5. 16) Ajcardi l. c.

17) Arigoni observatio a Carminati (l. c. p. 233) allata.

18) Carron l. c. 19) Wendt l. c.

20) Observationes omnium cum meis conveniunt, causam communissimam glossitidis in transpirationis suppressione consistere.

21) Faneau de la Cour l. c. (frigidis suppressa).

22) Stark l. c. p. 140.

23) De hepatitide in glossitidem conversa lege J. P. Frank epitom. l. c. p. 96.

1) Bartholinus hist. cent. III. obs. 43. — R. A. Vogel l. c. de glossitide congenita disserens.

Riverius [3]) illos morbos jam invicem distinxerint. Facilis foret confusio *glossitidis* cum *ranula*, nisi ibi lingua ipsa aegrotaret, hic autem sana tumori salivali, veluti pulvinari, incumberet.

2. Dividimus glossitidem in *idiopathicam* et in *symptomaticam*, hancque rursus in *mercurialem*, *aphthosam*, *exanthematicam*, *catarrhalem*, *rheumaticam* et *inflammatoriam*. Gl. divisio.

3. *Glossitis idiopathica* ipsam ad linguam, a caussis mechanico vel chemico modo agentibus lacessitam, orditur. Partes contiguae, ut glandulae salivales temporis dumtaxat tractu in consensum trahuntur. Febris raro et nonnisi in hominibus aut plethoricis aut praeter modum sensibilibus adsociatur [4]). Gl. idiopathica.

4. *Glossitidis mercurialis* doctrina jam tradita; illa *aphthosae* infra [5]) exponenda. Gl. merc. et aphthosa.

5. *Glossitis exanthematica* propter eruptionem cutis, qua comitari solet, oris examine non neglecto, facile dignoscitur; nisi aut evolutio exanthe- Gl. exanthematica.

2) Cap. XXV. §. CI. No. 2 (3) citato.

3) „Si fuerit inflammatio, adest dolor et caliditas in lingua, tum etiam rubedo, qua etiam facies aliquantulum afficitur.“ l. c.

4) „*Entstehet die Zungenentzündung von einer örtlichen Ursache: so kommt auch ein Gefässfieber hinzu, wenn sie heftig ist, welches alsdenn der Zungenentzündung folgt.*“ Reil l. c. p. 370.

5) Cap. XXXV. §. CXXXVIII.

exanthematis impedita, aut ejus natura fugax fuerint. Quamobrem obveniente glossitide tempore ubi scarlatina, morbilli, etc. grassantur, eo magis de latente forte caussa exanthematica cogitandum, quo junior aegrotus quoque minorem morborum infantilium jam sustinuerit numerum. Peculiari attentione *anthrax linguae* seu *Glossanthrax* [6]) dignus est; qui morbus, veterinariis propius notus [7]), ut symptoma pestis [8]), ut effectus contagii lienitidis [9]), utque malum spontaneum [10]), occurrit. Sunt qui *linguae gangraenam*

6) A γλῶσσα, lingua, et ἄνθραξ, carbo.

7) Jac. Scheuchzer *fliegender Zungenkrebs, eine Viehseuche, welche* 1732. *die eidgenoss. Lande ergriffen. Zürich* 1732.

8) Diemerbroeck de peste hist. 36. — Felix Plater obs. chirurg. obs. 16.

9) *Mr.* Chavassieu d'Audebert (*Ephémérides médicales* 1811. *Septembre*) *rapporte que dans une épidémie charboneuse sur les bestiaux, qui désola la France vers le milieu du dixhuitième siècle, deux hommes furent atteints de glossanthrax, dont l'un d'eux mourut, pour s'être servi d'une cuiller d'argent employée à ratisser la langue d'un animal malade.*

10) „*Un homme agé de cinquante ans, sujet à des affections catarrhales fut saisi tout à coup d'un mal de gorge violent. A l'inspection de la bouche, on trouva que la langue étoit considérablement tuméfiée et couverte d'une croûte brunâtre. Lorsqu'on la comprimait, elle cédait, et il en découlait de la sanie; après cet examen, on fit quatre incisions qui donnèrent issue à un pus fét de, mais sans aucune hémorrhagie. Le*

graenam sub febrium malignarum curriculo, praesertim in hominibus scorbuticis, evolutam [11]) ad *glossanthracem* spectare existiment [12]).

6. *Glossitis catarrhalis* cum inflammationibus linguae exanthematicis in eo convenit, quod superficialis est ac membranae mucosae praecipue addicta. Annuntiatur symptomatibus febris catarrhalis et coryzae [13]); cui ocyus serius, praevia interdum cynanche faucium, dolor linguae, quae nec porrigi nec retrahi potest, supervenit, cum ejus interdum sat conspicuo tumore *). Morbus vicissim exacerbationes et remissiones agnoscit. Gl. catarrhalis.

7. *Glossitis rheumatica* verum sistit *linguae rheumatismum acutum*, facile, praecipue in hominibus plethoricis, ad conditionem *phlegmones* evectum. Hunc morbum solum pro legitima glossitide agnoscere velle, idem foret ac omnes oculorum inflammationes, praeter chemosin, e catalogo Gl. rheum. inflamm.

malade recouvra à l'instant la faculté de parler et d'avaler un peu. Des lotions avec la décoction de quinquina, la mirrhe et le miel rosat terminèrent la cure en peu de jours" (*Journal de médecine de* Sédillot *T.* 11. p. 430).

11) J. P. Frank interpr. p. 177.

12) Breschet et Finot l. c. p. 482.

13) „*Anche dalle nari scola spesso muco sanguigno.*" Raggi l. c.

*) Suspicor *febrem salivalem* a Veirac descriptam (de qua cap. VI. §. XXIII. No. 2. locutus sum) re vera glossitidem catarrhalem stitisse.

logo ophthalmiarum eliminare. Sistit autem *glossitis rheumatico-inflammatoria* morbum adeo rarum, ut illius (quod jam multum est [14])), non ultra tredecim exempla, maxime inter mares, aequa circiter ratione in Italia, Germania et Rossia partita, viderimus. Praeterfluere interdum anni plurimi, sine ullo illius morbi casu; aliàs pauci, hiemales plerumque, menses, annua constitutione simul cynanchae faucium [15]), parotitidi (non morbillis [16])) favente, duos vel tres suppeditarunt, quin tamen ob insolitam ejusmodi frequentiam [17]) morbum unquam cum aliis [18]), vocabulorum significationes flocci pendentibus, *epidemicum* dicere licuisset. Nec mirabimur glossitidem, de qua agitur, non quotidie obvenire, quum, exceptis peripneumonia, enteritide et metritide, herculeae viscerum inflammationes rarae sint. Praeterea lingua cibos calidos et potum frigidum vicissim experiri solita, atque caeterum a labiis et dentibus custodita, inflammationibus a repentinis

14) R. A. Vogel *duos* tantum vidit glossitidis phlegmonosae casus; J. P. Frank solum *septem* (Interpr. c. p. 160).

15) Sic etiam J. P. Frank (Epit. l. c.) et Schaeffer (l. c.) observarunt.

16) Carminati (l. c.) constitutionem morbillosam accusat, ast jure a Speranza (l. c.) refutatur.

17) e. c. a. 1803—1806. Ticini asserente Carminati (l. c.).

18) Reil l. c. p. 370.

tinis temperaturae vicissitudinibus pendentibus minus quam reliquae partes obnoxia esse debet [19]). Glossitidem autem generatim pro morbo raro venditare, absurdum.

Continuatio argumenti.

8. Glossitides phlegmonosae, quas vidimus, omnes valido frigore inceperunt. Successerat aestus immodicus cum pulsu duro, vibrante, magno [20]), frequente, cumque carotidum et arteriarum temporalium conspicua pulsatione. Aestu illo vigente linguae dolor ardens, distensivus et pungens accedebat [21]). Sequebatur mox ejus tumor

19) Raggi (l. c. p. 2) raram glossitidem phlegmonosam ex linguae textu minus excitabili repetendo, a veritate aberrare videtur.

20) Potius *oppressus* fuit in aegroto de quo narrat J. P. Frank in interpretationibus clinicis p. 169.

21) Ait quidem R. A. Vogel (l. c. p. 130) „*sub febrili frigore*, quod calor praeternaturalis excipit, lingua subito dolet, intumescit etc.“ et accedit Burserius asserendo (l. c. §. 366) *frigore praesente* linguae inflammationem incipere; verum observationes meae potius cum illis Reilii conveniunt, utpote qui scribit (l. c. p. 370): „*Eine heftige Zungenentzündung ist immer mit einem Gefässfieber zusammengesetzt. Der Kranke hat Frost, Hitze, einen beschleunigten Puls und einen anomalischen Urin. Entspringt die Krankheit von der Einwürkung der epidemischen Constitution, oder von einer innern Unordnung der thierischen Oekonomie: so fängt sie mit Gefässfieber an, dem sich früher oder später die Entzündung der Zunge hinzugesellt.*“ False sane Berends (l. c. p. 74): „*Schon von Anfang, besonders*

mor adeo rapide invalescens [22]), ut elapso decem vel duodecim horarum spatio, lingua jam totam oris cavitatem immobilis repleverit. Recedebat a superiore maxilla inferior. Etsi aegroti inde ore hiante decubuerint, bis solum linguae apicem rotundatum ex ore, sane non ultra pollicem cum dimidio, emergisse vidimus [23]). Plerumque lingua

wenn die Glossitis aus innern Ursachen entstanden ist, gesellt sich zur Zungenentzündung ein heftiges Fieber."

22) Incrementum hoc rapidum linguae docere videtur, illud directe ab inflammatione, et non, ut Rangi (l. c. p. 20) docuit, et lympha coagulabili phlogis culpa in textum linguae deposita, repetendum esse.

23) R. A. Vogel glossitidem in genere describens (l. c.) ait: „lingua . . . ob tumorem praemagnum ex ore protruditur;" — et Bursertus (l. c.) „lingua praetumida . . . . ob molem auctam exseritur, hiante ore;" et Berends (l. c.): „*Diese Anschwellung nimmt bald in einem solchen Grade zu, dass die Zunge im Munde nicht Raum genug hat, und daher in den meisten Fällen zwischen den Zähnen hervorraget.*" Concludo inde allatos auctores aut hypertrophiam linguae cum glossitide confudisse; aut ex peculiari casu generalem morbi descriptionem desumsisse, aut morbum plana non visum descripsisse. Ut ut sit, J. P. Frank errorem jam dudum correxit, da primo a se observato aegroto monens (l. c. Epit.): „nec ex ore, ut in aliis, propendit (lingua); sed fere immobilis palatum, hiansque buccarum antrum omne, a dentibus utroque ex latera excoriata replevit." — Sed etiam binis illis in casibus, ubi linguam inflammatam ex ore promi-

lingua sursum, deorsum et lateraliter tumens, potius solito *brevior* apparuit. Adtingebat palatum, deprimebat mentum et excipiebat dentium vestigia. Apex rotundatus, exsiccatus, coloris erat ex fusco rubri, nigrescentis. Reliqua visceris affecta pars, provectiori praesertim in morbo, lymphâ coagulabili densâ, ex albo luteâ (num pseudomembrana? [24])) obducta, in quantum fieri poterat, cernebatur. Undique attactum respuebat. Loquela et deglutitio in omnibus abolita fuit, et in non paucis respiratio, inprimis narium, aegre absolvebatur. Saliva nec semper aucta erat [25]), nec aucta ore effluebat [26]), sed potius posteriora versus urgens, tussiculam suffocationis pro tempore periculum avertentem excitabat. Facies in quibusdam sese exhibuit accensa, in aliis

nentem observavi, spectaculum non erat adeo horrendum ut plurimi de glossitide scriptores asserunt.

24) „*Zuweilen ist ihre (der Zunge) Oberfläche mit einer Entzündungshaut bedeckt.*" Reil l. c. p. 369. — Haec forte *pro ipsa linguae tunica* habita fuit apud aegrum, qui, post mercurii sublimati corrosivi usum, illam deposuisse fertur (*Hamburger Magazin B.* 15. p. 538).

25) Raoci (l. c.) jure monet salivae copiam non semper in glossitida augeri.

26) Reil (l. c.) de continua exspuitione (*beständiges Spucken*) ut glossitidis symptomate loquitur; ast vellem scire quo pacto aeger linguae motu destitutus *exspuere* posset.

aliis pallida [27]), cum oculis saepe lacrymantibus. In nonnullis tumebant glandulae submaxillares et parotides. Multas de siti non percepimus querelas, nullasque de fame [28]). Fere omnes de dolore a faucibus ad aures progrediente conquerebantur [29]), nemo autem de cruciatibus dorsi et lumborum [30]). Quot quot erant aegroti vertigine perti-

27) R. A. Vogel (l. c.) et Burserius (l. c.) glossitidi faciem rubram tribuunt; quamobrem J. P. Frank (l. c.) in suo aegroto contrarium contigisse monere non est oblitus.

28) Edixerat R. A. Vogel (l. c.): „*fames* ..... aegrum vexat" et Burserius (l. c.): „Quum nec bibere, nec edere liceat, aegrum fames et sitis fatigat." Non itaque sine ratione J. P. Frank (l. c.) de suo aegroto animadvertit: „appetitus languebat." Contrarium quidem in Wendtii (l. c.) aegroto contigisse lego; ast hic non amplius glossitide sed abscessu linguae, per tredecim dies adsumtionem ciborum impediente, laborabat.

29) Hoc sat constans glossitidis phlegmonosae symptoma jure extollunt Stöller, Raggi et Carminati; maximum illud gradum in aegro die 24. Octobris 1816. in clinico instituto Vilnensi degente adtigerat.

30) Idem in Carminati (l. c.) aegrotis contigerat. Contra, tam Hayes (l. c.) quam Raggi (l. c. p. 70) dolores dorsi et lumborum inter communia glossitidis symptomata collocant, atque ex consensu nervi lingualis medii cum nervis cervicalibus primis explicare conantur. — Interea in aegroto, cujus historiam Speranza retulit (l. c.), dolores colli et dorsi revera aderant.

pertinaci tentabantur, plurimi cephalaea, nemo delirio [31]). Manuum oedema [32]) non conspeximus. De gustus conditione aegros, quippe ad cibum et potum impares, nequidem interpellavimus [33]).

§. CXVI.

Prognosis.

1. Quamvis morbi vix allata conditio, aegros non minus ac adstantes haud parum anxisset; felix tamen fuit exitus. Malum recens semper mitigare et mitigatum circa septimum diem ad terminum ducere licuit; quem terminum (*crisin* videlicet per sudorem universalem et urinam puriformi sedimento instructam) etiam morbus adultus sub majoribus etsi angustiis adtingebat [1]). Haec

Periculum, resolutio, gangraena.

31) Obvenit delirium in aegroto de quo Raoci (l. c.) refert.

32) Raoci (l. c. p. 14) illius meminit.

33) Interpellabo scriptores plus scientes. „Gustatus in morbi principio plurimum acutior observatur, ob incitatum nervorum erethysmum (geustodysphoria); in decursu autem, praesertim dum ad insolitum gradum inflammatio increscit, non raro notabiliter obtunditur (ageustia); e compressis sine dubio surculis nervosis per vasa nimis turgentia, ac ideo debilitatis nervosae spuriae ideam exhibet.“ Hilnenbrand l. c. p. 115. — „*Der Geschmack ist vernichtet, oder die mildesten Dinge haben, der Empfindung der Kranken nach, einen brennenden Geschmack.*“ Berenda l. c. p. 74.

1) „Periculosissima sane est linguae inflammatio, ni

Haec interea solum de glossitide *symptomatica* intelligenda sunt; glossitis enim *idiopathica* nullo curriculo addicta, quocunque tempore ablata caussa cessat, nisi praevia quaedam labes inde provocetur. Cujuscunque sane glossitidis exitus, praeter sedem [2]) et therapiam, maxime ab aegrotorum constitutione pendet. Alea plena est glossitis in scorbuticis et senibus. Tunc etenim *linguae gangraena* et *haemorrhagia*, nec non evolutio *febris nervosae* [3]), timenda sunt. Verum et hìc exceptiones dantur, rectae medendi rationi tribu-

enim cito resolvatur, aut in abscessum cito aperiendum desinat, eliso spiritu miserrime enecat." Haec sane Burserii (l. c. §. 367) sententia, non solum opposita est meis observationibus, sed etiam eis Carminati, qui (l. c. 233) inde concludit quod glossitis „*non riesce generalmente mortale.*" — Interea casus funestos si quaeris, adeas Mayer Abrahamson l. c. (exemplum puellae Gottingensis refert quae glossitide quinto morbi die obiit) et Hosack l. c. (in cujus aegrotante mors clare neglectui methodi antiphlogisticae adscribenda est).

2) „. . . linguae tumor, inprimis circa ejus radicem, laryngem vicinam sic impedira poterit, ut suffocationis periculum imminest." Swieten l. c. — Casus ubi inflammatio maxime partem posteriorem linguae ejusque musculos detinebat a Wendt (l. c. p. 57) narrantur.

3) Denegatus hoc in morbo potus, non solum, monente J. P. Frank (l. c. p. 97) febrem accendere, sed ei etiam charcterem, ut dici solet, putridum impertiri debet.

tribuendae [4]). Et suas metastases agnoscit fugata intempestive glossitis *).

2. Alter glossitidis, nobis nunquam visus, exitus est *suppuratio linguae;* expectanda, ubi sub methodo antiphlogistica, etsi viriliter adhibita, morbus nihilominus continuo invalescit, ac dolor partis affectae pulsans [5]) redditur. Sedes abscessus modo ad linguae latera [6]) modoque ad ejus dorsum [7]). Ruptura praeviis summis angustiis nunc sponte [8]), nunc fortuito [9]), sub tus- Suppuratio.

4) e. c. apud SWIETENIUM (l. c.) ubi mulier sexagenaria jam major, ulceribusque scorbuticis in utroque crure laborans *binis largis venae sectionibus* a gravi glossitide liberata est.

*) Jam HIPPOCRATES (Coac. praenot. No. 370—375) *anginosos in lingua tumores, absque signis* (ἀσήμως) *disparentes*, et ad caput transeuntes dolores, vel ad pectus, hypochondria, crura, damnavit.

5) „*Wenn auf alle entzündungswidrige Mittel binnen dieser Zeit* (am 6. *Tag*) *die Geschwulst nicht abnimmt, vielmehr noch grösser wird, und ein Klopfen in derselben entstehet, darf man gewiss Eiterung erwarten.*“ S. G. VOGEL l. c. §. 3.

6) „*In dem* WENDTSCHEN *Falle hatte sich der Eiter auf der linken Seite der Zunge an den beiden hintersten Backenzähnen einen Weg eröffnet.*“ Idem, ibid.

7) „*Die Zunge war noch immer sehr schmerzhaft. Mitten auf ihrer Oberfläche zeigte sich eine kleine erhabene Stelle, ... an welcher man deutlich eine Fluctuation bemerkte.*“ EBERMEYER l. c. p. 96. 97.

8) S. LEDEL l. c. („rupto oedemate, magna puris co-

sis interdum insultu [10]) contingit. Ea peracta aegrotus extemplo e morte in vitam transit, brevi in sanitatem rediturus.

Induratio. 3. Glossitis interdum *duritiem* linguae, plus minusve extensam relinquit; probe a scirrho distinguendam [11]). Distinguitur autem habitâ ratione originis hujus morbi chronicâ.

Adhaes. morb. 4. Rarior, sed nobis [12]) aliisque [13]) visus est glossitidis exitus per *adhaesiones morbosas*, pseudomembranis scilicet, linguam gingivis aut maxillae inferiori alligantibus.

Recidiva. 5. *Recidivam* glossitidis phlegmonosae haud observavimus [14]); aliquoties autem nobis *congestiones periodicae linguae*, glossitides aemulantes, in hominibus haemorrhoidibus et herpeti obnoxiis, obvenerunt.

6. Ejus-

piam per os exclusit, sicque inter paucos dies bene restituta"). WENDT l. c.

9) e. c. linguam spatulâ deprimendo. BRERA *Giornale di medicina Vol.* 1. 1812.

10) J. P. FRANK interpr. cl. p. 171.

11) „Frequentior linguae scirrhus, vix rariorem pro causa glossitidem agnoscere videtur." J. P. FRANK epit. l. c. p. 97.

12) In Museo Jo. HUNTERI Londini (Jos. FRANK's *Reise nach Paris, London* etc. *Wien* 1816. *B.* 2. p. 70).

13) CAPDEVILLE in *Mém. de l'acad. R. de chirurgie T.* 5.

14) Observavit G. VILLA egregius medicus praxin Laude Pompei exercens (CARMINATI l. c. p. 232).

6. Ejusmodi congestiones, ipsaeque linguae exulcerationes [15]), rudimenta exhibent pro efformanda doctrina *glossitidis chronicae* [16]), hodiedum adhuc in incunabulis jacente. Glossitis chronica.

§. CXVII.

Cura.

1. Simplicissima est *cura* glossitidis, alioquin administrationi pharmacorum obstantis. Praesente linguae phlegmone primum est *cruoris copiam*, aetati aegrotorum, ac vi morbi respondentem, si fieri possit e vena jugulari [1]), aliàs e venis brachii audacter *educere*. Paucis elapsis horis eadem reiteranda est operatio, non neglectis interea *clysteribus antiphlogisticis* [2]). Tunc demum ad *hirudinum* multarum sub mento adplicationem deveniendum [3]). Si aeger quidquam deglutire possit, C. morbi.

15) Jam Alex. Benedictus (lib. V. cap. 10) *inflammationis linguae syphiliticae* meminit.

16) Ragoi (l. c. p. 90) testatur celeberrimum Tissot glossitidi chronicae obnoxinm fuisse, quam phlebotomiis, pediluviis et sero lactis curare erat solitus.

1) Errat Scheidemantel (l. c.) jugularis sectionem reliquis phlebotomiis postponendo; est enim efficacissima, dummodo ea peracta collum fasciis non circumdetur, sed vulnusculum lanceolae ope inflictum simplici emplastro adhaesivo claudatur. Sic experientia J. P. Frank (epit. l. c. p. 97) sicque mea docet.

2) Decocti furfurum uncias sex. Nitri drachmam semis. Oxymellis unciam unam. M. D. S. Injiciatur tepide.

3) Faneau de la Cour (*Revue médicale Mars* 1825)

possit, *solutio sulphatis magnesiae* exhibenda. Quodsi morbi vis adhuc phlebotomiam exposcat, instituatur; aliàs nova excitetur evacuatio sanguinis localis, ope aut hirudinum, ut supra, aut *cucurbitularum scarificantium* ad nucham et dorsum applicandarum. Methodus *linguae ipsi hirudines admovendi* [4]), jure reprobatur [5]); maxima etenim ejus visceris pars, quatenus recondita, applicationem de qua agitur haud admittit; et reliqua ab ea majorem experitur irritationem. *Venae raninae*, quas secundum longitudinem [6]) *secare* suadent [7]), ob partium vicinarum tumorem non semper lanceolà adtingi queunt [8]), quae praeterea haemorrhagiae minaretur periculum [9]). Periculum etiam haemorrhagiae [10]), aeque ac illud aphoniae [11]) et paralyseos [12]), *scarificationes lin-*

gravem committit errorem contendendo glossitidem unis evacuationibus sanguinis localibus sanari posse.

4) Zacutus Lusitanus histor. med. praecip. lib. I. obs. 47. — Raggi l. c. p. 35.

5) Carminati l. c. p. 234. — Speranza l. c.

6) Brambilla *chirurg. Abhandl. vom Phlegmone* p. 111.

7) Jourdain op. c.

8) „Raninarum sectio venarum, quae plurimum hoc in morbo promitteret, ob tumentem ubique linguam institui nequiebat.“ J. P. Frank epit. l. c. p. 98.

9) M. Gerbez de haemorrhagia nimia ex raninarum incisione. Miscell. acad. nat. curios. dec. III. ann. 3. p. 14.

10) J. P. Frank interpret. l. c.

11) Casus a Petro Romelio affertur (in Eph. nat. cur.

linguae [13]) comitatur, a quibus praeterea non semper optatus sanguis elicitur [14]). Caeterum, incisiones, inprimis ad linguae basin institutae [15]), (nunquam ejus sectio [16])) a suffocationis periculo justificarentur, contra quod ipsa *laryngotomia* proponitur [17]).

Finis argumenti.

2. Glossitis resolutione capax, et a caussis localibus non pendens, methodo medendi hucusque indicatâ, procul dubio infringitur, quo facto etiam naturae necessarium ad crisin absolvendam tempus concedendum est, ac retinendum, morbum non sola in lingua, sed in universo corpore exsistere. — Deglutitione jam plus minus concessâ, transpirationis opus parvis *tartari emetici* dosi-

dec. II. ann. 5. obs. 145) ubi post sectionem venae sublingualis mox loquelam juvenis sanus omnem amisit. Winklerus historias duas funestae sub lingua venae sectionis affert (ibid. dec. I. ann. 6. obs. 91).

12) Linguae paralysin ex profunda ejus scarificatione adnotat Riverius (prax. med. lib. V. p. 5).

13) Meekren, de la Malle, Meyer Abrahamson, Richter ll. cc.

14) Raggi l. c. p. 13.

15) Raggi l. c. p. 39. 43—52 (Ad educendam lympham coagulabilem in textum linguae depositam).

16) Oculis meis fidem denegavi quum legerim E. Faneau Delacour *observations sur une glossitis qui a necessité (!!) l'ablation de l'extremité de la langue* (*Journal universel des sciences médicales T.* 36. *Cahier* 106. p. 102).

17) J. P. Frank epitom. l. c.

dosibus sollicitare juvat [18]). Cur usu externo ejusmodi remedii, aut *linimento volatili*, aut *vesicatoriis*, aeger excruciari deberet, non intelligimus. Haec solum tunc indicarentur, si absoluta crisi, lingua adhuc dolore tentaretur. Ipsa *cataplasmata emollientia* collo adplicari solita, recenti in malo damnosa invenimus. In genere, nisi glossitis idiopathica sit (quo in casu cura in ablatione caussae linguam directe lacessentis et in adplicatione frigoris consistit), remediis topicis minime insistendum. *Collutoriis* alioquin in ore a lingua expleto locus non est. *Spongia* fotu emolliente imbuta ac labiis admota respirationis angustias auget, quod et vapores ope machinae auctore Mudges adpliciti efficiunt. Linguae exiguam, quae in propatulo est, partem *rebus mucilaginosis*, *succo lactucae* [19]), *infuso foliorum digitalis purpureae* [20]) etc. [21]) humectare, per

18) Raggi (l. c. p. 36) vim *tartari emetici* in glossitide veluti specificam evehit; ac haud alienus est, Wittingio assentire, qui hoc pharmacum, si deglutitio denegata fuerit, *venis injiciendum* esse docet. Adstipulor Carminatio (l. c.) collegae irridenti.

19) Exemplo Galeni, in hypertrophia linguae.

20) Adhibebatur a cl. Speranza (l. c.). Ne amico displiceat, me Dri. Beretta (*giornale analitico di medicina* 1828. *Gennajo*) assentire, utpote qui successum curae phlebotomiis et hirudinibus, neutiquam vero infuso digitali linguae admoto, adscribit.

21) Mentha viridi, opio, origano, rhoë rubro, nitro,

per ludum et jocum fieri videtur. *Injectiones emollientes* circa oris angulos institutae, salivam quidem tenacem diluendo levamen afferunt, ast facile, suffocationis periculum provocando, molestae evadunt.

3. In *abscessum* conversâ glossitide, a co- C. exituum. naminibus antiphlogisticis, jam jam vanis, abstinendum, atque illius maturatio cataplasmate emolliente, mento tepide admoto, sollicitanda. Hic et *spongia* decocto malvae et lacte imbuta, ante os posita, indicaretur. Item *vapores*. Quum malum in longum trahi posset, aeger tam *clysteribus* quam modis, in tractatu de dysphagia indicandis, nutriendus. Sunt qui rupturam abscessus *emeticis* promovendam esse doceant, hacque de methodo, verisimiliter nunquam tentata, ut de re quotidiana loquuntur [22]). Potius, si fieri possit [23]), ad *incisionem abscessus* deveniendum

cum melle subactis, consilio HIPPOCRATIS de morbis lib. II. cap. 10.

22) BERENDS l. c. p. 78 („*Berstet der Abscess nicht, nachdem man vergeblich alle die angeführten Mittel angewendet hat, so versuche man, dem Kranken Spiessglanzwein, oder eine wässerige Auflösung von Spiessglanzweinstein theelöffelweise einzuflössen, welche aber etwas stark seyn muss, damit sie bald ein kräftiges Erbrechen bewirke. Die damit verbundene Anstrengung bringt in den meisten Fällen den Abscess zum Bersten, und rettet den Kranken vom Erstickungstode*").

23) „*Man ist selten im Stande den Abscess zu öffnen,*

dum est. — *Linguae duritiei* glossitidis effectui, in homine alioquin sano, tempus opponimus. Aliàs *unguentum mercuriale* sub mento illinimus, intusque *extractum conii maculati* propinamus. Et *collutoria emollientia* et *narcotica* [24]) haud negligenda forent, etiamsi naturalem salivae ope fotum omni alio anteponamus. — *Adhaesiones morbosas linguae* culter solvit. — Glossitidis in *gangraenam* exitus artis vim facile eludit. Interea quum is a complicatione gastrica provocari posset, cavendum ne saburras eliminare negligamus. Itaque *decoctum tamarindorum*, cum grano *camphorae*, directo *decocti cinchonae* usui anteponendum. Interea linguae *acidum muriaticum* cum *melle rosarum* illinitur, non neglectis tandem *scarificationibus*, ad gangraenam a partibus viventibus separandam.

CAPUT

und muss sich daher mit dem Gebrauche erweichender Mittel, die man so gut als die Umstände erlauben anwendet, begnügen" (RICHTER *Anfangsgründe* l. c. p. 30).

24) *Herba conii maculati*, *hyoscyami*, aut *folia digitalis* purpureae, *atropae belladonnae* ad grana nonnulla in decocto malvae calido infusa, pro dosi ad fovendum tepide oris cavum.

Caput XXXI.

De linguae dolore, spasmo, tremore, paralysi et anaesthesia deque vitiis gustus.

§. CXVIII.

Linguae dolor, spasmus, tremor.

1. Quamvis lingua a partibus saepissime et maxime dolere solitis circumdata atque *tactu* exquisito instructa sit [1]); ipsa tamen raro *dolore* (fortuito a laesionibus, ambustione et rebus acrioribus excepto) afficitur [2]). Linguae dolor (*Glossagra*) ubi obvenit, calculi [3]), haemorrhoidum [4]), rheumatis, aphtharum, syphilidis [5]), est progenies, quibus caussis cura adaptanda. L. dolor.

2. *Lin-*

1) „Acriori, quam ipsi digiti . . . ob humorem forte, quo perpetuo irrigatur." Haller elem. physiol. T. V. lib. XIII. sect. 2. §. 1.

2) Eyselius Pr. rarissimus affectus glossagra. Erf. 1701.

3) Forestus lib. XIV. obs. 26. Cfr. cap. VII. §. XXX.

4) Memorabilem *glossagrae haemorrhoidalis* observationem tradidit Günther in Harless *rheinische Jahrbücher B.* 4. *St.* 1. p. 75; et plures similes casus propria exhibet experientia. In quibusdam simul aphtharum quid latitabat.

5) „*Une femme atteinte d'une maladie vénérienne, se plaignit d'une vive douleur à la langue pendant long-*

L. spasmus.

2. *Linguae spasmus* (*Glossospasmus*), ab AVICENNA jam memoratus [6]), interdum cum epilepsia nexum habens [7]), et a vermibus intestinalibus ortus [8]), caeterum juxta praecepta generalia [9]) dijudicandus curandusque [10]), nobis semel, diverse ac describi solet [11]), obvenit [12]).

3. *Lin-*

temps, sans qu'on y observât la moindre altération; cependant la langue rougit, se gonfla, durcit, et il s'y forma un ulcère dont on arrêta les progrès par l'usage des frictions mercurielles, ainsi que par celui des antiscorbutiques, réuni au sublimé corrosif en petite quantité, pris intérieurement pendant long-temps." PORTAL *cours d'anat. méd. T.* 4. p. 528.

6) Canon. lib. III. fen. 2. tract. 2. cap. 8. 12.

7) DUPUYTREN in *Bulletin de la soc. de méd. de Paris* p. 221. App. ad *Journ. de médecine continué Vol.* 9.

8) J. CLESIUS *ein zehnstündiger klonischer Zungenkrampf von Würmern bei einem Kinde.* In HARLESS *neue Jahrb. der teutschen Med. und Chirurgie B.* 11. *St.* 2. p. 34.

9) P. II. Vol. I. sect. I. cap. 1. §. IV—VI.

10) J. MITCHELL *an instance of spasmodic affection of the tongue and mouth successfully treated. Med. chir. transact. Vol.* 4. p. 25.

11) „Linguae tumidissimae, rigidae extra os protensio; plerumque aliorum morborum convulsivorum, vel enteralgiae plumbeae comes." SWEDIAUR nov. nosol. meth. syst. Vol. I. p. 337.

12) J. . . . sacerdos Hungaricus, triginta duos annos natus, frequentibus pollutionibus et a. 1806. febre intermittente vexatus, caeterum sanus a. 1810. a singulari prorsus affectu correptus est, propter quem die 27. Decembris a. 1825. Vindobonae meum expetivit

3. *Linguae tremor* ut signum in morbis acutis plurimum valet [13]). Ejus quatenus choreae St. Viti symptomatis meminimus [14]). Per se linguae tremor post febres intermittentes visus est [15]). Haud raro in convalescentia et hysteria occurrit. Aetiologia et therapia ex sequenti paragrapho deducendae. L. tremor.

§. CXIX.

consilium. Laborat nimirum paroxysmis inopinate ingruentibus, per aliquot horae momenta durantibus, et indeterminato tempore, pluries mensis spatio, redeuntibus, quorum sub curriculo *lingua* primum *subsultus patitur', dein profunde in os retrahitur*, deletis insimul ejusdem functionibus. Interdum malum dumtaxat apicem linguae aggreditur, tuneque loquela, praeter balbutiem, concessa est. Minorem istum paroxysmum aeger sibi ad lubitum, manibus regionem umbilicalem comprimendo, excitare potest. A nonnullis annis spasmus musculorum lateris sinistri faciei illi linguae supervenit. Adhibita fuere anthelmintica in genere, ac taeniae specifica in specie; sic dicta nervina quot imaginari possunt, item resolventia — at omnia ineassum. Proposui aquas Carolinas deindeque balnea maris, nescio autem quonam cum eventu.

13) Deliria (Baglv. prax. I. p. 102), soporem, dejectiones (Coac. §. 2), denuneiat. Si cum narium rubore, epistaxis expectanda (Coac. l. c.). Insolitus linguae tremor, inter signa malignitatis collocatur (Boerhaave inst. med. §. 919).

14) P. II. Vol. I. sect. II. cap. X. §. XLVII. No. 7.

15) Eph. acad. nat. cur. dec. I. ann. 6 et 7.

§. CXIX.

Linguae paralysis.

Definitio. 1. Immobilitas musculorum linguae nixu voluntatis haud superanda, gustu modo perstante, modo deleto, ejus constituit *paralysin* seu *glosselysin*.

Literatura. 2. De hoc affectu, jam pluries memorato [1]), disseruere Celsus [2]), Aetius [3]), Avicenna [4]), Forestus [5]), Hildanus [6]), Zacutus Lusitanus [7]), Salmuth [8]), Riverius [9]), Rulandus [10]) etc. [11]).

Symptomata. 3. Obvenit ille nunc socia paralysi aliarum partium, nunc solitarius. Detinet modo linguam universam, modo ejus dumtaxat dimidium, plerumque sinistrum. In *paralysi linguae plena*, aegro-

1) In tractatibus de hydrocephalo, apoplexia, paralysi, et vitiis loquelae.

2) Lib. IV. c. 2. 3) Tetrab. III. serm. 2. c. 28.

4) Canon. lib. III. fen. 6. tr. 2. c. 6. 7.

5) Lib. XIV. obs. 31. 32 (Citat Benedictum Faventium, quatenus proprio capite de paralysi linguae in magna sua praxi scripsit).

6) Opp. pyrotechnia lib. II. P. I. cap. 21.

7) Med. pr. hist. lib. I. No. 72.

8) Observ. cent. II. No. 43. 9) Opp. lib. V. cap. 4.

10) Cent. IV. cur. 55. cent. VII. cur. 36. 53. 88. cent. VIII. cur. 77. cent. IX. cur. 71.

11) Ephem. acad. nat. curios. dec. I. ann. 6 et 7. obs. 92. — Cent. I et II. obs. 147. Act. acad. nat. curios. Vol. IV. obs. 109. Vol. V. obs. 41. — Commerc. liter. Norimb. 1739. p. 30. — Hist. morb. Vratislav. p. 199.

aegrotus, licet mentis compos, partem affectam nec movere nec exserere potest. Aboletur inde omnino loquela, reddunturque etiam difficiles ciborum in ore volutatio et deglutitio. In *paralysi linguae dimidiata*, pars affecta ubi exseritur, in latus sanum divertit [12]). Utcunque sentiendi et gustandi facultates, in paralysi linguae plerumque perstare solent. Duas dumtaxat observavimus exceptiones [13]). Praeterea diversi exstant illius morbi gradus [14]), quorum levior *linguae* dicitur *gravitas* [15]). Glosselysis nunc continua, nunc recurrens [16]).

4. Cadaver linguae paralysi solitaria defuncti non secuimus, quoties autem post apoplexias, ubi lingua graviter affecta erat, encephalum aperuimus, constanter sanguinem aut serum circa medullam oblongatam exstravasatum reperimus. Necroscopia.

5. Soli-

12) Observavi hemiplegias plenas lateris sinistri, ubi os, ut solet, dextrorsum trahebatur, lingua autem, quod mirum, in latus oppositum.

13) Praeter exemplum allatum (J. Frank's *Erläuterungen der Erregungstheorie*. 2. *Auflage* p. 159) aliud adhuc paralyseos linguae exemplum Vilnae a. 1815. in femina observavi, quae rerum ori immissarum nec temperiem nec saporem perceperat.

14) Jam Avicenna paralysin linguae in *perfectam* et *imperfectam* divisit.

15) Forestus l. c. obs. 31 („Tales enim facillime in paralysin linguae, vel totius lateris, aut in apoplexiam decidunt").

16) Act. nat. cur. l. c.

Causae. 5. Solitariae linguae paralyses (de quibus praecipue quaestio est) insequebantur refrigerium [17]), terrorem [18]), iram [19]), haemorrhoidum suppressionem [20]), phlebotomiam [21]), venena [22]), potum aquarum acidularum [23]), vermes [24]), febres [25]), et maxime apoplexias [26]), laesiones capitis [27]), ejusque tineam fugatam *).

6. Con-

17) Fab. Hildanus cent. I. obs. 95.

18) Puella, quam in nosocomio Vindobonensi paralysi solitaria linguae detenta curavi, morbum ex duplici fonte, refrigerio videlicet et terrore acquisivit, quum a viro una cum ea pontem augustum transeunte in aquam conjiceretur.

19) Bierling adversar. curios. Jen. 1679. p. 59.

20) Camny in *Nouvelles mémoires de Dijon.* 1784. *Prem. semestre.*

21) S. G. Vogel *med. prakt. Beobacht. Götting.* 1777. *No.* 23.

22) P. II. Vol. II. sect. I. cap. I. §. V. No. 10.

23) Ab Heer observat. oppido rar. Lugd. Bat. 1624. No. 1.

24) Act. acad. nat. curios. Vol. II. obs. 160. Et ego in judea Vilnensi transitoriam linguae paralysin ab ascaridibus vidi.

25) R. de Hautesierk *recueil d'observations de médec.* etc. *T. II.* p. 286. *Paris* 1772.

26) Canonicus Novocomensis vere a. 1828. gravi apoplexia correptus fuit. Evacuationibus repetitis sanguinis sanitati restitutus est, relictâ autem linguae paralysi. Aegrum, prius adhuc ad nonnulla precum verba proferenda idoneum, modo omnino mutum inveni. Quaestionibus meis scripturâ respondebat. Perstabant

6. Concludimus inde paralysin linguae plerumque esse *originis cephalicae*. Sedem ejus morbi peculiarem non in affectione loborum anteriorum cerebri [28]), sed in labe circa medullam oblongatam, ubi nervus linguae motorius, seu *hypoglossus* oritur, quaerimus. Quae labes multum a pletbora [29]) et collapsu [30]) arteriae vertebralis pendere videtur. Caeterum non inficiamur linguae paralysin etiam ex affectione illorum nervorum Diagnosis.

linguae sensus et gustus. Masticatio et deglutitio dumtaxat quadam cum difficultate absolvebantur.

27) P. II. Vol. II. sect. I. cap. I. §. V. No. 6.

*) L. Bochardt *über die Aetiologie und Therapeutik der Lähmungen. Stuttgard* 1826.

28) Boullaud *recherches pathologiques et cliniques sur l'influence du cerveau dans les mouvemens musculaires et spécialement sur ceux des organes de la parole. Mémoire lu à la séance du* 21. *Fevrier* 1821. *de l'acad. R. de médecine (Bulletin des sciences médicales. Juin* 1825. p. 169).

29) „*Er (der Zungenfleischnerve) leidet beym verstärkten Triebe des Blutes nach dem Kopfe, wegen der ihn drückenden Wirbelarterie; daher das Stottern und die Lähmung der Zunge bey der Trunkenheit, und bey einer Hirnentzündung; daher Lähmung der Zunge ein Vorbothe des Schlages.*“ Soemmerring *vom Baue des menschl. Körpers Th.* 5. p. 262.

30) „*Fehlts hingegen im Kopfe an Blut z. B. nach Blutverlusten, so leidet vielleicht die Zunge wegen Leere der Wirbelarterie.*“ Idem, ibidem allegans p. 52. diss. Boehmeri de nono pare nervor. cerebri. Gotting. 1777.

vorum *extra encephalum*, et in ipso *linguae contextu* [31]), atque per *consensum cum abdomine* (habita ratione nexus nervi hypoglossi cum nervo intercostali) pullulare posse. Nec credimus causam illius morbi semper adeo esse materialem ut cerni queat teste linguae paralysi *spasmodicâ*.

Prognosis. 7. Lingua resoluta post apoplexiam, perraro sanabilis, maxime in provecta aetate [32]). Facilius tamen manducandi et deglutiendi vis, quam sermo restituitur [33]). Senescenti linguae paralysi, facile atrophia ejusdem visceris adsociatur [34]). Minoris momenti est glosselysis spasmodica et gastrica. Sanguinea aut rheumatica periculosissimam annuntiat apoplexiam.

Cura. 8. Praecepta paralysi in genere medendi [35]), et adversus glosselysin valent. Morbo hoc ex encephalo proficiscente, *cura* maxime *ad nucham dirigenda*, idque per *scarificationes* [36]), *setacea* [37]),

31) Nolite tamen ad paralysin eam linguae immobilitatem revocare, quae ex sola illius ariditate proficiscitur.

32) Klein interpretat. clinic. 1771. p. 211.

33) Gruner Semiotic. p. 604.

34) Portal *cours d'anatom. méd. T.* 4. p. 529 („*Dans quelques paralysies, la langue perd de son volume, et tombe dans une espèce d'atrophie*").

35) P. II. Vol. I. sect. II. cap. XII. §. LXIV. No. 2. 4.

36) Avicenna (Fen. VI. lib. III. tract. cap. 12) ait: „Quidam homo jam ventosatus fuit, et percussus est cum scalpello villus nervi, in substantia panniculi conjuncti cum lingua, quare mollificata est lingua;"

cea [37]), *ignem* [38]), et *fonticulos* [39]). Nec *auxilia topica*, videlicet *succus salviae* [40]), *nux moschata* [41]), *oleum cinnamomi* [42]), *spiritus serpilli* [43]), radix *pyrethri* [44]) et *imperatoriae* [45]), aliaque [46])

 (saltem

ast sapienter monet Riverius (l. c.) potius *nucham* scarificandam esse.

37) Hellwig observ. phys. - med. Augusi. Vindel. 1680. obs. 47.

38) „Linguae resolutionem Mesuaeus (Lib. II. Grabad. sect. I. p. 1. sum. 8. cap. 14) *ignis* vi tractandam proposuit ad hunc modum: fiant, inquit, tria cauteria secundum longum in fontanella puppis capitis; et duo fiant ex transverso in radice cranii distantia ad mensuram pollicis, et tria hinc et tria inde lateraliter distincta separantia colli spondylis; ita quidem ille: puto vero occipitis cavum, unde spinae medulla habet initium, in quo loco crustam unam, tres aut quatuor in vertice, unam ex his in medio capite, tres circum ipsum in fluxuras omnes parat Aetius tetr. 3. serm. 2. c. 28.“ Hilden l. c.

39) Ad basin cranii fonticulos adplicare soleo, indeque maximo levamine.

40) „*Succus salviae* ad linguae paralysin multum commendatur.“ Riverius l. c.

41) „In ore frustulum *nucis moschatae* jubebas.“ Forestus l. c.

42) Lange miscell. cur. medic. I. p. 8. — Oleum cinnamomi una cum sale ammoniaco, ad cuspidem cultri linguae paralyticae impositi adhibuit L. Bochardt l. c.

43) Richter *chirurg. Bibliothek B.* 8. p. 508.

44) „In paralysi linguae conducit, dum vel sola vel in connubio radicis imperatoriae s. carlinae vino coqui-

(saltem ad temperandam aegrotorum impatientiam) negligenda sunt. Item *errhina* [47], nisi humorum versus caput impetus timendus sit. In paralysi linguae *spasmodica* peculiarem laudem sibi promeruere, *oleum animale Dippelii* [48], *herba chenopodii ambrosiodei* [49], atque *electricitas* [50]. *Atropam belladonnam* pluries incassum tenta-

tur et liquidum ore retinetur vel radix commanditur." Murray apparat. medic. Vol. I. p. 153. — Ac re quidem vera cum aliquo saltem levamine pluries adhibui.

45) Pulvis ejusdem cum pauxillo *seminis anisi* mistus in paralysi linguae specificus visus Deckero exercit. med. pract. Leid. 1673. p. 100.

46) Riverii consilio (l. c.) etiam sequentes pilulae super linguam detineri poterunt. R. Succi betonicae et liquiritiae ää drachmam unam et semis. Castorei et asae foetidae ää drachmam semis. Nucis moschatae scrupulum unum. Incorporentur cum melle et fiant rotulae instar lupinorum.

47) Hautesierk l. c.

48) Ejus ope paralysin linguae in puella, de qua supra, profligavi.

49) „*Ich schätze das* chenopodium ambrosiodes L. (Botrys mexic. off.) *bei Nervenkrankheiten sehr hoch. Bei einer alten Dame, die seit mehreren Jahren, nach einem apoplectischen Anfalle, eine Lähmung der Zunge behalten hatte, hat es, nach vergeblichem Gebrauche aller in solchen Fällen gewöhnlichen Mittel, die besten Dienste gethan und die Lähmung gehoben.*" Borrira in Hufeland's *Journ. B.* 14. *St.* 2. p. 201.

50) Camny l. c. — Comm. Lips. Vol. IV. p. 69. 73.

tentavimus; quod et de *mercurio*, aliàs cum successu adhibito [51]), fateri adigimur.

§. CXX.

Vitia gustus et linguae anaesthesia.

1. *Gustus*, quemadmodum reliqui sensus, imminui, deleri, depravari et extolli potest. Notio.

2. Quod constat ex observationibus Galeni [1]), Pr. Calanii [2]), L. Grylli [3]), Columbi [4]), Crati a Grafftenheim [5]), Schenkii [6]), Foresti [7]), Horstii [8]), Zeidleri [9]), Zacuti Lusitani [10]), Riverii [11]), Boneti [12]), Timaei a Guldenklee [13]), Fischeri [14]), Zenceni [15]), Wolfii [16]), Thilenii [17]) aliorumque [18]). Literatura.

3. *Gustu*

ex *Gentlemen's Magazine.* — Klaebich in *Hannover. nützl. Samml.* 1785. p. 657.

51) Thilenius *med. und chirurg. Bemerk. Th.* 1. p. 108 (Et venae raninae incisae fuere).

1) De symptomatum caussis lib. I. cap. IV et VI.

2) Comment. de sapore austero acri et acido. Lugd. 1538.

3) De sapore dulci et amaro lib. II. Prag. 1566.

4) De re anatomica. lib. XV.

5) Consilia et epistolae medicinales lib. II. No. 4. Francf. 1595.

6) Observat. lib. I. No. 398.

7) Observat. lib. XIV. obs. 27 sq. 8) Opp. T. II. p. 123.

9) Diss. de gustus laesione. Lips. 1631.

10) Prax. hist. T. II. lib. 5. c. 2.

11) Opp. lib. V. de affectibus linguae cap. 3. de gustu laeso.

12) Sepulchr. lib. I. sect. XXI. obs. 35.

13) Casus medicinalis p. 70.

G. imminutus, abolitus et anaesthesia linguae.

3. *Gustu imminuto* sapores remissi vix percipiuntur, intensi vero remissè; *gustu abolito* (Ageustia, Ageusia [19]) sapores sive intensi, sive remissi, nullo pacto sentiuntur et amari, dulces, acidi, salsi, acres invicem haud distinguuntur. Sensum gustus sic obtundunt vel delent morbi *), qui ejus praecipuum instrumentum *linguam* [20]) (potissimum in apice atque proximo margine) ita afficiunt ut vel perspirare cesset [21]), vel aridum evadat [22]), vel denso muco coope-

14) Diss. de gustus laesione. Lips. 1691.

15) Diss. de sapore amaro febricitantium. Mogunt. 1789.

16) Diss. de vitiis gustus. Jen. 1796.

17) *Medicin. und chirurg. Bemerkungen Th.* 1. p. 107.

18) Praeter auctores mox citandos vide *Journal des Savans* 1677 et 1680. No. 51.

19) Ab α neg. et Γεῦσις gustus. Ital. *Difetto o perdita del gusto.* Gall. *Défaut ou perte du gout.* Angl. *Defect or loss of taste.* Germ. *Geschmacklosigkeit, Mangel oder Verlust des Geschmacks.*

*) Pauli tract. de febr. maligna p. 27 (Lingua expers facta sensus, immo quoque gustus est).

20) Praeter linguam, palatum et fauces gustandi facultate gaudere, Hallerus (elem. physiol. T. V. lib. XIII. sect. 1. 2) non ignoravit ac nuper Vernière (*Physiologische Untersuchungen über den Sinn des Geschmacks*, in Froriep's *Notizen aus dem Gebiete der Natur- und Heilkunde No.* 423. 424. *B.* 20. *März* 1828, ex *Repertoire d'anatomie et de physiologie, par Mr.* Breschet *T.* 4 (8. *Trimestre de* 1827) p. 89) confirmavit.

21) „Nam ipsa lingua perspirat." Haller l. c.

cooperiatur [23]), vel epidermide spolietur [24]). Item defectus salivae, muci faucium et adtentionis [25]); spasmus cynicus [26]), laesiones encephali [27]), apoplexia et paralysis, Cretinismus [28]), affectiones rami tertii paris nervorum quinti [29]), nervi hypoglos-

22) „Lingua sicca non gustat." Haller l. c.

23) Riverius l. c.

24) „Si involucrum linguae sublatum fuerit, dolor loco gustus percipitur, aut mixtus cum gustu dolor." Haller l. c. Qua de re inprimis testatur *linguae ambustio*, quae si ab initio convivii jusculum sorbendo contingat; de reliquorum ciborum sapore actum est.

25) „Minus sapiunt, quae mente non adtenta deglutimus, ut demum qui inter prandendum cum studio legunt, vix saporum fiant conscii." Haller l. c.

26) „Sub spasmo cynico gustus sublatus erat" in Eph. acad. nat. curios. Vol. VIII. obs. 86.

27) Ch. M. Adolphi de gustu abolito ex casu ab alto et exinde *syncipite* laeso. Act. acad. nat. cur. Vol. I. p. 551. — Chr. G. Willisch gustus et olfactus laesio singularis. Eph. acad. nat. curios. cent. VII et VIII. p. 38. obs. 14 („Musicus a casu ab alto cranii patitur fissuram — sanatur, sed relinquuntur atroces interdum capitis dolores, praesertim in fronte gravativi. Is vero quoties ab eo tempore carnem bubulam radice petroselini coctam, vel cibos sale conditos, vel quosdam acidos edit, toties omnem odoratum et gustum amittit, qui secundo die vix redeunt"). J. Arnison in *London medical and physical journal. Aug.* 1824 (Post capitis vulnus ita gustus et odoratus deleti fuere, ut aegrotus nequidem sinapi et asam foetidam percipere potuerit).

28) Schenk l. c.

29) Columbus l. c. („Lazarus vitrovorax vulgo dictus,

poglossi [30]), et glossopharyngei [31]); coryza [32]), inprimis in arthriticis [33]), errhina [34]), ulcera auri-

Venetiis, nullo prorsus gustu praeditus erat, nullam in edendo voluptatem, nihil jucundum persentiebat, insipida, amara, dulcia, pinguia, salsa, acria non distinguebat, vitrum, saxa, lapides, ligna, viva animalia, carbones, pisces e vivario extractos adhuc salientes vorabat . . . Dissecto cadavere quarta nervorum conjugatio (nempe ramus tertius quinti paris), quae gustus gratia in aliis hominibus a natura producta est, neque ad palatum, neque ad linguam reptabat". Huic caeterum narrationi Hallerus (l. c.) non nimis tribuit. Accedit altera auctore Serres *sur une léston de la base du nerf Trijumeau ayant anéanti l'action des sens sur l'un des côtés de la tête. Bulletin de la soc. philomatique de Paris.* Août 1821. *No.* 3.

30) Heuermann (physiolog. T. II. p. 293) observationem, etsi non satis liquide, adducit, ubi gustus deletus est, cum ramus noni paris ob scirrhum glandulae resectus fuisset.

31) Provoco ad casus ubi occipitis laesiones ageusiam produxerunt.

32) „. . . odoratus et gustus sensus sunt congeneres." Galenus l. c. Praeter membranam simul cavitates narium et oris ambientem, mysterium explicatur per nervum nasalem superiorem posteriorem a ramo secundo paris quinti, ut videre est apud Scarpa l. c. Tab. II.

33) „Ab acri arthritico ad nervos narium et linguae deposito, et gustus et odoratus in viro jacturam — observavimus." J. P. Frank epit. T. V. p. 132.

34) J. G. Volckamer de imprudenti in nares liquoris

aurium [35]), vulnera colli [36]), depravata ventriculi conditio, senium (praevio praesertim victu lauto [37])) et virium vitalium jactura [38]). Colligitur inde ageusiam ex labefactatione modo ipsius linguae, modo cerebri*), modo nervorum gustui inservientium [39]), aut cum iis nexum peculiarem haben-

errhini injectione deperditus *gustus* cum olfactu. Miscell. acad. nat. curios. dec. II. a. 5. 1686. p. 315.

35) E. DE MEARA historiae rariores ad diatribae Williisii examen. Lond. 1664.

36) CAMERARIUS memorab. cent. V. No. 18.

37) *L'almanach des gourmands* vix amplius fercula exhibet, quae languens gustus organum hominum adauctorum culinae aulicae, aeu, aevo nostro, rectius, nummulariorum excitare valerent.

38) e. c. in agone. RIVERIUS l. c.

*) Sic *in cerebro* latitasse suspicor causam *ageusiae a metastasi*, de qua legitur in HUFELAND's *Journ.* 1825. *Febr.* p. 71. *Merkwürdige Metastase nach der Zunge (?) mit Verlust des Geschmacks nach einem rheumatischen Fieber mit Seitenstich, zur Consultation aufgestellt.*

39) Qualesne sunt ejusmodi nervi? — Nexus triplicis generis nervorum linguam adeuntium responsum arduum reddit. Concesso enim nervum *hypoglossum* omnino linguae motui dicatum esse, determinare restat quis reliquorum duorum nervorum, num *ramus tertius paris quinti* aut *nervus glossopharyngeus* gustui inserviant. Propensus sum eorum ampleeti opinionem, qui *nervum glossopharyngeum* eadem ratione gustui inservire putant, ac nervus olfactorius olfactui, nervus opticus visui, nervusque auditorius auditui quique par *nervorum quintum* gustui non minus quam reliquis sensibus *accessorium* habent.

habentium, modoque membranae nares, os, fauces, oesophagum et ventriculum [40]) investientis, repetendam esse [41]). Debet praeterea *ageusia* probe distingui tam a *defectu adpetitus ciborum* [42]), quam a *linguae* (artificiali interdum [43]) *anaesthesia*. Sicuti enim physiologice [44]) ita et pathologice *linguae tactus* a *gustus sensu* distingui debet. Illum *anaesthesia* laborare dicemus, ubi aeger consciùs nec de temperie, nec de volumine, nec de consistentia rerum ori immissarum judicare poterit. *Prognosis* ageusiae cerebralis omni alia pejor. *Cura* a praeceptis paralysi, praesertim linguae, medendi abstrahenda [45]).

4. *De-*

40) „Lingua iis succis maxime gaudet, quos ventriculus desiderat; hujus autem societatis potissima caussa est tunica ipsam vestiens." Galenus l. c.

41) „Horum symptomatum auctores morbi in gustandi tum facultate tum actione, partim substantiae linguae similari insident, partim tunicae, qua involvitur, partim mollibus nervis, partim ei praecipue parti, unde hi originem sumunt." Galenus l. c.

42) P. III. Vol. I. sect. II. cap. de anorexia.

43) Vidi virum sic dictum incombustibilem ferrum candens lambere, plumbum fusum ore tenere etc.

44) Jam Galenus (l. c.) linguae *tactum* a *gustu* distinxit: „divellitur autem, inquit, et gustus organon, quatenus utique *tactus* est particeps, a jam dictis caussis; quatenus vero *gustus* est proprium, ab acidis amaris, acerbis et acribus." Et Hallerus (l. c.): „multa cum tactu similia gustus habet, ... habet autem etiam alia sibi propria."

45) Nulla enim realis differentia inter caussas glossely-

4. *Depravato gustu* (probe ab *adpetitu* distinguendo [46])) objectum vel alieno sapore praeditum judicatur; vel licet absens pro praesente habetur. *Sapor dulcis*, interdum nauseam et vomitum, saepe pneumonorrhagiam et quandoque haematemesin annuntians, hysteriae, hypochondriasi morbisque a plumbo familiaris est [47]). Sequitur hinc inde laesiones capitis [48]). *Sapor acidus* pyroseos et acidorum mineralium deglutitorum sistit symptoma. *Sapor amarus* ab intercepta per nares respiratione, ab ira et a bile in ventriculum extravasata [49]) gignitur. *Gustui metallico*, G. depravatus.

seos et ageusiae praeter quam quod illae nervum motus, hae nervos sensus afficiunt.

46) Part. III. Vol. I. sect. II. cap. de malacia.

47) Cfr. cap. VII. §. XXX. No. 4.

48) Civis Heilbrunnensis, cum per scalas ruens occiput vehementer concussisset, curatus nihil aliud patiebatur insolitum, praeterquam quod saporem nullum, nisi dulcem, quid quid etiam gustaret, perciperet; teste J. M. Fabri in Misc. acad. nat. curios. dec. II. ann. 9. Append. p. 46.

49) „Cancellarius insignem oris et linguae patiebatur amaritudinem, adeo, ut suavissima etiam seu esculenta, seu potulenta, gustu admodum amara et ingrata penitus aversaretur, cum notabili virium dejectione. Hepar inculpatum et bilis. Praescribebantur pedetentim rhabarbarum, cinchona, serum lactis cum succo acetosae, scammonium, oris allutiones ex aceto rosaceo etc. . . . plene liberatus.“ Timaeus l. c. cas. 37. — Memorabile praeterea est amaroris perceptio ex

tallico, mercurii, arsenici et antimonii in corpus humanum actio ansam porrigunt. Gustuum ejusmodi perceptiones modo a saporibus in ipsa lingua [50]), aut in saliva [51]) existentibus, modo a comparatione cum paulo prius perceptis [52]), et modo ab halucinatione pendent [53]). Organon enim gustus iisdem erroribus ac reliqui sensus obno-

insertione ductus choledochi in fundum ventriculi apud Bonet l. c. sect. XXI. obs. 12.

50) „Depravatus saporum sensus referta extraneo quodam humore lingua, accidere solet: ita ut omnia, quae gustantur, aut salsa, aut amara, aut alio quopiam alieno sapore praedita videantur, sive is oratione explimi queat, sive non . . . gustandi autem facultas non id quod admovetur, peroipit, sed quod in ipsa abundat." Galenus l. o.

51) „Poterit saliva, si amara fuerit, sunm saporem nobis substituere pro cibis: si dulcis, dulci pariter admisto sensu ciborum impressionem vitiare, quod valde frequena malum est, post morbos acutos familiare, inque hypocbondriacis . . . Acida fuisse videtur, quae fecit, ut etism glycyrrhiza acida videretur. Poterit demum mucosa esse ut omnia nobis insipida videantur." Haller l. c.

52) „Hinc, qui dulcia sumsit, vina acidissima experitur, grata idem reperiet, qui blanda et fatua paulo prius edit. Hinc, nequa aqua, neque saliva nobis salsa videtur, etsi salem continent; sed, quae plus, quam saliva nostra, salis continent, ea demum salsa nobis adparent." Haller l. c.

53) Sapor amarus saepe tam infidum bilis existentiae signum est, ac dulcis sacchari.

obnoxium est [54]). Nisi gustus depravati caussae directe abigi possint, saltem effectus rebus contrariis [55]) mitigandi.

5. *Gustu aucto* (*Geustodysphonia*) sapores, judicio omnium remissi, veluti intensi, percipiuntur; ut interdum in convalescentibus, hystericis et hypochondriacis accidit. Sane et *idiosyncrasia gustus* [56]) huc spectat. Differt autem ab G. auctus.

54) „Ac gustandi quidem symptomata sunt tum omnino sapores non sentire, tum prave sentire. Quum autem male sentire, tum prave sentire, ut monstratum est, dupliciter intelligatur; aliàs quum diminute sentitur, aliàs cum depravate; diminute quidem gustare respondet visus hebetudini, auditus gravitati; *depravate autem gustare est, veluti cum rerum aut color aut figura, aut magnitudo, aut situs mutatus videtur, quod in auditu obauditio nominatur.*" Galenus l. c.

55) „Jucundissimi igitur gustui secundum naturam se habenti sunt sapores omnes dulces et pingues; hi namque omnes demonstrati sunt corporis substantiae maxime esse familiares: vitiato autem recenter ab aliqua caussa infestante, pingues; hi namque partem exasperatam maxime leniunt; aegrotanti vero, *succi contrarii* causis morborum efficientibus; crassis quidem, attenuantes; tenuibus, incrassantes; glutinosis, incidentes; exasperantibus, lenientes; ad eundem modum calidis frigidi, frigidis calidi, ut et siccis humidi, et humidis sicci." Galenus l. c.

56) Inter *idiosyncrasias illas gustus* maxime sunt familiares. Oportet autem ab idiosyncrasia gustus idiosyncrasiam *adpetituum* distinguere; quam distinctionem plane auctor articuli *idiocyncrasie* in *Dictionaire des sciences médicales* neglexit.

ab utrisque *linguae sensus quoad adtactum auctus*, vitium a defectu muci [57]) et epidermidis illam custodientibus pendens. Exaltata systematis nervosi sentiendi facultate, contingit nonnunquam sapores, vulgi gustum fugientes, percipi [58]), illosque regioni epigastricae admotos, linguâ gustari posse [59]). Gustui exaltato molesto, victus lacteus, mucilaginosus, saccharatus et quae sensum nervorum, praecipui quinti paris, obtundunt, ut *hyoscyamus* et *atropa belladonna*, opponenda sunt.

Caput XXXII.

De morbis ossis hyoidis.

§. CXXI.

Doctrinae defectus. Propositio. Morborum enumeratio.

Generatim.

1. Praesenti capite nobis proponimus potius medicorum adtentionem ad *os hyoides* dirigere,

57) „Lingua mucum sibi ipsa parat, durabile certe contra aëris siccitatem unguen.“ Haller l. c.

58) „Interdum autem etiam, licet rarius, priusquam gustetur, percipiuntur ii humores, quibus lingua perfusa est, ob *exquisitum gustandi sensum*.“ Galenus l. c.

59) Phaenomena ejusmodi sub *somniatione* tam *sponsatanea* quam *artificiali* obvenire alibi et maxime ope historiae morbi Dnae Bärkmann (P. II. Vol. I. sect. I. Append. ad caput XIV) demonstravi.

gere, quam ejus morbos explicare. Vetat id doctrinae inexplicabilis conditio. Quo enim fato accidit, congeriem ossium [1]), (quatenus linguae et laryngi fulcrum largiuntur, ideoque in loquelam, deglutitionem et respirationem imperium exercent) maxime memorabilium, respectu pathologico minus phalangum digitorum innotuisse?

Propositio.

2. Lux et hic fiet, si medicorum coetus obvenientibus vitiis loquelae, croup [2]), phthisi tracheali, thyreoïtide, strumâ, cynanche et dysphagiâ, ossis hyoidis memores erunt; sique medici magnis nosocomiis addicti per longam annorum seriem omnia cadavera respectu ossis illius rimabunt, collectasque observationes publici juris reddent.

Morbor. enumeratio.

3. Talia conamina corpus doctrinae ex singulis iisque sparsis efficient notionibus; quas possidemus de ossis hyoidis ejusdemque ligamentorum et musculorum *lusibus naturae* et *vitiis primae conformationis* [3]), *ossificationibus* [4]), *phlogosi-*

1) „*Es ist doch nicht recht, wenn man die Zungenbeine nur für einen Knochen rechnet, da sie nicht nur ohne Gewalt, durch blosse Fäulniss in fünf Stücke zerfallen, sondern das mittlere Bein mit den beiden flachen Seitenbeinen durch förmliche Gelenkkapseln zusammen gefügt sind.*" Soemmerring *vom Baue des menschl. Körp. Th.* 1. p. 224. *Not.*

2) Praesertim ubi aegrotuli, ut vidi, linguam rapide porrectam et retractam arripere tentant.

3) „*Bisweilen liegt unter dem rundlichen Knochen noch*

gosibus [5]), *hydatidibus* [6]), *carie* [7]), *contorsionibus* [8])

ein langer (Janus Plancus de monstris Tab. III. fig. 5. — Soemmerring *Programm vom Neger* §. 31)*; bisweilen liegen mehrere bis zum Griffel hin; bisweilen noch ein Knochen zwischen den Hörnern des Schildknorpels und den Seitenzungenbeinen. Bisweilen ist ein Horn länger oder krümmer, als das andere. — Sehr oft verwachsen die Hörner; weit seltner hingegen die rundlichen mit dem Mittelstücke.*" Soemmerring l. c. p. 226. — Cfr. Blumenbach *Geschichte und Beschreibung der Knochen des menschl. Körp.* p. 259. et Loschge in Isenflamm's *und* Rosenmüller's *Beyträgen für die Zergliederungskunst B. 1. St.* 13. p. 332.

4) „*Le corps de l'os hyoïde conserve assez long-temps la consistance cartilagineuse; ses bords et le milieu de ses grandes cornes s'ossifie en premier lieu, mais elles restent long-temps épiphysées, ou séparées du corps de l'os, par une portion non ossifiée et qui se durcit avec l'âge; les petites cornes restent encore plus long-temps sans s'ossifier; mais dans les vieillards, non seulement toutes les pièces de l'hyoïde sont réunies, mais encore souvent le ligament qui attache les grandes cornes à la pointe de l'apophyse styloïde est ossifié . . . . . Des vieux sujets chez lesquels les ligamens qui attachent l'os hyoïde aux apophyses styloïdes du temporal, s'étoient ossifiés, avoient éprouvé de la difficulté dans la déglutition et dans la parole.*" — Portal *cours d'anatom. méd. T. I.* p. 260—61. — „*La déglutition ne peut manquer d'être génée dans le cas d'ossification du ligament stylo-hyoïdien, puisque l'arceau osseux n'exécute plus alors, avec la même facilité, les mouvemens qui le font coopérer d'une manière si puissante*

nibus [5]) et *luxationibus*, de quibus ultimis speciatim.

§. CXXII.

à l'ingestion des substances alimentaires." JOURDAN in *Dict. des scienc. méd.* art. *Hyoïde.*

5) Sunt cynanches faucium, quarum symptomata probe perpensa clare affectionem musculorum et ligamentorum ad os hyoides spectantium denotant, videlicet dolorem ad partem superiorem laryngis, ab adtactu auctum, motumque linguae aeque ac deglutitionem laedentem. Pulchre hinc SWIETEN (comment. in aph. Boerhaavii §. 788): „Deglutitionis historia . . . docet, quam numerosi musculi ad illam perficiendam concurrant, quorum plurimi ossi hyoidi inseruntur. Si ergo inflammati fuerint quidam ex his musculis, vel convulsi, aut paralytici, patet turbari debere deglutitionis actionem, et quidem variis modis pro diversis musculis affectis, quorum usus, ex physiologicis cognitus, docere poterit, quinam ex his laesi fuerint, dum attenditur, quaenam in deglutitione perficienda inveniantur impedimenta, et quo deglutitionis tempore haec occurrant."

6) „Quidam ex iis, quorum collo et capite usus sum in publica anatome a. 1750, parvum tumorem ad sinistrum ossis hyoidis latus gerebat. Tumor per dissectionem omnino retectus, et a laevo cornu illius ossis, ad quod exterius alligabatur, solutus, *hydatidum* aggeriem repraesentabat, ultimo digiti minimi articulo non majorem. Sed illius oram cum leviter pupugissem, turbidula, quam continebat, aqua omnis continuo defluxit, vix levissima pressione adhibitâ." MORGAGNI de sed. et caus. morb. Epist. L. art. 18.

7) „*J'ai trouvé le corps de cet os gonflé et même carié dans des sujets atteints de vice vénérien; il étoit dans*

§. CXXII.

Ossis hyoidis luxatio.

Notio. 1. Quum basis ossis hyoidis cum ejus cornibus per capsulam articularem juncta sit [1]); illius ossis luxatio facile intelligitur [2]). Hic sane morbus in praesens vitae periculum adducit, quod alia-

est état dans un homme auquel j'avois donné des soins infructueux, et à l'ouverture du corps duquel j'ai assisté. Il avoit eu un mal de gorge affreux, avec expectoration de matières purulentes, mais il n'avoit éprouvé aucune altération ni dans la déglutition, ni dans la voix; l'épiglotte et la glotte furent trouvés sains, mais la membrane externe du pharynx et la base de la langue étoient ulcerées." Portal l. c. p. 260.

8) Puella Vindobonensis, basium ab amasio, qui dum ipsa cantaret retro ejus sellam stabat, accipiendi gratia, caput derepente et violenter reclinavit. Illico dolor ad superiorem laryngis partem ortus est omni mox cantandi facultate cohibitâ, ac deglutitione quodammodo impedita. Luxationis tamen nullum apparuit indicium, unde ad meram ligamentorum et musculorum ossis hyoidis *contorsionem* conclusi. Malum (primam peractionem oratorii *creationis mundi* pro tempore cum magno ejusdem auctoris et amici Haydn moerore impediens) post triduum sponte evanuit.

1) Soemmerring l. c.

2) Vix Molinelli (l. citando) assentio dicenti: „non igitur luxari os hyoides poterit ut humerus, ut digitorum phalanges, ut alia ossa, quorum articulos cavitas excipit, e qua excidunt cum luxantur. Ad ossium pubis, ad cartilaginem nasi, ad coccygis praesertim luxationes nostra haec accedere propius videtur."

aliarum partium luxationes faciunt omnino paucae, fortassis nulla. Haud multis hucusque observationibus illius existentia comprobata est, auctoribus VALSALVA [3]), MOLINELLI [4]), KANNENGIESER [5]), BERDOT [6]) et MUGNA [7]).

2. „A musculorum hypopharyngaeorum violenta distractione, qualis in majoris boli deglutitione accidit, quandoque luxantur appendices ossis hyoidis; quod ego in muliere Bononiensi a deglutitione majoris boli bovillae carnis non bene mansae observavi. Putabat mulier multisque imposuerat se divexari a bolo in faucibus haerente, quem ut inde obturbaret, varia manuum et medicamentorum auxilia tentavit, sed incassum; jam elapsum triduum erat ab eo quod ullum cibum et potum assumere potuisset; cum denique a me opem quaesivit; ego vero omnibus perpensis, cum in aliqua ex appendicibus cartilagineis ossis hyoi- Observ. VALSALVAE.

3) De aure cap. 2. No. 20.

4) Observationes aliquot obs. 1. De ossis hyoidis luxatione. Comment. Bonon. T. V. Pars altera p. 1.

5) Angina ex levi processuum cartilaginia scutiformis dimotione oborta, repositione digitis facta feliciter curata. Act. acad. nat. cur. Vol. VI. p. 312. a. 1742.

6) Observationes; — 3. angina gravis a luxatione, ut videtur, ossis hyoidis et larynge et situ inter deglutiendum dimoto. Act. Helvetica. Vol. 8. p. 197.

7) *Disfagia Valsalviana osservata due volte in un medesimo individuo.* In OMODEI *annali universali di medicina. Nov. e Dicembr.* 1828. p. 309.

dis luxationem suspicarer, partem, ut anatomica indicabat cognitio, ita digitis contrectavi, et illico per unam alteramve contrectationem, omnia in pristinam sanitatem redacta sunt, ut immediate absque ullo deglutiendi incommodo jusculum sumere et cibum mulier modo desperata potuerit."

Observ. Molinelli. 3. „Chirurgus annos agens viginti quinque, habitu corporis gracili, cum, nescio quid, manibus eripere niteretur robustioris juvenis, manum hic illius collo injecit, atque in mutua illa concertatione virium ad priorem et dextram partem vehementer pressit. Nihil postea solidi, nihil liquidi deglutire chirurgus potuit. Elapsa hora ex me consilium quaesivit. Perstabat enim ea, quam modo dicebam, deglutiendi difficultas inter summos assiduosque deglutiendi stimulos atque conatus, etiamsi nihil in os quidquam sumeret ad deglutiendum. Eaque afflictatio sic opprimebat intrepidum caeterum hominem, ut jam multo frigidoque sudore perfunderetur, et pulsus exiles fierent, nec diu ae vitam, nisi angustiae vis remisisset, omnino trahere posse affirmaret. Haud multam tamen loquendi respirandique turbatam facultatem dixerim. Larynx utique deformata nonnihil atque incomposita visa est. Tumor etiam aliquis hanc inter et musculum sternocleido mastoideum dextrum apparuit, ab eoque loco, si tangeretur, dolebat non leviter. Haec videnti mihi, diligenterque animo perpendenti, aese objecit, quam supra exposuimus Valsalvae observatio

vatio et conjectura. Sed duo faciebant ut haererem in consilio capiendo, non parum, silentium VALSALVAE videlicet de modo, quo contractationes illas suas executus fuerat, tum vero etiam noxae differentia plane evidens — si quidem in muliere, de qua VALSALVA loquitur, deglutitae bovillae carnis bolus interiores ossis hyoidis parietes comprimendo in *priorem* illud partem promoverat, secus in eo casu, qui erat prae manibus, a pressione extrinsecus habita, in *posteriorem* partem os propulsum fuisse constabat [8]). Haesitationem demum omnem sustulit instituta luxationis ossis coccygis cum hac nostra comparatio. Itaque ministro ad caput continendum proposito, dextrae manus indicem alte in fauces demisi dextram inter tonsillam et linguae basin; indicemque simul, et medium digitum sinistrae manus collo transversim admovi eo in loco, qui sedi respondet ossis hyoidis. Indice subinde, quem in fauces immiseram, os hyoides secundum ejus longitudinem in priorem partem promotum flexumque est, pressionem interea illam moderantibus ac dirigentibus extrinsecus oppositis collo digitis. Ubi id semel factum fuit continuo aeger aquae portiunculam ingerere coepit, et melius esse. Bis iteratum idem ac tertio salutem attulit, ut jam bibere, quaecunque vellet, posset ingerere et

8) Luxationis ossis hyoidis itaque duo sunt genera, anterius, posterius.

et composita appareret larynx, et sedata essent omnia. — Postquam haec scripsissem, vir se obtulit natus annos quinquaginta duo, cujus dextrae superiorique anterioris colli regionis parti cum manum quia, qua lapidem distringebat, iratus impegisset, tanta pressione illam, quanta in eo, de quo antea diximus, juvene adfecisset, deglutiendi difficultate post horas tres minime remittente nosocomium petiit. Eadem, quae juveni, curatio adhibita est, eodemque omnino exitu."

Obs. Kannengiesseri.

4. „Vir robustus per triennium gravi faucium inflammatione laboravit, nullis remediis compescenda, saepe cum febre inflammatoria mortisque periculo conjuncta. Demum praeter opinionem a morbo sponte restitutus per biennium sanitate gavisus est, ac malum se plus vice simplici sola manus adprehensione, profligare testatur. Ruborem atque faucium dolorem persentiens, intolerantia magis, quam consilio, digitis quaquaversum dimovisse laryngis caput, atque ita mox, subsequente aliquali strepitus perceptione, omnem penitus abactam fuisse faucium obsessionem, refert" [9]).

5. „Biblio-

9) Testatur vero auctor hujus observationis, se aliquoties in aliis feliciter adhibuisse hanc methodum, monens, se non dubitare in ejusmodi aegrotis, a *citata et inaequali cervicis in sua terga retorsione, ac hinc inde facta levi processuum scutiformis cartilaginis dimotione*, gutturis tumorem et doloria sensum luxationem natam esse, palam hoc ostendente strepitus per-

5. „Bibliopegus noster, ab octiduo circa aliquali laborabat deglutiendi molestia, cum faucium levi rubore, tonsillarum aliqua intumescentia et uvulae laxitate. Subito autem ultimam deglutiens prandii buccellam, coctas nimirum lactucas, vix non praefocatus, lipothymia correptus est, praevio strepitu quodam in collo, ac si quid ibidem e sede dimoveretur, et aucto in syncipite dolore. Cum chirurgo vocatus fauces lustravi, permodice rubentes et tumentes, ut molestissimam, quae tunc aderat vixque non impossibilem, non sine anxietatibus, deglutitionem aegre caperem. Inspecto autem manibusque non sine dolore tractato externo et antico collo, vidi percepique laryngem e sede dimotam, quippe quae superiori margine dextrorsum, inferiori sinistrorsum non parum inclinaret. Restituta, imperatis variis colli et linguae motibus et externa qualicunque manuum opera, in situm larynge, eaque admotis gradatim spleniolis aqua vegetominerali Goulardi imbutis, aptaque fascia firmatis, brevi melius sese habuit aeger, et convaluit, liberrime deglutiens.“ Obs. Bordoti.

6. „Vir sexaginta annorum, tendinis bovilli frustum durum deglutiens, sensum percepit ac si illud in faucibus stitisset. Mox conatus deglutiendi accessere, ita vero inanes ut nec salivae nec Obs. Mugna.

ceptione, post repositionem digitis factam, una cum morbo fugatam.

nec alterius liquidi guttam demittere potuisset. Aderant quoque angor magnus ac, sub quovis deglutitionis nisu, perceptio strepitus veluti aëris per oesophagum ascendentis. Respiratio, loquela et collum nil morbosi exhibebant. Specillum exploratorium ultra locum, in quo obstaculum haerere aeger putabat, libere perveniebat. Qui locus quum *ossi hyoidi* responderet, idea ejus *luxationis* orta est, methodo supra indicata feliciter ablata. Sic et altera vice, eodem malo sub deglutitione boli farinae zeae mays recrudescente."

Caput XXXIII.

De morbis faucium in genere.

§. CXXIII.

Praenotio. Morbi palati et veli penduli.

Praenotio. 1. Ad *morbos faucium*, *palati* videlicet, *veli penduli palatini*, *uvulae* et *tonsillarum* enucleandos nos accingimus. Qui *solitarii* sunt, in capite praesenti; qui *communes*, in sequenti de *anginis* pertractabuntur. Illorum doctrinae *praecepta faucium examen respicientia* praemittimus. — Primum probandum, num forte aeger potis sit, ita os aperire et linguam deprimere, ut partes singulae fauces constituentes, praevia corporis adversus lucem, solis vel candelae, positione, sponte

sponte in conspectum veniant et ex commodo considerari queant. Idem saepe apud parvulos infantes sub vagitus actu obtinere licet. Alias ad *speculum* seu *spatulam pro ore* [1]) (cujus caeterum vices cujuscunque cochlearis manubrium, dummodo renitens, agit) vel ad *glossocatochen* [2]) recurrendum. Interea tanta nonnullorum aegrotorum oris et faucium irritabilitas est, ut quocunque eis admoto instrumento mox in vomendi, convulsivos aliquando, conatus, omne partium affectarum examen eludentibus, incidant. Quod diagnoseos grave obstaculum, *educatione* praepediri posset [3]).

2. Natura aliquando *formationis palati* obli- Vitia congenita.
visci-

1) Paul. Aegineta lib. VI. cap. 8. — Paraeus opp. lib. VII. cap. 7. — Scultetus arm. chir. Tab. II. fig. 5. — Heister instit. chirurg. Tab. I. fig. 6.

2) A γλῶσσα lingua, et κατέχω, detineo. Lat. Linguae detentor. — Paraeus lib. VII. cap. 7. — Scultetus Tab. II. fig. 6. — Heister Tab. XX. fig. 13. Cfr. Fabr. ab Aquapendente opp. chirurgica. — Tenon *mém. sur la chirurgie et l'anatomie.*

3) De croup sermonem instituens, hirudinibus locum inter animalia domestica concedendum esse, idque non solum ut semper paratae sint, sed etiam ut infantes, in familiaritatem cum istis bestiolis veniendo, eorum in casu necessitatis adplicationi non obstarent. Nunc providentiam respectu oris aperitionis propter anginarum periculum exopto O si multum de impedimentis in cura morborum infantilium a prava vel neglecta educatione dici possent.

viscitur [4]), quo in casu aditus ad nares mox retro arcum alveolarem apparet [5]). De *scissuris palati* jam alibi mentionem injecimus [6]). Ad earum originem explicandam *ossium intermaxillarium* [7]) et evolutionis abnormis *organi olfactus* [8]) ratio habenda est. De ejus organi in palatum imperio, narium polypi, utpote ossa palati dirimentes [9]), testimonium largiuntur. Vitiis congenitis, *veli penduli scissura* [10]) et *elongatio* [11]), adnu-

4) Deficientis palati exempla obveniunt apud Malget (*Mém. de l'acad. R. des sciences, à Paris* 1735, *hist.* p. 12), Cranz (Nov. act. acad. nat. curios. Vol. I. obs. 62. p. 259), Link (ibid. obs. 103. p. 445), La Faye (*Mém. de l'acad. de chirurg. T. I.* p. 605), Flachsland (observv. pathologico-anatomicae. Rastad. 1800. obs. 11. p. 40) etc.

5) Reyger in Misc. acad. nat. cur. dec. III. an. 2. obs. 25. p. 34.

6) Cap. I. §. II. No. 4.

7) M. J. Weber *über die Zwischenkieferknochen des Menschen und über die Entstehung des gespaltenen Gaumens* (*Wolfsrachen*) in Froriep's *Notizen aus dem Gebiete der Natur- und Heilk. No.* 414. *B.* 19. *Jan.* 1828.

8) Weber (l. c.) putat: „*die Ursache der Gaumenspalte sey, in den meisten Fällen wenigstens, eine verhältnissmäsig grössere Entwicklung des Geruchorgans, d. i. des Stirnbeins und der Muskeln.*"

9) Sandifort Museum anat. Vol. I. sect. 4. p. 163. — Fritze in Loder's *Journ. für die Chirurgie B.* 2. *St.* 1. p. 24.

10) Sandifort exercitat. anatom. lib. II. cap. 16.

adnumerandae quoque sunt. Recens natorum vagitus sono inconsueto stipatus, deglutitionisque negotium laesum (lacte interdum e naribus regurgitante), faucium examen, erecto corpusculo, absolutè exposcunt. Detectâ ibi vitii uniusve alterius existentiâ, aut operationibus chirurgicis, a Gräfe [12]), Roux [13]), Dieffenbach [14]) etc. [15]) perbelle dilucidatis, aut *obturatoriis*, mox infra

11) Storch *theor. prakt. Abhandl. von Kinderkrankh. B.* 1. p. 156 („*Gleichwie starke und grosse Haasen-Schaarten den Gaumen spalten, und also ein Mangel des Gaumens mit ist: also findet sich ein anderer und zwar solcher Fehler am Gaumen, welcher dem voriger gleichsam entgegen steht; nehmlich, wenn die Haut des Gaumens sich gar zu weit in den Hals hinein erstreckt, kein Zäpfchen hat, und das Schlingen, sowohl der Milch, als anderer Speisen verhindert, dahero auch solche Kinder, als abgezehrt, in etlichen Wochen sterben, wenn man nicht durch eine Manual-Operation ihnen zu Hülfe kommen kann*").

12) *Ueber die Gaumennath*, in ejusd. et Walther's *Journ. der Chirurgie und Augenheilk. B.* 1. *St.* 1. p. 2.

13) *Mémoire sur la staphyloraphie, ou suture du voile du palais. Paris* 1825. Vers. Germ. cum notis auct. Dieffenbach Berl. 1826.

14) *Beyträge zur Gaumennath* in Hecker's *liter. Annalen der gesammten Heilk. Zweyter Jahrgang* 1826. *Febr.* p. 145. — *Ueber das Gaumensegel des Menschen und der Säugethiere* ib. *März* p. 298.

15) Alcock in *Transact. of the apoth.* etc. *of Engl. and Wales. Lond.* 1822. — Doniges de variis urano-

infra indicandis, ne infantes fame pereant, impediendum.

Veli penduli hypertrophia.

3. *Velum pendulum*, architecturae Gothorum simulacrum, habitui hominis universali respondere, ac tractatione tubarum, cantu et ventriloquorum conatibus maxime evolvi solet [16]). *Hypertrophiam*, seu conditionem carnosam et incrassatam [17]), modo e praevia phlogosi, modo sponte, modo ex vitio scorbutico [18]) adipiscitur. Effectus

raphes methodis aphorismi. Berol. 1823. — Wernicke in Gräfe und Walther Journ. B. 4. — Ebel ibid. B. 6. — Ferrier revue méd. Juillet 1823.

16) Dieffenbach über das Gaumensegel („*Der äussere Habitus des Gaumensegels richtet sich im Allgemeinen nach der übrigen Körperbeschaffenheit . . . . Uebung bildet diese Theile noch mehr aus; so findet man bei starken vieljährigen Trompetern ein besonders entwickeltes Gaumensegel . . . . . Den höchsten Grad von Dicke, Stärke und Beweglichkeit hat das Velum bei Bauchrednern . . .*").

17) Ploucquet diss. sistens memorabile exemplum dyspnoeae et dyscatabroseos hyperoicae. Tub. 1797.

18) „*La voûte du palais peut acquérir par un vice scorbutique un surcroit d'épaisseur capable de gêner la deglutition; ce vice affecte en même tems les autres parties de la bouche, qui sont alors quelquefois abreuvées d'un sang noir et dissous qui en transsude continuellement; quelquefois aussi elles s'ulcèrent et se détruisent. Alors il n'y a que les antiscorbutiques les plus efficaces qui puissent arrêter les progrès d'un tel désordre; cependant leur efficacité, dans des cas extrêmes, n'est pas aussi assurée que celui du mercure*

Effectus sunt respirationis, sermonis et deglutitionis difficultates, vix, nisi per uvulae sectionem [19]), profligandae.

4. Nonnunquam e palato proficiscuntur *excrescentiae polyposae* [20]), *fungosae* [21]), *osseae* [22]), *tumores cystici* [23]) aliique [24]). Interdum illud *cal-* Excrescentiae, tumores, calculi.

contre le vice vénérien. Il ne faut pas ignorer que plusieurs fois le voile du palais a été affecté d'ulcère vénérien dans des individus qui n'avoient d'ailleurs aucun signe pathognomonique de vérole" (Portal *cours d'anatom. medic. T.* 4. p. 505).

19) §. CXXIV. No. 3.

20) Anselin *Journ. de médec. T.* 13. p. 433. — Richter's *Anfangsgründe der Wundarzneyk. B.* 4. p. 64.

21) Ruysch observat. anatom.-chirurg. cent. obs. 48. — (Una cum carie, scalpello et cauteriis sanata) obs. 49 (sarcoma fungosum).

22) Klein in Siebold's *Samml. chir. Beobacht. B.* 2. p. 23.

23) Rudolphi *Bemerkungen für Naturforscher, Aerzte* etc. *auf einer Reise gesammelt Th.* 2. p. 196. Cfr. Sculletus armament. chir. cum observat. obs. 24. — Leveille in *recueil périod. de la soc. de méd. de Paris T.* 2.

24) „*Nous avons lié dernièrement une petite tumeur pédiculée de la grosseur d'une aveline qui avoit son siége à la voûte palatine, et qui gênait les mouvemens de la langue; lors de la chute de cette tumeur, il survint une hémorrhagie qui ne put être arrêtée que par l'application réitérée du nitrat d'argent fondu.*" Patissier in *Dict. des scienc. méd. articl. palais.*

calculos includit [25]); effectibus supra dictis similibus [26]) et manu chirurgica tollendis [27]).

Vulnera. 5. Palatum et velum pendulum utpote adversus injurias externas custodita, raro (praeter suicidium) *vulnera* exhibent. Observata tamen fuere culpâ crepundiarum [28]), baculorum [29]), fistularum tabaci [30]), artificiorum palaestricorum et

25) Nicolaus de Falconiis sermones medicinales. Venet. 1533. serm. 5. tract. 9. p. 12. — Schenk obs. med. lib. I. obs. 351. p. 400. — Jac. Eckold in Greo. Horstii opp. lib. IV. obs. 47. T. II. p. 240. — Bartholinus epist. med. cent. I. epist. 62. p. 255 et p. 684. 688 (Acus calculo pro nucleo inservierat). — Fabr. Hildanus obs. chir. cent. V. obs. 1. p. 379. — Krüger in *Hamburg. Magazin B.* 6. p. 374.

26) Adde gravem dolorem capitis in femina Hildani l. c.

27) Richter l. c.

28) „*Ein Kind fiel sich eine Blechtrompete in den Mund, und zerriss den untern Rand des Velums.*“ Dieffenbach l. c. p. 313.

29) „*Ein Mann, welcher beim Hinabsteigen in einen Graben seinen Stock zwischen die Zähne nahm, fiel vorn über und stiess sich denselben in den Mund hinein, wodurch das Velum zerriss. Bei der Untersuchung fand man den Lappen auf die Zungenwurzel herabhängend, so dass man frey in die Rachenhöhle sehen konnte.*“ Ex *revue Juillet* 1823, Dieffenbach l. c.

30) „N. N. *rauchte in einer Gesellschaft aus einer langen Pfeife; da ihn jemand zu sprechen wünschte, so verliess er in grösster Hast, die Pfeife im Munde, das Zimmer, fiel aber über die Thürschwelle und stiess sich das Mundende der Pfeife durch das Gaumensegel*

et pugnarum singularium. Cura interdum ardua [31]); quod et de palati ossei *fractura* [32]) valet.

6. Palatum aliquando *gustu* exquisito gaudet [33]); et *neuralgiae* sedem constituit [34]); quod memo- Nevroses.

durch, bis zur Basis des Schädels; wo man bei der Section das abgebrochene Ende wieder fand. Der Tod war nach mehreren Tagen erfolgt." Dieffenbach l. c. p. 34.

31) Boyer *traité des maladies chirurgicales T.* 6. p. 445. — („*Quant à la réunion des parties divisées elle présente plus de difficulté à cause de la mobilité des parties, qu'on parvient toutefois à modérer au moyen d'une plaque de plomb ou d'argent, fixée aux dents*"). Cfr. Leautand in *Journ. de médec. T.* 23. p. 367. — Schumacher *med. chir. Bemerkungen B.* 1. *No.* 84. 88.

32) Eph. acad. nat. cur. cent. I et II. obs. 135.

33) Scherr (obs. lib. I. No. 297) de colirii oculis admoti perceptione in palato narrat.

34) „*Eine Frau . . . litt periodisch an Gliederreissen und Halsschmerzen . . . Die äusserste Spitze der Uvula war stark geröthet, das Gaumensegel selbst aber von blasser Farbe; die Tonsillen waren etwas vergrössert und roth.*" Extirpatio tonsillarum et recisio partis uvulae quum pro tempore tantum levamen attulerint „*so wurden alle Gurgelwasser weggelassen und nur Bernsteinrauch durch einen Trichter in den Mund geleitet, innerlich Aethiops (antimonialis) mit Guajac gegeben, und zuletzt das ganze Gaumensegel durch Bepinseln mit verdünnter Tinctura Cantharidum in einen leichten oberflächlichen Entzündungszustand versetzt. In kurzer Zeit war die Krankheit gehoben, an der die Frau so lange gelitten hatte.*" Dieffenbach l. c. p. 311.

memores rami palatini e nervo maxillari superiori facile intelligent. Verisimiliter *spasmi musculorum* glossopalatini, levatoris et circumflexi palati nec non azygos uvulae, in *hystericarum globo*, in *affectionibus verminosis*, in *anginis*, immo in *tetano* [35]) et *hydrophobiâ* scenam ludunt. Eorum *paralysis* post apoplexias deglutitionem et sermonem procul dubio laedet. Praeter indicationes generales, *auxilia* quoque *topica*, ut *subfumigia* [36]) et *illinitiones* [37]), pro re nata *narcotica* aut *excitantia* palato ejusque velo admoveri possunt.

Varices, haemorrhagiae.

7. *Varices* in nullo alio oris loco tam frequenter observavimus quam in palato. Comparent (faucium examine non neglecto [38])) vitii plerumque haemorrhoidalis culpâ, sociis aliquando ecchy-

35) Jam Hippocrates (de morbis lib. III. cap. 12) monuit tetano laborantes, dum morituri erant, potionem, sorbitionem et pituitam per nares rejicere, *convulsis nempe pharyngis et oesophagi musculis.*

36) e. c. ex *seminibus hyoscyami* (cauta tamen), ex *succino.*

37) e. c. ope *laudani liquidi*, *tincturae cantharidum.*

38) Pro *haemoptoico* habebatur adolescens, qui jam per multos annos sanguinem, sub majori aestu, cum vitae discrimine ex ore reddiderat, sine pectoris dolore, donec depressâ specilli ope linguâ, scaturiginem profluvii in faucibus haerere intellectum fuerit, brevi collutione aluminis profligandam. J. P. Frank epitom. lib. V. Pars II. p. 152.

ecchymomatibus [39]), sub forma pustularum [40]), vesicarum [41]) et tumorum albescentium [42]), sanguinem periodice fundentium. Et *haemorrhagia palatina* ex laesa palatina arteria prope dentes majores incisivos observata est [43]). *Cura* illi reliquarum stomatorrhagiarum similis, praeter quam quod *compressio* hic difficilius locum obtinere possit.

8. Irremediabiles fornicis palati sive defectus sive scissurae (idem est ex vitio congenito, traumati- Palati obturamenta.

39) Klinge morbus haemorrhagicus maculosus Werlhofii. In Hufeland's *Journ. der pr. Heilk. B.* 5. *St.* 1. p. 156. — Plurima similia observavi exempla.

40) Exemplum refert Bündel (diss. de rarioribus quibusdam morbis et affectionibus, in R. A. Vogel *ausgesuchte kleine acad. Schriften No.* 2), viri, qui suppressis haemorrhoidibus, ad palatum, post dentes incisivos *pustulam* patiebatur, tandem sanguinem adeo copiose largientem, ut aliquando obturari debuerit.

41) Casum narrat Zettermann (diss. de haemorrhoidibus ex palato profluentibus. Erfurt. 1723) de viro, haemorrhoidibus subjecto, cui subito ad palatum nata est *vesica* sanguine plena, semperque, donec rumperetur, volumine aucta, post quod aliquot cruoris cochlearia largiebatur. Similem casum referunt Ephem. acad. nat. cur. dec. III. a. 9 et 10. obs. 118.

42) Jourdain *maladies de la bouche T.* 1. p. 435. casum ex Meeckren (obs. med. chirurg.) adducit, ubi *tumor albescens*, abscessus sub forma palatum obsidebat, qui, facta sectione, loco puris, *sanguinem* largiebatur.

43) Jourdain l. c.

matico, syphilitico) ut vel resarciantur vel obturentur exposcunt. Pro quibus casibus si, inter auctores [44]), consilium quaeris; optimum apud MAURY [45]), pro variis rerum positionibus sex obturamentorum formas indicante [46]), invenies.

Monitum. 9. Ne morbum veli penduli adesse credas, ubi id a *polypis narium* in faucibus protuberantibus protruditur [47]).

§. CXXIV.

44) A. PETRONIUS de morbo gallico 1565. — AMATUS LUSITANUS curat. med. cent. V. — AMBROS. PARAEUS opp. — HOLLERIUS ad calcem de morbis internis No. 4. — CAMPER *vermischte Schriften* No. 13. — ECKHARDT in LODER's *Journ. für die Chirurgie* B. 2. St. 1. p. 25. — FRITZE ibid. p. 25. — P. T. LEVELING *über eine merkwürdige künstliche Erzeugung mehrerer, sowohl zur Sprache als zum Schlucken nothwendiger, zerstörter Werkzeuge. Heidelb.* 1793. — LAFORGUE *l'art du dentiste* etc. p. 365. — GARIOT *traité des maladies de la bouche* etc. p. 239. — CULLERIER articul. *obturateur*, in *Dictionnaire des sciences médicales*. — ROUX l. c.

45) *Traité complet de l'art du dentiste* etc. p. 344.

46) *Obturateurs à éponge* p. 347. *Pl. XXXI. fig.* 11. — *Obturateurs à branche* p. 348. *Pl. XXX. fig.* 3. — *Obturateurs à bouton* p. 348. *Pl. XXXI. fig.* 12. — *Obturateurs à verroux* p. 349. *Pl. XXXI. fig.* 9. — *Obturateurs à ailes* p. 349. *Pl. XXXI. fig.* 1. — *Obturateurs dentiers* p. 351. *Pl. XXXI. fig.* 13. — Cfr. J. SNELL *observations on the history, use and construction of obturateurs or artificial palates. London* 1828.

47) „Tristissimum talem casum vidit celebr. BOERHAAVE

§. CXXIV.

Morbi uvulae.

1. Res extra-ordinaria est, pervulsam hanc veli penduli appendicem plurima obtinuisse nomina [1]), multos medicos ad studium adtraxisse [2]), suamque habere monographiam [3]). Literatura.

2. Uvulae autem momentum tantum non est, ut desiderari haud possit [4]), idque (nisi de- Vitia conformat.

 fectus

in homine, ad quem a chirurgo suburbano vocabatur, qui, licet caeteroquin satis peritus esset, candide fatebatur, se ignorare, quo morbo aeger decumberet. Animam fere agebat miser, jamjam suffocabundus, cumque maxillae non sine molestia diductae erant, in conspectum venit lingua, informem lividam massam carneam referens; qua depressâ, aliud occurrebat corpus, quod primo adspectu vix distingui poterat: verum patuit accurato examine, esse *velum pendulum palatinum versus anteriora pulsum, sic ut quam proxime ad dentes anteriores accederet*" (Swieten comment. in Boerhaave §. 788).

1) Uvula, uva, gurgulio, columella. Ex Foresto (obs. et curat. lib. XV. obs. 1) autem elucet, haec nomina non indiscriminatim in usum deducta fuisse: „*gurgulio*, inquit, nisi longior tenuisque fuerit *columella* nuncupatur; si vero crassior, in rotunditatem creverit, feraturque deorsum, *uva* dicitur."

2) Exemplo sunto Hippocrates de morbis lib. II. X. — Galenus de remediis cupor. ad Solon. c. 18. — Celsus de re med. lib. VII. c. 12. — Aetius tetrab. II. serm. 4. c. 40.

3) Erxelius diss. de praecipuis uvulae morbis. Erf. 1708.

4) Defectus uvulae, mihi aliquoties visus, descriptus

fectus aliis adhuc vitiis nuptus sit [5]), aut aliorum morborum sistat effectum [6])) quin deglutitio, loquela et cantus semper impediantur [7]). Velum pendulum elongatum tunc deficientis uvulae vices agere videtur [8]). Frequenter (certe non in sola Rossia [9])) *uvula duplex*, aut rectius *uvula*

est a SALMUTH obs. VI. cap. 3; — HARDER in Miscell. acad. nat. cur. dec. III. ann. 2. obs. 173. p. 262; — WEDEL ibid. dec. II. ann. 5. obs. 5; — HAGEDORN cent. observat. obs. 68; — BONET sepulchr. anat. lib. III. sect. 4. obs. 5; — SPIES diss. de deglutitione ejusque laesione §. 5. inque Act. erudit. Lips. 1717.

5) „*Ein Kind von drey Tagen bezeigte sich unruhig: da nun die erste Verordnung keine Aenderung bringen wollte, sondern dem Kinde im Säugen die Milch zur Nase heraus drang, und durch das starke Ziehen der Mutter Brustwarzen wund wurden, visitirte ich den vierten Tag den Mund und fand an dem Orte, da sonsten das Zäpfchen stehen sollte, ein Loch im Gaumen und hergegen das Zäpfchen an beiden Seiten zertheilt.*" STORCH l. c. p. 156.

6) Ex mera cynanche, absente syphilide, uvulam amissam fuisse, suborientibus sermonis et deglutitionis difficultatibus, refert P. ROMMELLI in Misc. acad. nat. curios. dec. II. a. 7. p. 400.

7) MYRRHEN in Miscell. acad. nat. cur. dec. III. a. 9. obs. 212.

8) „*Ich weiss ein Beyspiel, wo einem Kinde von Geburt an das Zäpfchen fehlte; dafür war das* velum pendulum *länger und das Kind konnte schlucken.*" CONRADI *Handbuch der pathol. Anatomie* p. 476.

9) „*Dieser Affectus* (uvula divisa) *soll nach der Relation im* Commercium litt. 1734. p. 31. *bey der Rus-*

uvula divisa seu scissa obvenit [10]). Quae sciesura modo cum illa palati societatem init, modo per se exstat [11]), vocis nasalis aliquando caussa. Et *uvulae elongatio* (duplicationem non excludens [12])) interdum congenita est [13]); tussim excitans [14]).

3. Longe

etschen Nation etwas gemeines seyn und entweder von der Empfängniss an also formirt oder durch starkes Ruffen zertheilt werden; allermassen die Natur, wie überhaupt an allen Gliedern, also insonderheit an denen zur Sprache gehörigen Organis, denen Russen besondere Stärke und Kräfte mitgetheilt." Storch l. c. p. 157.

10) Savanarola practica tract. VI. cap. 9. p. 117. — Muys prax. med. chir. ration. decad. VIII. obs. 9. — Ephem. acad. nat. curios. dec. I. ann. 2. obs. 230. ann. 3. p. 593. ann. 6 et 7. obs. 228. dec. III. ann. 2. obs. 164. — Acta acad. nat. cur. Vol. IV. obs. 103. — Comment. Petropolitan. T. III. p. 279. — Ph. Tidyman in *The Philadelphia journ. of the med. and physic. sciences edit. by* Chapman. *new series Vol.* 1. *No.* 2. *Aug.* 1825.

11) Siebold *chirurg. Tagebuch. Nürnberg* 1792. *Bemerk.* 12.

12) „Platerus in Mantissa observat. p. 82. *bemerkte bei einem Kinde von acht Tagen das Zäpfgen gedoppelt, welches auf beiden Seiten bis auf die Zunge gehangen, und wenn das Kind mit Hajähnen den Mund aufgethan, sich hinten in die Höhe und fast ganz zusammengezogen hätte; in der Mitte wäre ein schmaler Ritz am Gaumen gewesen, welcher verhindert, dass das Kind nicht wohl saugen und die Zunge nicht genugsam herausstrecken können. Die Mutter hätte*

U. along. et haemorrh.

3. Longe autem saepius uvulae *elongatio* (*hypostaphyle*, vulgo *relaxatio*, *prolapsus* [15]), causis catarrhalibus aliisque incognitis tribuenda est. Vidimus videruntque alii [16], uvulam duplex, triplex volumen acquisivisse, veramque hypertrophiam (sociâ interdum anaesthesia [17]) exhibuisse. Sed et uvula, caeterum normalis, aliquando *exerescentiis* nunc *filiformibus* [18], nunc *vari-*

sich keiner andern Ursache besinnen können, als dass sie in währendem Schwangergehen einen Zahn auf eine mühsame Art hätte ausreissen lassen, darüber sie erschrocken und etliche Tage hernach öfters mit den Fingern in den Mund gegriffen. Dieses alles sind Fehler der Natur, welche ein Medicus selten zu corrigiren vermögend ist; doch ist es nicht undienlich, wenn ihm dergleichen Begebenheiten nicht unbekannt sind." Storch l. c. p. 60.

13) Weiz in notis ad ejus versionem. Fabr. v. Hilden 600 *chirurg. Beobacht.* etc. *Flensb.* 1780. p. 240.

14) „Quibus infantibus in sugendo tussis instat, uvam majorem habere solent." Hippocrates de dentitione.

15) M. Mappe diss. de gurgulionis prolapsu. Argent. 1660. Continetur in Halleri collect. disput. ad morb. hist. et curat. T. I. p. 553.

16) Morand *opuscules de chirurgie* p. 201. — Acrel *chirurg. Vorfälle B.* 1. p. 186.

17) Acrell l. c. p. 187.

18) Behr (Rust's *Magazin für die gesammte Heilk. B.* 8. *St.* 1. p. 60) sequentem memorabilem refert casum: „*Mad. J. . . als sie im Spiegel nach ihren Zähnen sehen wollte, bemerkte einen langen Faden auf*

varicosis [19]), tentatur. Qui vitiis ejusmodi laborant,

der Zunge liegend, und suchte denselben, indem sie ihn für eine im Munde zurückgebliebene Fleischfaser hielt, mit einer Stricknadel und dann mit den Fingern zu entfernen; allein bald fühlte sie zu ihrem grossen Schrecken, dass der Faden am Gaumen festgewachsen war. . . . Ich sahe bei gehöriger Stellung gegen das Licht nichts, als dass ich den untern Theil der uvula nicht finden konnte; sobald aber die Frau durch ein Räuspern (ein Luftausstossen, als wenn man ein lautes schnarrendes R aussprechen wollte) den weichen Gaumen heftig bewegte, so sprang aus dem Schlunde ein langer, fadenförmiger Körper bis auf die vordere Hälfte der Zunge. Jetzt konnte man deutlich sehen, dass er ein enorm verlängertes Zäpfchen war. Die Uvula sahe natürlich aus . . . . allein an ihrem untern Ende schien ein langes (3 Zolle rheinisch) fadenförmiges Stück Fleisch ausgewachsen zu seyn . . . Sobald sie den Mund wieder zumachte, und nur etwas schluckte, so fiel das ganze verlängerte Zäpfchen in den Schlund zurück.“ Cfr. cum hac observatione illa *uvulae extra os pendentis*, auctore Dana (*Memoires de l'acad. R. de Turin* 1787. p. 303).

19) *Erstickungszufälle durch Entartung der Uvula hervorgebracht*, in Rust's *Magazin* B. 26. St. 3. p. 572 („*Ein kräftiger Mann wurde seit zwölf Jahren jeden Abend beim Einschlafen mit Erstickungszufällen dergestalt heimgesucht, dass seine besorgten Angehörigen stets mit Belebungsmitteln zur Hand stehen mussten, um die drohende Gefahr abzuwenden. An aller Hülfe verzweifelnd, indem er den Arzneyvorrath gegen Krampf, Congestionen, Hydrothorax u. s. w. erschöpft hatte, wandte er sich an den Kreysphysicus Dr. Helm*

rant, bolum quendam in summo oesophago habere credunt, quem frustra devorare conantur, ut hoc solo signo, sine inspectione, uvulae relaxatio cognosci queat. Praeterea uvula elongata linguae superincumbit eandemque, et quandoque oesophagum atque *laryngem*, contactu irritat. Quo ultimo in casu phthiseos laryngeae et pulmonalis [20]) nec non asthmatis symptomata oriri

in Stolpe. Die Untersuchung der Mundhöhle ergab, dass sich an der Uvula eine varicöse Excrescenz in der Länge eines Zolles, an der Basis etwa vier Linien breit vorfand, welche sich, dem Luftstrome folgend, bei der Rückenlage in die rima glottidis *senkte und diese verstopfte. Dieser Appendix ward durch die Scheere entfernt, und der Kranke ist bisher von seinem qualvollen Uebel befreit geblieben.*"

20) Legitur in GRÄFE's und WALTHER's *Journal für die Chir. und Augenheilk. B. 5. St. 2.* ex CHAPMAN *Philadelphia Journal* 1822: „*Die Verlängerung der Uvula soll nach den Beobachtungen der amerikanischen Aerzte eine häufige Ursache der Schwindsucht seyn, und letztere nur dadurch gehoben werden, dass man von der Uvula ein Stückchen abschneidet.*" Etsi nemo, sana mente praeditus, sic enuntiatae observationi fidem tribuere possit, inde nihilominus necessitas in morbis laryngis, tracheae et pulmonum, faucium examen haud negligendi magis magisque elucet. Confirmatur illa praeterea ab observatione C. S. CUYNAT: *Beobachtung einer Verlängerung des Zäpfchens, welche Zufälle wie bei einer chronischen Pneumonie verursachte* (FRORIEP *Notizen aus dem Gebiete der Natur- und Heilk. B. 6. p. 237*).

oriri queunt. Uvulâ oesophagum adtingente, sub deglutionis actu, cibus et potus facile laryngem versus deviare solent, unde tussis insultus atque suffocationis periculum [21]). Elongatio uvulae, prout sistit malum aut recens aut antiquum, diversimode curari debet. In malo recente *turgor inflammatorius*, nisi *phlebotomiâ* [22]); saltem *hirudinibus* collo appositis, *eccoproticis*, et *collutoriis emollientibus* discutiendus. In malo chronico, *atonia exsanguis*, tonicis et adstringentibus auxiliis profliganda. Inter haec, praeter obsoleta [23]), usus topicus *aquae frigidae* [24]), *pulveris corticis fructus punicae granatae* (cui in progressu aliquid *piperis* addi potest [25])), *aluminis* [26]), *acidi muriatici* [27]) et *ammoniae dilutae* [28]),

21) Sic noper in Marchione Mediolanensi sene observavi.

22) Celsus lib. VI. c. 14.

23) Juxta Mesuae consilium, capillorum fasciculus ex varice exstirpandus (Sprengel *Geschichte der Chirurgie B.* 2. p. 407).

24) Celsus l. c. 25) Riverius opp. lib. VI. cap. 6.

26) *Pulverem* vel *solutionem aluminis* cochlearculi ope uvulae admovere soleo. Dupont (*Repertorio medico di Torino No.* 56. *Agosto* 1814. p. 370) „*imaginò di far uso di una picciola pippa da fumare tabacco, di cui aveva prima otturato il conduttore, e se ne giovò come d'un bagno entro cui riuscì assai facile cosa lo introdurvi l'uvula. la quale immersa in una soluzione d'alume, non tardò a ritirarsi, ripetendo più volte al giorno questa operazione che non faceva mai durare oltre due o tre minuti.*"

tae [28]), laudem promeruit. Sub administratione ejusmodi auxiliorum, lingua, si opus sit, speculo oris vel simili instrumento [29]) deprimitur. Ubi non juvant, pars uvulae propendulae *forfice*, chirurgiae juxta leges [30]), auferenda. Verum ne quid nimis! nam resarcitio partis amissae neutiquam expectanda est, et ex uvula sic deficiente facile sermonis et deglutitionis impedimenta sequuntur. — Tandem et *haemorrhagiae* praesto est periculum [31]); quae aliàs sponte quoque [32]) et

27) J. B. Jäger *vermischte chirurg. Cautelen für Wundärzte* 1788 *B.* 4 (Cum melle penicilli ope uvulae illinitum).

28) Muys obs. decad. dec. II. obs. 9.

29) Describitur a Fabr. Hildano cent. II. obs. 22.

30) Olof Acrel *chirurg. Krankengeschicht. A. d. Schwedischen* 1772. et *chirurg. Vorfälle. Götting.* 1778. — Desault *chirurg. Nachlass. A. d Franz. B.* 2. *Th.* 3. — Fritze *med. Annal. B.* 1. *Leipz.* 1781. — Percy *sur les ciseaux. Paris* 1785. — Alix observata chirurgica. Francf. 1788. — Richter l. c. p. 86. et *chirurg. Biblioth. B.* 6. p. 63. — Bell *system of surgery Vol.* 4.

31) Hoc periculum jam Hippocrates cognoverat, dum ait: „Ubi gurgulliones cum periculo secantur et scarificatione aduruntur, quoad rubri magnique fuerint: inflammatio enim supervenit et *sanguinis fluor*“ (Progn. text. 24). Galenus in Comment. hujus loci, verba Hippocratis explicans, dicit gurgulionem inflammatione laborantem non esse praescindendum, aut scarificandum, sed ea tantum sedanda, ita ut para superior saltem extenuata sit. — Altera cautio desumitur

et inprimis ex varice cum haemorrhoidibus nexum habente [33]), obvenit, ut reliquae stomatorrhagiae curanda.

§. CXXV.

ex Paulo Aegineta (lib. VI. cap. 31), ut scilicet columella ferro non adtingatur, quando livida aut subnigra est. Hujus operationis feliciter peractae exemplum habemus, apud Amatum Lusitanum (obs. 65. cent. III) in quodam studioso, qui gurgulionem habebat lori modo oblongum et exsanguem; cui quum nulla remedia profuissent, portio ejus superflua forficibus praecisa est, et illico oleo vitrioli contacta, sicque aeger ab eo incommodo liberatus est.

32) „*Un homme que je soignois, atteint d'une inflammation catarrhale avec gonflement de la luette, perdit spontanément une quantité énorme de sang par ses vaisseaux; on l'arrêta enfin avec la poudre de vitriol.*“ Portal l. c. p. 507.

33) „*Ein Tagelöhner der sich beim Holzfällen erhitzt hatte, bekam des Abends bei seiner Nachhauskunft einen heftigen Blutsturz aus der Nase und Mund. Der Verlust betrug wenigstens zwey Pfund . . . Der übrigens sehr gesunde Mann hatte bei dem Blutverluste, so wenig als vorher, weder Brustschmerz, noch Husten, noch Brechen gehabt. Das Blut war ihm wie aus einer Sprütze zum Munde heraus gekommen. Die schnarchende Sprache des Kranken und das Gefühl eines fremden Körpers im Schlunde, der den Athem beengte, veranlassten den Arzt die Rachenhöhle zu untersuchen, und er fand die Uvula zur Grösse eines kleinen Taubeneies angeschwollen. Vor der Blutung hatte der Kranke keine Spur von dieser Anschwellung gehabt. Früher war er zuweilen mit dem Goldaderfluss behaftet gewesen. Zusammenzie-*

§. CXXV.

Morbi tonsillarum.

Vitia congenita.

1. *Tonsillae* [1]), praeter *defectum* [2]) et *hypertrophiam* [3]) (vocem inquinantem et deglutitionem laedentem) vix alia *congenita* exhibent *vitia*.

Calculi.

2. Crescente aetate interdum *calculos*, a magnitudine lentis ad eam fabae, coloris saepe cinerei includunt [4]); ex quibus durities tonsillarum, aliquando saxea [5]) explicari potest. Calculi hujusmodi, analysi chemicae submissi, phosphatem calcis et ammoniae, carbonatem calcis, mucumque foetentem exhibuerunt [6]).

3. Quo

hende Gargarismen beseitigten schnell (!) das Uebel" (Rust's *Magazin B.* 18. *Heft* 2. p. 340).

1) Graec. ἀντιάδες, ceu organa glandulosa. Latinis tonsillae, barbaris vulgo *amygdalae* dicuntur. Riolanus anthropolog. lib. IV. cap. X.

2) Salmuth obs. VI. cap. 3.

3) „*Je connais à Paris une famille dont tous les individus ont par première conformation ces glandes très-grosses.*" Boyer *traité des maladies chirurgicales T.* 6. p. 429.

4) Marcel. Donatus lib. IV. c. 30. p. 578. — Schenk obs. med. lib. II. obs. 2. p. 4. — Lang epistol. medic lib. II. No. 57. — Kentmann de calculis p. 3. — Miscell. acad. nat. curios. dec. II. ann. 8. obs. 151. — Schurig lithologia cap. II. §. 14. p. 106. — *Mém. de l'acad. de chirurgie T.* 5. p. 461.

5) Arnaud *mémoires de chirurgie. Londr.* 1768. p. 792.

6) *Examen d'une concrétion des amygdales, survenue chez*

3. Quo minor est numerus morborum tonsillis propriorum, eo major illorum, quos cum reliquis faucibus communes habent. Inter illos invenientur, qui partis affectae exstirpationem exposcunt. Alii morbi.

4. Perficitur autem *tonsillarum exstirpatio* [7]), per *caustica* [8]), per *ligaturam* [9]) et per *excisionem* [10]). Excisio, etsi haemorrhagiae majori periculo stipata [11]), omni tamen aliae operandi rationi anteponenda est [12]). T. exstirpatio.

CAPUT

un individu atteint d'une angine tonsillaire très intense; *par* LANOIER. *Journ. de chimie médicale, Mars* 1826.

7) Ait CELSUS (de re medica lib. VII. cap. 12): „Tonsillae autem, quae post inflammationem induruerunt, cum sub levi tunica sint (!), oportet digito circumdare et avellere; si nec sic quidem resolvuntur, hamulo excipere et scalpello excidere."

8) SEVARINUS de efficaci medicina pyrotechnica. Francf. 1671. lib. II. P. I. cap. 25. — R. WISEMAN *several chirurgical treatis. Lond.* 1676.

9) SHARP *operations T.* 12. — LE DRAN *opérations de chirurgie Tab. IX.*

10) BARTRAND, MOSCATI (duce LOUIS), CAQUÉ in *Mém. de l'acad. de chirurg. T.* 5. — CL. N. LE CAT *mémoire sur l'exstirpation des amygdales* in *Journ. de méd. T.* 2. p. 115. *an.* 1755. — N. PERREN *diss. sur la récision des amygdales. Paris an. XIII.*

11) „Certior factus sum, inquit MORGAGNI (de sed. et caus. morbor. epist. L. art. 26), quanto in periculo, ob nimiam vix tandem cohibendam sanguinis profusio-

Caput XXXIV.

De anginis.

§. CXXVI.

Definitio. Etymologia. Synonyma. Literatura. Divisio.

Definitio. 1. Partium fauces constituentium, vel omnium vel peculiarium, rubor, tumor, erosio, aliquando collapsio, deglutitionem plus minusve impedientes, *anginam* efficiunt.

Etymologia et synonyma. 2. *Anginae* vocabulum potius a verbo *angere* (quod graeco ἄγχειν, strangulare, respondet, quippe aegrotis hoc morbo laborantibus fauces laquei instar occluduntur [1]), quam ab illo *augere* (quod fauces augentur) derivandum esse putamus. Simplici illo vocabulo Latini vocarunt morbos partium omnium supra ventriculum et pulmo-

nem nonnulli fuerint ex iis qui passi sunt sibi tonsillas eximi." Quae verba a terribili exemplo a Cheselden enarrato confirmantur.

12) Sic sentiunt principes chirurgorum, inter quos Richter *Anfangsgr. der Wundarzneyk. B. 4. Kap. 4. §. 103.* et Boyer op. c. p. 431.

1) Unde Plautus: „vellem me in anginam verti, ut huic aniculae fauces praeoccuparem." Huc facit quoque allusio Festi (de angina): „*anginam*, inquit, *vinariam* habere dicuntur, qui vino suffocantur."

pulmones facentium, quatenus deglutitionem et respirationem laedunt. Verum apud Graecos, recentiores inprimis, major nominum diversitas occurrit [2]) et conspicua confusio, idque potissimum respectu vocabulorum *Synanches* (fortassis quod creditum est sues praecipue hoc morbo laborare), *parasynanches* (constat praepositionem *παρὰ*, morborum nominibus praefixam, eorundem minorem intensitatem frequenter significare) et *cynanches* (vel etiam *lycanches* eo quod aegri canum et luporum instar aestu nimio sitientium linguam exserere imaginabantur). Ne ex diverso sensu istis vocabulis (in linguas plurimas nostri quoque aevi translatis [3])) alligato, auctorum huc spectantium vete-

2) Hinc Celsus (op. c. lib. IV. c. 4) dixit: „Nostri anginam vocant: apud Graecos nomen prout species est."

3) Ital. *Angina, schieranzia, scaranzia, scheranzia, scremenzia, squinanzia, infiammazione della gola, mal di gola, mal di canna.* Gall. *Angine, esquinancie, mal-au-cou, trousse-galant, étranguillon, prunelle, mal de gorge.* Angl. *Quinsey, quincy, quinzy, squinancy, squinsy, dog-choak, sore throat.* Hispan. *Esquinancia, esquinencia, mal de garganta, garotillo; et* Lusitan. *Esquinancia, Esquinencia.* — German. *Bräune, Halsweke, böser Hals, Halsentzündung;* immo Westhoven (l. citando p. 16) ipsum anginae nomen a vocabulo teutonico *Anigung* sive *Engung* repetendum esse censet! — Belgic. *Bruine, Halsziekte, Keelontsteeking, Kwaadekeel, Keelziekte, Worg, Worggezvel, Worgeuvel, Worgkeel, Zeere-*

veterum (inter quos Caelius Aurelianus [4]) eminet) studium impediatur; Swietenius, illorum vocabulorum *synonymiam* non, ut modo suadetur [5]), oblivioni tradidit, sed in magnum discentium commodum illustravit [6]). Ita quoque Gruner [7]). Opus autem viri docti non omnino absolverunt. Maxima confusio ex eo emergit, quod auctores nomen *anginae* ad morbos laryngis, tracheae [8]), pharyngis et oesophagi extenderint. En cur toties de anginis *sine ullo signo conspicuo* loquantur, curque ipse Swietenius, praeeunte Hippocrate, (de angina ex luxatione vertebrarum

keel. Dan. *Halsbrynde, Halsbetaendelse, Halspine, Halsvee, Halssyge.* Suec. *Halssjuka, Halstäppa, Halsbränna.* Island. *Kverka bólga edr main, og Halsbólga.* Polon. *Ból garła, garła bolenie.* Ung. *Toreckgyeck.*

4) Acuti morbi III. I. p. 179. edit. Amman.

5) Valent. ab Hildenbrand instit. pract. med. T. III. p. 134.

6) Comment. in Boerhaave T. II. §. 783.

7) Morborum antiquitates. Vratislav. 1774. p. 245.

8) Vere Reil (l. citando p. 379): „*Die Wege des Schlingens sind ganz andere Organe, als die Wege des Athmens, die Entzündung beider Theile haben verschiedene Symptome und Ursachen, einen verschiedenen Verlauf, und müssen jede nach ihrer Art behandelt werden.*“ Quam ob rem etiam illustr. Harless (*neues prakt. System der speciellen Nosologie Coblenz* 1824. 1. *Hälfte* p. 440) inflammationem organorum deglutitionis ab illis respirationis omni jure separavit.

brarum colli) *dysphagiam*, *anginam convulsivam* salutaverit [9]). Nos *anginae* nomen pro *faucium* inflammationibus et ulceribus designandis retinuimus, quia usitatissimum est. Quodsi *cynanchen*, *synanchen*, *isthmitidem*, *empresma*, *paristhmitidem* etc. ei substituere placeat, esto; dummodo haec vocabula ad morbi *species* (respectu sedis peculiaris, indolis et magnitudinis) definiendas non adhibeantur; enim vero non solum „nihil refert, speciales differentias proprietate nominum separare“ [10]), sed magna inde quoque oritur confusio.

3. *Literatura anginae* bifaria; altera *genus*, altera *species* morbi respicit. De illa, praeter dissertationum inauguralium auctores [11]); bene me- Literatura.

9) l. c. §. 818.

10) Sunt verba ipsius Caelii Aureliani.

11) Horst diss. de angina. Helmst. 1589. — Berdumphel diss. de angina. Basil. 1598. — Beaufort diss. de angina. Basil. 1606. — Barth diss. de angina exquisita non maligna. Basil. 1607. — Ebernard diss. de angina. Basil. 1611. — Heurnius diss. de angina. Lugd. Bat. 1613. — Bohemus diss. de angina. Basil. 1614. — Glucksradt diss. de angina exquisitissima. Marb. 1614. — Chemielecius diss. de angina. Basil. 1621. — Fabricius diss. de angina. Rostoch. 1626. — Varus diss. de angina. Jen. 1628. 1634. — Zeidler diss. de angina. Lips. 1631. — Spindler diss. de angina. Basil. 1634. — Gerner diss. de angina exquisita. Argent. 1638. — Tetterode diss. de angina. Leid. 1647. — Schmel-

meruere: Sydenham [12]), Ettmüller [13]), Fr. Hoff-

linо diss. de angina. Altd. 1650. — Egoebert diss. de angina. Leid. 1655. — Fierlink diss. de angina. Leid. 1657. — Langius diss. de angina. Lips. 1661. — Schenk diss. de angina. Jen. 1661. — Eglinger diss. de angina. Basil. 1661. — Gudenus diss. de angina. Argent. 1663. — Bauhinus diss. de angina. Basil. 1664. — Schneider diss. de angina. Witteb. 1666. — Ram diss. de angina. Lugd. Batav. 1668. — Schuol diss. de angina. Leid. 1669. — Verbosch diss. de angina. Lugd. Bat. 1672. — Van der Veeken diss. de angina. Leid. 1674. — Baertscheer diss. de angina. Harderovic. 1675. — Schultze diss. de angina strangulationem aemulante. Altd. 1677. — Crause diss. de angina. Jen. 1678. — Brover diss. de angina. Ultraj. 1684. — Heinsius diss. de angina. Gröning. 1687. — Wasteau diss. de angina. Leid. 1689. — Berger diss. de angina. Witteb. 1691. — Bohn diss. de angina. Lips. 1696. 1709. — De With diss. de angina. Leid. 1696. — Vogel diss. de angina. Leid. 1697. — Cotting diss. de angina. Duisb. 1705. — Wedel diss. de angina. Jen. 1706. — Gerder diss. de angina. Francf. 1706. — Rivinus diss. de angina in Collect. diss. Lips. 1710. — Bommelaar diss. de angina. Lugd. Bat. 1711. — H. W. v. Westhoven diss. de angina. Lemgoviae 1718. — Dethardino diss. de cynanche. Rostoch. 1723. — Deprá diss. de angina. Erford. 1727. — Luther diss. de indole et cura anginae. Erf. 1732. — Hilscher diss. de angina. Jen. 1743. — Büchner diss. de gravissima anginae specie, cynanche. Hal. 1746. — Scheffel diss. de angina. Gryphswald. 1756. — Westphal diss. de angina. Gryphswald.

HOFFMANN [14]), SWIETEN [15]), HUXHAM [16]), D. MONRO [17]), PRINGLE [18]), MEAD [19]), SIMS [20]), GRANT [21]), CULLEN [22]), R. A. VOGEL [23]), STÖRK [24]), STOLL [25]), QUARIN [26]), BURSERIUS [27]), J. P. FRANK [28]),

1764. — SCHROETER diss. de angina. Rinteln 1775. — HOLLAND diss. de cynanche tonsillari. Edinb. 1776. — SCHMID diss. de angina. Viennae 1781. v. EYEREL collect. diss. Stollii T. III. — MERKX diss. de angina vera ejusque cura. Lugd. Bat. 1785. — VAN DER BELEN diss. de angina. Lovan. 1786. — WALLACE diss. de angina tonsillari. Edinb. 1787. — SERVAES diss. de angina vera et inprimis ejusque curatione. Duisb. 1791. — MURRAY diss. de cynanche. Edinb. 1793. — ENGELHART diss. de angina tonsillari. Lugd. 1799. — PENDRIS diss. de cynanche tonsillari inflammatoria. Duisb. 1810.

12) Opp. omn. sect. VI. 13) Opp. omn. de angina.

14) Syst. med. rational. T. IV. sect. 2. cap. 4.

15) l. c. 16) Opp. phys. med. T. I.

17) *Beschreibung der Krankheiten in den Brittischen Feldlazarethen. A. d. Engl. Altenb.* 1766.

18) *Observations of the diseases of the army.*

19) Monita et praecepta medica cap. 4.

20) *Obs. on epidemical disorders. Lond.* 1774.

21) *Neue Beobachtungen über die ansteckenden Faul-, wie auch über die epidemischen Catarrhalfieber. A. d. E. Leipz.* 1788.

22) *First lines of the practice of physic. Vol. I. chap.* 5.

23) De cognosc. et cur. corp. hum. affect.

24) Annus medicus I et II. 25) Rat. med. sect. VI. VII.

26) Animadv. pract. in divers. morbos T. I. cap. 14.

27) Institutiones etc. Vol. III. cap. 17.

FRANK [28]), S. G. VOGEL [29]), REIL [30]), V. AB HILDENBRAND [31]), RAIMANN [32]), BERENDS [33]), W. SACHSE [34]) etc. [35]) — bene meruere, inquam, nam maxime laudabile existimamus morbos populares studio prosequi [36]).

Divisio. 4. Quum inflammatio veli penduli palatini (*hyperoonitis*), uvulae (*cionitis, staphylitis, uvulitis*) et tonsillarum (*antiaditis* [37]), *antiadoncus, paristhmitis*) plus minus junctim obveniant atque eadem circiter ratione curentur; utilitati therapeuticae praecipue studentes, anginas potius juxta *indolem* quam juxta *sedem* divisimus; descriptas jam *anginas exanthematicas* [38]), *mercuriales* [39]) et

28) Epitom. etc. T. II.

29) *Handbuch der* pr. *Arzneiw. Th.* 4. *Kap.* 8.

30) *Ueber Erkenntn. und Kur der Fieber B.* 2. *Kap.* 10.

31) Instit. pract. med. T. III.

32) *Handbuch der speciell. med. Pathol. und Therap.* 3. *Aufl. B.* 1.

33) *Vorlesung. über die pr. Arzneiw. Th.* 3.

34) *Ueber Angina. Berlin* 1828. Et *Med. chir. Encycloped.* art. *Angina.*

35) *Dictionnaire des scienc. méd.* art. *Angine.*

36) Nimis vere STOLL, ubi ait (l. c. sect. VII. p. 475): „Plures sunt morbi, qui, quo magis obvii vulgaresque sunt, eo minori cum attentione tractantur."

37) Tonsillae graecis ἀντιάδες, ceu organa glandulosa dicebantur.

38) Editionis novae P. I. Vol. III. sect. I. cap. I. De scarlatina. cap. II. de morbillis. cap. III. de rubeola et cap. IV. de variolis.

39) Cap. VI. §. XXVIII.

et infra describendam *anginam aphthosam*, silentio praetereundo.

§. CXXVII.

Angina traumatica.

1. *Angina*, quae noxis fauces directe laedentibus ortum debet, *traumatica* dicenda. Definitio.

2. *Noxae* ejusmodi sunt: impetus reiterati tussis et vomitus, inprimis materiae acerbae; oratio protracta [1]), clamor, cantus [2]), tubarum fistularumque inflatio; violentiae externae [3]); ambustiones [4]); corpora extranea faucibus inhaerentia [5]), ut ossicula [6]), aciculae [7]), spinae [8]), hirudo [9]); Noxae.

1) Non absque veri specie ergo simulabat hunc morbum Demosthenes, dum postquam praecedenti die Milesiorum postulatis acriter respondisset, coram populo Atheniensi verba faciens, sequenti die lana multa collum cervicesque circumvolutus prodit, dicens, se synanchen pati. Scite tamen unus de populo, fraudem suspicatus, exclamavit, illum non synanchem sed argyranchem pati, dum pretio corruptus contra Milesios dicere nollet. A. Gellii noct. attic. lib. II. c. 9.

2) Angina, communissimum cantatorum flagellum, inprimis aevi nostri, quo cantus, culpa praesertim *Rossini*, saepe in ejulatus conversus est.

3) Tode *med. chir. Biblioth. B.* 9. p. 560.

4) *Angina encaustica* Harlessii (*neues prakt. System der Nosologie Th.* 1. p. 444).

5) *Angina biastica* Harlessii (l. c.). *Cynanche a deglutitis* Ettmülleri et Sauvagesii (nosol. method. ord. III. class. 3. gen. 20. spec. 11).

6) Fabric. Hildanus obs. cent. V. No. 35. — Storch

rudo [9]); dentitio potissimum tarda et difficilis [10]); calculi linguae [11]) aliique [12]) (quatenus ipsius phlogoseos non sistunt effectum [13])), collutoria acria, helleborus albus [14]), oleum croton [15]), vapores minerales [16]).

3. Angi-

zweyter med. Jahrg. p. 88. — Nov. act. acad. nat. curios. Vol. III. obs. 67.

7) Fabric. Hildanus l. c. cent. VI. No. 34. — Verduc *traité d'opérat. de chirurg.* vide Halleri bibliotheca chirurg. T. I. p. 498.

8) Deliciae medicae et chirurg. vide Haller l. c. p. 562. — Hollerius observatio ad calcem lib. I. de morbis internis. — Forestus lib. XV. de muliere, cui in tonsillis spina piscium inhaerebat, pene suffocationem inferente. — Zecchius consult. med. No. 59. — Riedlin millenar. No. 436. — Fordyce *new inquiry into the fevers*, App.

9) Hellwig obs. phys. med. Vindob. 1680. obs. 61.

10) Weis epistol. de anginos. juvenum passionibus ex tarda et difficili eruptione dentium sapientiae. Lips. 1776.

11) Bonavert *an account of a stone bred at the root of the tongue, and causing a quinsy. Philos. transact. y.* 1698. p. 440.

12) Cap. XXXIII. §. CXXIII. No. 4.

13) §. CXXXI. No. 3.

14) „Ex purgantibus, elleborus albus specifica quasi indole petit fauces et strangulationem facit.“ Fr. Hoffmann l. c. §. 7.

15) J. Frost *vom Einflusse des Krotonöls auf die Schlingwerkzeuge* ex *Lond. med. and phys. journal. Vol.* 58. p. 49, in *Magazin der ausländ. Literat. der gesammten Heilk. von* Gerson 1827. *Nov. Dec.* p. 473.

3. Anginae sic excitatae, nullo praeeunte symptomate prodromo, extemplo ingruunt, dolore pro re nata pungente, ardente, rubore et tumore (latens corpus delicti interdum occultante), nausea, conatibus vomendi et deglutiendi hisque involuntariis dolentissimisque, aliquando cum periculo suffocationis. Febris ocyus serius inprimis in hominibus plethoricis et sensibilibus supervenit. Superveniunt, quoque sic malum in longum trahatur, tumores glandularum salivalium et lymphaticarum colli. Symptomata.

4. *Angina traumatica* neutiquam cum *dysphagia* a vitiis localibus pharyngis et oesophagi aut partium eis contiguarum confundenda est [17]). Ecce cur ex anginarum tractatu tam *ossis hyoidis luxationem* [18]), quam *vertebrarum colli affectiones*, famosae *anginae* Hippocratis ansam praebentes [19]), exclusimus. Diagnosis.

5. *Prognosis* anginae traumaticae generatim bona, nam etiam ubi caussa mali directe abigi nequit, vomitus spontaneus, aut subsequens suppuratio, tale praestare solent beneficium. Aliàs, relicto scilicet in abscessu corpore extraneo, *exulceratio* expectanda; quae in hominibus jam antea Prognosis.

16) Scheffler *von der Gesundheit der Bergleute.*

17) Contra Sauvagesium l. c.

18) Cap. XXXII. §. CXXII.

19) Sectione proxime sequenti hoc illustrabitur memorabile argumentum.

antea labe aliqua mulctatis, characterem, pro re nata, scrophulosum, cancrosum, scorbuticum induere potest.

Cura. 6. Corpora peregrina faucibus inhaerentia *hamulo* [20]), et, si fuerint ferrea, *magnete* [21]) extrahenda, atque hirudo *collutorio cum sale culinari* necanda. Si vero morbi caussa transiisset, aut, sine magna irritatione, abigi nequiret, saltem *ejus effectus temperandi.* Itaque si febris (*hîc* certe secundaria) adsit, *phlebotomia* una alterave celebranda, aliàs *hirudines* collo admovendae et semper *regimen antiphlogisticum*, una cum absoluto *silentio*, imperandum. Fauces recenter vulneratae *collutoria frigida* admittunt [22]). In provectiori morbo, vel praegressis noxis rodentibus, ad collutoria *emollientia tepida* [23]) atque *linctus mucilaginosos* [24]) confugiendum. Malo jam in suppurationem aut exulcerationem commutato,

20) Fabr. Hildanus l. c. cent. VI. No. 34.

21) Varduc l. c.

22) Sydenhamus (sect. VI. cap. 7) monuit, gargarisma mollissimum ex albumine ovorum, aquis stillatitiis plantaginis, rosarum et spermaceti ranarum et saccharo paratum, non vulgari modo usurpandum esse (fortiter gargarisando), sed absque illa agitatione ore continendum esse, *donec incalescat, deinde exspuendum* et repetendum subinde.

23) Ex herba malvae, radice altthaeae, melli et aquae nupto.

24) Ex mucilagine gummi arabici, oleo amygdalarum dulcium, syrupo violarum.

mutato, in reconditum forte adhuc corpus extraneum sedulo inquirendum [25]) et ablutionibus, ne ciborum reliquae in locis exesis remoram faciant, impediendum.

§. CXXVIII.

Angina catarrhalis.

1. *Angina*, vicissitudinum atmosphaerae soboles, cum tumore membranae mucosae fauces, praecipue tonsillas, obducentis, copiosâ muci secretione, difficultate deglutiendi, doloris rationem excedente, stipata, *catarrhalis* nuncupatur [1]). Definitio.

2. Illustrata est a DE MEZA [2]), NILASIT [3]), ELSNER [4]) et EMANUEL [5]). Literatura.

3. Morbus levi incipere solet febricula, horis vespertinis potissimum obvia, quae apparentibus mox deglutitionis impedimento et dolore ad Symptomata.

25) Sapienter RICHTER (*Anfangsgr. der Wundarzneyk. B. 4. p. 61*): „*Es ist daher immer rathsam, Geschwüre am Gaumen, besonders wenn sie fistelartig sind, genau zu untersuchen; denn alles kommt in dem eben angezeigten Falle darauf an, den fremden Körper zu entdecken und auszuziehen.*“

1) *Synon.* Angina lymphatica. A. notha. A. oedematosa. A. catarrhosa tenuis.

2) Acta R. soc. med. Havn. Vol. II. p. 326.

3) Diss. de angina speciatim mucosa. Harderov. 1787.

4) Diss. animadversiones ad anginam praesertim catarrhalem. Regiom. 1792.

5) *Observation sur la cure d'une angine catarrhale.* SEDILLOT *rec. périod. de la soc. de méd. de Paris T. 26.*

ad alterutram, plerumque sinistram [6]) tonsillam, modo cessat, modo pergit. Tonsilla affecta tumet hucque illuc excavationes muco albo repletas, locis intermediis rubore solito majori notatis, offert. Progrediente morbo velum pendulum pallido rubore obducitur. Uvula plerumque elongata est, aliquando potius rotunda et pellucida [7]). Magnus observatur undique muci et salivae [8]) proventus, quae saliva, quum non nisi aegre deglutiri possit, exscreationem frequentem, molestam saepeque tussim excitat [9]). Dolor faucium modicus est, nisi sub deglutitionis negotio, idque inprimis si tonsillae utrimque laborent. In multis glandularum cervicalium, maxillarium et quandoque parotidum [10]) tumor cernitur.

Caussac. 4. Angina quidem catarrhalis nulli aetati, sexui

6) Sic observationes Monteggiae, G. H. Kopp (*die Verschiedenheit zwischen der rechten und linken Seite beim Menschen.* in Hufeland's *Journ. der pr. Heilk.* 1827. *St.* 2. p. 8) et propriae docent.

7) „Quando gurgulio aqua repletur, ejusque pars extrema rotunda et pellucida fit." Hippocrates de morbis lib. II. cap. 10.

8) „Tonsillae autem, et partes sub lingua sitae, gingivae et lingua et quaecunque hujusmodi hoc loco consistunt, illae omnes partes a pituita aegrotant." Hippocrates l. c. cap. 3.

9) Riverius prax. med. lib. VI. cap. 7. — Hercul. Saxon. praelect. pract. Part. I. cap. 9.

10) Elsner historia literaria anginae catarrhalis externae. Regiom. 1788.

sexui et constitutioni corporis parcet; sed maxime aggreditur infantes, pueros, sexum sequiorem hominesque debiles, pallidos, leuco-phlegmaticos, scrophulosos, eosque qui haud dudum scarlatinam, morbillos aut quondam syphilidem perpessi et mercurio usi sunt. Grassatur potissimum sub pluviosa et austrina aëris [11]) constitutione, tempore hiemali [12]). Excitatur a refrigeratione corporis, pedum inprimis, a mora et somno in cubiculis humidis, praesertim recenter dealbatis [13]).

5. Ne ruborem morbosum faucium propter mucum eas obducentem praetervideas! Veteres, anginam catarrhalem, *oedematosam* vocando, aic phlogo- Diagnosis.

11) Sturm diss. aër anginae causa efficiens. Alid. 1699.

12) Pulchre hoc exprimit Quintus Serenus, medicus poeta, ubi ait (medicina):

„Agreseunt tenerae fauces, cum frigoris atri
Vis subiit, vel cum ventis agitabilis aër
Vertitur; atque ipsas flatus gravis inficit undas;
Vel rabidus clamor fracto cum forte sonore
Planum radit iter. Sic est *Hortensius* olim
Absumptus: causis etenim confectus agendis
Obtecuit: cum vox domino vivente periret,
Et nondum extincti moreretur lingua diserti."

13) „Sic, experientia teste, funesta saepe faucium inflammatio accidit iis, qui conclavia calce recenter inducta inhabitant in iisque dormiunt, quo quidem aliquando plures simul infantes enectos esse novi ego, ac idem notabili exemplo confirmat Tulpius lib. III. cap. 40." Fr. Hoffmann l. c. §. 7.

phlogosin praetervidisse putant, qui, ab illis qualemcunque tumorem *oedema* dictum fuisse [14]), ignorant. Nosse juvat, symptomata anginae catarrhalis, prout affectio e faucibus ad nares, sinus frontales, maxillares et sphenoidales, ad epiglottidem, laryngem, tracheam, bronchia, pharyngem, oesophagum et intestina proserpit, ampliari. Immo tempore ubi illae anginae grassantur, alii coryza, alii capitis dolore obtuso, alii tussi aliique dyspepsia aut diarrhoea laborare solent.

Prognosis. 6. Ex facili propagatione morbi faucium ad partes nobiliores intelligitur, anginam catarrhalem, etsi per se periculo expertem, perfectam tamen haud semper conciliare securitatem. Immo apud infantes, quin morbus ad partes nobiliores, e. c. ad glottidem [15]), propagetur, ipse jam tonsillarum tumor, una cum muco faucium isthmum occludente, suffocationem afferre potest. — Proclivitas ad *suppurationem* hoc nostro in morbo, nisi ad phlegmones gradum forte evecto, non observatur. More solito tertio, quarto, septimo die terminari solet, inprimis si febricula, faucium affectione comparente, mox evanuerit. Aliàs ad secundam hebdomadem protrahitur, quo in casu,

14) Swieten l. c. §. 112.

15) Bouillard in *Archives générales de médecine T.* 7. *Février.*

casu, si *crisis* per sudorem [16]), urinam, salivationem [17]), locum haud obtinuerit, *tonsillarum* vel *induratio* [18]), vel *erosio* [19]) expectandae sunt, idque inprimis in hominibus qui jam semel eundem morbum perpessi erant, aut scrophulis, scorbuto laborant. Observatu porro dignum est nobis, post anginam catarrhalem affectionem diuturnam laryngis et tracheae, screatione continuâ, frequentique raucedine et tussi stipatam, obvenisse [20]). Ut ut felix sit anginae catarrhalis exitus, inevitabilis inde manebit *reditionis proclivitas*. Sunt qui quotannis, vere et autumno, anginae catarrhali obnoxii fiant.

7. His quondam hirundinum esus commendabatur [21]). Caveant potius ab aëre frigido, ab humi- Prophylaxis.

16) Apud Büchner (Miscell. phys. med. T. II. p. 1396) omnes fere anginae sudore terminabantur.

17) Sims l. c.

18) Maxime sequitur tonsillarum induratio, „dum perversa medela tractatur morbus, vel non satis cavetur aëris frigidi ad haec loca inflammata aditus.“ Swieten l. c. §. 817.

19) Ranoe adnotata medico practica. Kopenhag. 1779.

20) In mercatore Vindobonensi, quadraginta annorum, qui die 4. Julii 1829. meum Novocomii expetiit consilium.

21) Celsus testatur, quod vulgo audiverit, angina toto anno non periclitari, qui *hirundinis pullum* comedisset, imo et pulli hirundinis cum sale combusti carbonem, mulsa dilutum, prodesse. Id cum idoneos authores ex populo habeat, neque habere quidquam pe-

humiditate, cooperiant probe corpus, inprimis noctu, evitentque ejulatus atque spirituosa. Sunt interea casus tantae faucium laxitatis, ut nihil securius periculum anginae habitualis antevertat, quam *collutoria* cum *alcohol* [22]), *cinchonâ* [23]), *alumine* [24]) etc. [25]). *Alumen* autem ingruente jam angina catarrhali adhibere velle [26]), cum aliis [27]), incon-

riculi possit, quamvis in monumentis medicorum non legerit, tamen huic operi suo inserendum credidit.

22) Walaeus (method. med. p. 112) ait: „angina affectus in principio sese spiritu vini gargarizet, omnis gutturis inflammatio cessabit trium horarum spatio, sive solus hunc in usum ducat, sive cum aliis remisceatur.“ Addit Fr. Hoffmannus (l. c. §. 4): „Ipse quoque novi faucium inflammationem brevi fuisse discussam, guttulis octo vel decem spiritus vini camphorati, in quo granum nitri liquatum, lente per fauces dimissis.“

23) Sims l. c.

24) Heuermann *Bemerkungen aus dem Gebiete der Arzneyw.* p. 115.

25) e. c. placentulae ex mastiche, cera et radice pyrethri. Swieten l. c. §. 796.

26) „*Ich lasse einen Scrupel Alaun und eben so viel Zucker als Pulver trocken verschlucken, damit es einige Zeit im Halse hängen bleibe. Das Mittel wird alle vier Stunden wiederholt, so lange wir noch Hoffnung zur Unterdrückung haben, und noch Spuren der Krankheit vorhanden sind.*“ Reil l. c. p. 398.

27) W. F. Dreyssig *Handbuch der med. Diagnost.* p. 309.

inconsultum credimus. Tandem si affectio catarrhalis quotannis semel decreta sit, ut illa fauces potius quam partes nobiliores invadat, malimus.

8. In angina catarrhali curanda indicatio viget, inflammationem membranae mucosae resolvendi. Itaque si febricula, vel evoluta hac inflammatione, perseveret; CELSI moniti memores: „in anginis sanguinem mittendum esse, etsi non abundet“ [28]) *phlebotomiam* celebramus. Qua instituta (aut aliàs omissa), ad *hirudines* collo adplicandas devenimus; exhibito interne *decocto mucilaginoso* cum exigua, ne fauces irritentur, *nitri* dosi [29]). Levissimo in morbo *clysteribus antiphlogisticis*, *collutorio emolliente*, *potu tepido leniter aromatico* [30]), *victu tenui* [31]), *mora in lecto* et *fotu sicco colli* [32]) standum. Malo solito Cura.

28) Lib. IV. cap. 6.

29) e. c. scrupulum nitri ad libram unam decocti althaeae addita uncia una syrupi.

30) Ex floribus aut tiliae, aut sambuci.

31) Ad jejunium damnabat aegrotos ALEX. BENEDICTUS (De cura morbor. lib. X. cap. 19).

32) Monet quidem CELSUS (lib. IV. cap. 4) „opus esse fomentis *humidis*, nam sicca spiritum elidunt; atque suadet „admovere spongias, quae melius in calidum oleum, quam in calidam aquam subinde mittuntur;“ ast vir magnus verisimiliter de anginis catarrhalibus gravioribus loquitur. Ipse tandem asserit: „Efficacissimumque est hic quoque salem calidis cum sacculis superponere.“ Nonnullis tibialia vix a pedibus de-

solito pertinaciore, ad *vapores aqueos*, addita parva *aceti* dosi, ope infundibuli aut machina auctore Mudges[11]) ori admotis, deveniendum[14]). Tenax pituita si multas procrearet molestias, et aegrotus (puta infans) collutoria respueret; decocta emollientia tepida[15]), capite aegri antrorsum inclinato, siphone, aliquoties de die[16]), *leniter* injiciantur. Sic etenim objectio irritationis[17]) injectiones non adtinget. Nec irritatio minori in gradu senescente angina catarrhali timenda foret, quin ideo iis adstipularemur, qui *sal culinare aceto nuptum*[18]), *sal* sic dictum *pharyn-*

tracta collo adponere placet! De gustibus non est disputandum.

33) P. II. Vol. I. sect. II. cap. III. §. XVIII. 7.

34) Hippocrates (de morbis lib. II. cap. 9) et Aetius (tetrabibl. serm. IV. cap. 47) jam *vapores* ad fauces perducendos esse suaserunt. „*In many cases however nothing has been found to give more relief, than the vapour of warm water received into the fauces by a propre apparatus.*“ Cullen l. c. §. 307.

35) S. Ledel de febre ex injectione decocti frigidi in fauces. Ephem. acad. nat. curios. dec. III. ann. 7. — Quidne cogitandum de Poitevin *observations sur les effets de la glace dans une angine oedemateuse*, in *Annal. de la soc. de méd de Montpellier T.* 32. p. 221?

36) Nimis foret quaque hora, ut suadet Delius in amoenitat. med. Lips. 1745. p. 29.

37) Facta est a Stahl (observat. clinic. p. 76) et a R. A. Vogel l. c. p. 240.

38) Quintus Serenus (l. c.) inquit:
„Angina sibi mistum *sale* poscit acetum,
Quod prodest clauso versatum agitare palato.“

pharyngeum Zobelii [39]), *ammoniam* [40]), *sal ammoniacum* [41]), *sinapem* [42]) faucibus admoveret.

§. CXXIX.

Angina rheumatica.

Definitio.

1. *Angina*, a laesa transpiratione, dolore peracuto, sub minimo deglutiendi conatu intolerabili, insignita, faucibus quidem solito plus rubentibus, ast non multum tumentibus, *rheumatica* auditur.

Symptomata.

2. Rheumatica angina instar catarrhalis ingruit; verum vix evoluta, cruciatus longe majores excitat. Aegroti enim, dum deglutitionem minantur tantum, prae doloris acerbitate vultum contorquent scapulasque attollunt. Ipsa loquela et emunctio dolorifica evadunt. Vespere mala augen-

39) Ex partibus aequalibus cremoris tartari et nitri ac parte dimidia aluminis usti in aceto solutis (Bertrandi *Abhandl. von den Geschwülsten. A. d. Ital. Leipz.* 1788. p. 67).

40) Pringle (l. c.) aliquot guttas decocto ex ficubus cum lacte et aqua parato admiscebat.

41) G. S. Polis usus salis ammoniaci in faucium affectibus conspicuus. Miscell. acad. nat. curios. dec. II. ann. 5. — Loeffler drachmam unam in spiritus Mindereri uncia solutam decocto emollienti addit, vel guttas viginti super saccharum exhibet (*Beyträge zur Arzneyw. und Wundarz. Th.* 1).

42) A. Macartan *angine oedémateuse guérie par la moutarde.* Ex *Medical review Vol.* 3. in Sedillot *rec. périod. de la soc. de méd. de Paris T.* 45. p. 338.

augentur, accedentibus saepe doloribus vagis artuum, colli et scapularum. Etsi febris dumtaxat initium morbi concomitare, ac stabilita faucium affectione evanescere soleat; attamen pulsus semper plus minus contractus et duriusculus tangitur. Inspectis faucibus earum rubor coccineus, praecipue juxta marginem veli penduli palatini, sine conspicuo tumore, apparet. Praeterea in latere, ubi dolor maxime urget, haud raro tonsillae superficies pustulis albis, ardentibus notata cernitur. Pustulae ejusmodi invicem confluunt, parvula apostemata efficiunt, quae deinceps disrupta, puris guttam unam alteramve cum levamine conspicuo fundunt. Sub sudore plus minusve obvio, et urinâ cum sedimento puriformi, morbus juxta ordinem decurrens, tertio, quarto, septimo die terminum adtingit.

Causae. 3. Angina quidem rheumatica quolibet anni tempore invadit, maxime tamen illo, quod ver atque aestatem interjacet [1]). Jure hinc morbis vernalibus ab HIPPOCRATE adscripta fuit [2]). Familiaris est itineratoribus, rusticis et praecipue militibus, ubi diei calores a noctibus frigidis (labores inter et vigilias transactis) excipiuntur [3]). Oritur etiam dum fomenta frigida ad compescendas haemorrhagias vel cephalaeam [4]) adhibentur, dum-

1) SYDENHAM sect. VI. cap. 7.
2) Aph. 20. sect. III. 3) D. MONRO l. c.
4) „Admotum cataplasma ex mica panis, baccis lauri,

dumque aër frigidus per rimas angustas, aut portas opositas corpus, inprimis collo denudato, allidit, idque maxime post motum, potum calidum, sermonem, ejulatum et cantum. Quae satis demonstrant transpirationem cohibitam praecipuam esse anginae rheumaticae caussam. Memorabilia praeterea est illius transitus in odontalgias [5]), erysipelata [6]) (probe a scarlatina distinguenda) et perniones [7]).

4. Anginae rheumaticae peculiarem sedem in musculis uvulae esse, ex augmento dolorum, sub deglutitionis, emunctionis et loquelae conaminibus elucet. Non errabis igitur illam *pro rheumatismo acuto faucium* declarando; quod etiam ex *indole volubili*, non anginae in Diagnosis.

Qq 2 genere,

juniperi et aceto rosaceo. Fronti etiam et temporibus ex consilio vetulae applicatum albumen ovi cum alumine conquassatum. Sed gestatis his aliquamdiu, conquestus est aeger de insigni dolore pungitivo faucium, deglutiendi difficultate etc." Fr. Hoffmann l. c. obs. 4.

5) „*Sonosi osservate delle angine tonsillari . . . succedute tostamente ad odontalgie scomparse, e viceversa.*" V. Cornelio *statistica odontalgica per l'anno* 1815. p. 11.

6) J. Arnott in *the medical and physical journal edited by* R. Macleod *new series Vol.* 2. 1827. *March.*

7) Die 25. Martii 1829. femina quinquaginta annorum consilium meum expetiit, propter anginam adspectus rheumatici, cui toties subjicitur, quoties erythema pernio, quo ejus manus notatae sunt, evanescit, et vice versa.

genere, ut SWIETEN docuit [8]), sed solum speciei ejus *rheumaticae*, elucet.

Prognosis. 5. Ipsa autem haec morbi levitas, omnem, quam caeterum pollicetur, securitatem delet. Quis enim spondet, caussam hodie fauces detinentem, cras, his inopinate valedicendo, in pulmones [9]), cor [10]), lienem [11]), hepar et caput [12]), inque alias a praegressis malis aut haereditaria labe ad morbos praedispositas partes, cum gravi vitae periculo irruere posse?

Cura. 6. Tale evitabitis periculum, anginae rheumaticae vim (sicuti in praecedenti paragrapho docui-

8) „Forte non sine ratione liceret asserere, inquit (l. c. §. 809), nullum fere morbum acutum inflammatorium *magis volubilem* esse (anginâ)."

9) „At si, faucibus et tumoribus sedatis, *in pulmonem* morbus versus fuerit, confestim febris et lateris dolor insuper corripit, et ubi hoc contigerit, plerumque moritur (aeger)." HIPPOCRATES de morbis lib. II. cap. 9. Et aphor. 10. sect. V: „Qui anginam effugiunt, illis in pulmonem vertitur, et intra septem dies intereunt; si vero hos effugerint, suppurati fiunt."

10) „In Polemarchi uxore, quae angina laborabat cum multa febre, secta vena faucium, suffocatio cessavit quidem, febris perseveravit, et ad quintum diem sinistrum genu tumor et dolor occupavit; simulque *circa cordis regionem* aliquid coacervari sensit aegra, et strepitus in pectore audiebatur." HIPPOCRATES epidem. V. text. 37. epid. VII. text. 22.

11) In *splenem* dolorem processisse, levatis faucibus, legitur apud HIPPOCRATEM epidem. II.

12) SWIETEN l. c. §. 809.

docuimus) moderando quidem; at caeterum sinendo, ut morbus in faucibus deflagret. *Abusus venaesectionum* id impedit [13]). Contra malo blandiuntur *cataplasmata modice calida* interdiu collo admota, noctuque cum *emplastro meliloti* commutata. Acriora adhuc SWIETEN suadet [14]), quibus autem indicatis *vesicatorium* substituimus, leviori in malo cervici, graviori circa jugulum ita applicitum, „ut intra utramque emplastri extremam oram sola nucha interjaceat“ [15]).

§. CXXX.

Angina inflammatoria.

1. *Angina inflammatoria* [1]) est genuina faucium phlegmone. Definitio.

2. Gravis hic affectus, scriptoribus de angina in genere, instar protypi inservierat, idque non sine doctrinae detrimento. Fuere tamen, qui illum separatim consideraverint [2]). Literatura.

3. Prae-

13) Venaesectionibus parcendum esse in anginis jam dudum monuit RECOLIN (*mémoire sur l'angine inflammatoire.* In *Mémoires de l'acad. de chirurgie T.* 4. p. 429); ast monitum suum nimis extendendo aures paratas minime invenit.

14) „Si cataplasmati ex emollientibus herbis parato misceantur sinapi contrita semina, raphani rusticani radix in scobem rasa, ranunculi pratensis contrita semina, vel similia.“ l. c. §. 809.

15) Sunt verba STOLLII.

1) *Synon.* Angina synochalis, a. sanguinea, a. vera et legitima.

2) OBERKAMP ratio anginae inflammatoriae. Heidelb.

Symptomata.

3. Praeviis plerumque symptomatibus prodromis febris inflammatoriae [3]), aliquando extemplo, et quin utroque in casu nobis hactenus peculiare hîc veneris desiderium [4]) obvenerit, horror adparet, mox a calore, pulsu pleno, duro, et siti exceptus. Aegrotus primum de faucium ariditate et ardore, ac dein, ocyus serius, de earum dolore conqueritur. Qui dolor plerumque orditur in tonsillis [5]), mox ita tumentibus, ut nucum juglandium volumen attingentes, sese invicem tangant et in colli exteriori parte, sub maxillarum angulis manifeste protuberent, orisque

1750. — Maas (Steffens?) diss. de angina inflammatoria. Lugd. Bat. 1754. — Kaltschmid diss. de angina inflammatoria. Jen. 1759. — Boymanns diss. de angina inflammatoria. Lugd. Bat. 1761. — Strean diss. de cynanche inflammatoria 1790. — Andrau diss. de angina inflammatoria. Duisb. 1794. — Hedouin *diss. sur l'angine inflammatoire. Paris an. X.* — Flaust *diss. sur l'angine inflammatoire. Paris an. XII.* — Lemercier *diss. sur l'angine inflammatoire. Paris* 1806. — Pendris diss. de cynanche tonsillari inflammatoria. Duisb. 1810.

3) Editionis secundae P. I. Vol. I. sect. II. cap. I. §. II. No. 1.

4) Desportes *sur l'excitation vénérienne symptôme avant-coureur de diverses maladies, et notamment de l'angine avec exsudation pultacée. Revue médicale* 1828. *Août* p. 184.

5) „Congeries folliculorum eminentem in congestiones manifestans proclivitatem.“ Hildenbrand l. c. p. 130.

que impediant apertionem [6]), sociis interdum dolore in articulationibus mandibularum, et tumoribus glandularum colli et submaxillarium. Velum pendulum palatinum (uvula non excepta) aeque tumet ac nec tendi nec explicari amplius potest. Loquela, alioquin obscura, redditur nasalis; potusque (difficilius interdum quam cibi aditum inveniens), in nares refunditur. Dolor a faucibus ad aures serpit [7]), ibique acutus, pulsans, una cum crepitationibus et interdum surditate [8]), saevit. Lingua semper muco viscido sordida, quandoque ad basin rubet et tumet. Halitus foetens. Faucibus inspectis in morbi limine, tumor sanguineus, tardius autem ex flavo albescens, quo oculis pervenire licet, cernitur. Fauces enim ibi aridae, hic lympha coagulabili, immo pseudomembranis [9]) obducuntur. Tantus est illius

6) Vocabulo *trismi* abutuntur, qui ejus nomine allatum salutant symptoma, ut Legner apud Kausch *Memorabilien der Heilkunde* etc. p. 161.

7) Velum pendulum et uvula tam vicina sunt tubae Eustachii aperturis!

8) „Ubi autem membrana interna harum tubarum inflammata sic tumet, ut cavitas obturetur, vel vicinus tubarum orificiis tumor illa sic compressit, ut liber aëris transitus denegetur, *surditas* saepe perfecta oritur.“ Swieten l. c. §. 805.

9) Unde diei mos fert apud Gallos hunc morbum *angine couenneuse* salutare, uti videre est ex *Journ. complémentaire au diction. des scienc. médicales T.* 23. *cahier* 92. p. 346. — *Revue médicale* 1828. *Octobr.*

illius lymphae, nec non muci et salivae proventus, ut aegroti, exscreare et deglutire aeque impotentes, nausea et vomituritionibus excruciati, toto corpore trementes ac largo sudore madidi, e lecto surgere et capite antrorsum inclinato oreque aperto colluviem dimittere cogantur [10]). Respirationis difficultas [11]) alioquin situm erectum imperat. De summis hac sub rerum positione angustiis, dolores obfuscantibus [12]), sub febris vesper-

p. 43. *Bibliothèque universelle. Mars* 1829. p 233 etc. Passim autem eodem etiam nomine *ulcera lardacea* faucium in angina maligna vocant. Nec satis! ipsum croup, ipsasque *aphthas* huc revocant! (P. Bretonneau *des inflammations spéciales du tissu muqueux et en particulier de la diphthérite, ou inflammation pelliculaire connue sous le nom de croup, d'angine maligne, d'angine gangréneuse. Paris* 1826. et Lélut loco capite sequenti citando).

10) Pulchre haec mala in se ipso perpessa describit Monro in *Medical essays T.* 3. *cap.* 24. p. 343.

11) „Si partes multum intumuerint etiam *respiratio* difficilis est, nam aër inquinatus per illud spatium debet transire, quod inter radicem linguae, tonsillas, velum palatinum et uvulam interjacet, adeoque, admodum imminuto a partibus inflammatis et tumentibus hoc spatio, respiratio incommoda fiet. Cum autem productio membranae internae narium veli penduli palatini posticam partem tegat, valida inflammatione hic nata, tumebit et narium membrana, sicque narium aperturam in faucibus multum minuet, immo aliquando integre obturare poterit.“ Swieten l. c. §. 805.

12) „Dolores acerbi sunt, sed strangulatione vexati ob-

vespertina exacerbatione, et post qualemcunque demum somnum, maxime urgentibus, testantur, facies rubicunda, livida, inflata, oculi splendentes, fulgentes, patentes, exserti, cruore subfusi, venarum frontalium et temporalium turgor, cephalalgia, vigiliae, vaniloquia, deliria [13]) et jactationes.

4. Quorum malorum periculum incurritur, dum caussae anginae catarrhalis et rheumaticae in homines qualiscunque demum aetatis [14]) et habitus [15]), maxime tamen in florentes, victui lauto et potui vinoso deditos, suppressione haemorrhoidum et catameniorum [16]) laborantes [17]), venae Caussae.

tusius sentiunt." Aretaeus de caus. et sign. morb. acut. lib. I. cap. 7.

13) Nonnisi quotidianam experientiam confirmavit Schwarz (Harless *Rheinisch-Westphäl. Jahrbücher B.* 10. *St.* 2. p. 77. 1825) enarrans *Einige Fälle von Mandelbräune*, angina tonsillaris, *wobey der Kopf mit angegriffen war.* Jam Swieten monuit (l. c. §. 807): „Dum partes inflammatae et tumentes vicinas ipsis *externas jugulares venas angustant* . . . labia, lingua, oculi turgent admodum."

14) Vidi anginam inflammatoriam in infantibus et in senibus, viderunt alii.

15) Sydenham (sect. VI. cap. 7) homines rufos praecipue anginae inflammatoriae obnoxios esse fatetur; verisimiliter quoniam inter Anglos abundant. Si rufis delectaretur morbus, ratus foret in Italia, quod non est.

16) Goeschs diss. de angina inflammatoria a menstruorum suppressiona nata. Jen. 1798.

venae sectionem habitualem omittentes, incidunt, aut summa vi agunt, ut potissimum accidit adversus ventum equitando, currendo, voce stentoriana declamando, graves labores in aëre frigido peragendo, potum glacialem aestuante corpore hauriendo [18]), collum denudando [19]), balneum fervens intrando, haecque inprimis in regionibus elevatis et septentrioni expositis [20]), et in maribus.

Diagnosis. 5. Angina, de qua agitur, est febris inflammatoria, saepe ex catarrhali et rheumatica orta, cum partium omnium fauces constituentium phlegmone [21]), facile dignoscendâ.

6. Ex

17) Etiam Frid. Hoffmannus cohibitos sanguinis fluxus caussis *praedisponentibus* anginarum adscribit (l. c. §. 7). — Jam Aetius ex auctoritate Archigenis multae, inquit, virgines circa vigoris aetatem mensium purgationes appetentes, hac affectione (anginâ) apprehenduntur.

18) Hellwig obs. med. p. 177.

19) Diemerbroeck disputationes de morbis capitis, thoracis etc. p. 226.

20) Grant l. c. *Th.* 2. p. 570.

21) „Angina inflammatoria est scilicet febris inflammatoria universalis *cum* inflammatione topica tonsillarum.“ Stoll l. c. sect. VII. p. 474. — „Est febris inflammatoria *comite* phlegmone faucium.“ Hildenbrand l. c. — Sed quid hae auctoritates contra scholam Broussais, juxta quam phlogosis in faucibus incipere *debet*, et sequi febris! Dicat modo Sauvages (l. c.): „Angina synochalis incipit ab horrore et frigore *sine causa externa*, *deinde* dolent fauces.“ Erravit sane bonus vir, errarunt secula!

6. Ex angina inflammatoria, licet ad ipsam linguam extensa [22]), in hominibus adultis, visceribus et humoribus sanis praeditis, nec directe nec indirecte aliquid timendum. Secus autem in infantibus et valetudinariis, quorum illi, ut diximus, facile a tonsillarum tumore strangulantur et hi in alios gravesque morbos praecipitantur, inflammatione videlicet laryngem [23]), pulmones [24]), cor [25]), peritonaeum [26]) invadente. Quid quod Prognosis.

22) R. A. Vogel (l. c.) monet, nullam anginam periculosam esse quam quae *linguam* afficit. Sane quo major inflammationis extensio eo gravior, sed ob id non periculosior, angina.

23) Morgagni de sed. et causs. morb. epist. XLIV. 3 („Vitium autem in membrana erat qua larynx intus vestitur, intus quidem levius, sed extra gravius").

24) Dodonaeus prax. med. — Raymann de anginae in pulmonum inflammationem metaptosi. Act. nat. cur. Vol. IX. p. 104. — Schomberg aphorismi practici. — *Encyclopäd. Wörterb.* p. 472.

25) „Anno 1793. mense Januario mulier quadraginta annorum, dyspnoea pridem quodammodo laborans, ad clinicum Institutum (Ticinense) venit cum cynanche tonsillari. Dies morbi erat quarta. Vena secta est. Altera die dolor faucium disparuit et ad humerum dextrum translatus est, fortis, ut brachium movere non posset. Eodem tempore diarrhoea observabatur et aegra faeces in lectum saepe deposuit. Diei tertiae introitu rubor ad mammam sinistram erysipelaceus, ampla superficie comparuit, quin dolor ille humeri dissiparetur. Tandem quasi peripneumonia laborans suffocata periit. Cadaver dissectum nullam ad fauces

quod metastases ad nervos [27]) et ad partes genitales [28]) observatae fuere. — *Resolutio* anginae inflammatoriae *perfecta* aut *imperfecta*. Illa, praeter dispositionem ad morbi reditum, nullum sui relinquit vestigium. Expectatur ubi methodo recta mature adhibita, febrem inflammatoriam temperare ac phlegmonen faucium discutere licet ita, ut morbus instar anginarum catarrhalium et rheumaticarum terminum adtingat. In *resolutione imperfecta*, etiamsi febris *crisin*, sudoribus, urina cum sedimento puriformi, salivatione, epistaxi aut alia haemorrhagiâ absolvat; attamen relinquuntur vel *vox nasalis* ad seram aliquando con-

inflammationem, sed phlogosin quasi erysipelaceam ad glottidem, laryngem, totam tracheam ac singula bronchia, atque pericardium aqua puriformi copiosa repletum, *corque omnino villosum* ostendit." Ex schedis Patris.

26) G. A. DEL CHIAPPA *ragguaglio dell' istituto clinico medico pei chirurghi dell' I. R. Università di Pavia.* In OMODEI *annali universali di medicina* 1826. *Decembre* p. 403.

27) ROUGET in *Bulletin de l'Ecole de médecine et de la soc. de Paris. A.* 1807. p. 70.

28) In angina epidemica apostematica a C. A. DE BERGEN descripta (Nov. act. phys. med. acad. nat. curios. T. I. obs. 83. p. 336) in quibusdam infantibus, qui de dolore faucium non adeo conquesti fuere, *ingentes prodibant tumores in locis obscoenis*, pueris in scroto, — puellis in labiis pudendorum, qui tandem suppurati et rupti pus largiter fundebant.

convalescentiam protracta [29]), vel *adhaesiones morbosae* nunc veli penduli et uvulae cum membrana faucium, occlusis inde choanis [30]); nunc veli penduli cum lingua [31]). Et *uvulae induratio* [32]) et *tonsillae veluti polypus* [33]) obvenerunt. — Communissimus vero exitus *suppuratio* est, ad discutiendum reditus periculum maxime idonea [34]). Sunt annuae constitutiones, quibus vigentibus anginae phlegmonosae ita ad suppurationem vergunt, ut haec nec optima maturaque medendi ratione praepediri possit [35]). Idem in homi-

29) In vix allata epidemia Berolini aegrotis qui salvabantur per aequentes sex vel octo septimanas aut *sonum loquelae nasalem*, aut aphoniam quasi retinebant, aut parotidibus laborabant aut per quatuor septimanas distincte videre non poterant. — Cfr. R. A. Vogel l. c. p. 138.

30) Otto *Handbuch der pathol. Anatom.* p. 210.

31) Martins in Rust's *Magazin für die gesammte Heilk. B.* 19. *Heft* 3. p. 437.

32) Voigtel *Handb. der pathol. Anatomie B.* 2. p. 148.

33) „Accrescit amygdalis membrana quaedam in petiolum oblongum, et tandem in racemo similem extremitatem, quae tandem remediis adhibitis decidit, tamque dura est, ut cultro vix scindi possit." D. Paul de Sorbait rara anginae species. In Miscell. acad. nat. curios. ann. II. obs. 14.

34) Vidi saepius homines qui sese ab anginis habitualibus liberare haud potuerunt. Quum tandem in anginam inflammatoriam abscessu terminatam inciderint, incolumes vixerunt.

35) Haaström in *neuen Schwedisch. Abhandl. B.* 2. p. 219.

hominibus, anginis habitualibus obnoxiis, contingere solet. Quibus in casibus, nisi morbus primo nychthemeri spatio conaminibus artis evidenter cedat, pro inevitabili habemus ejus in *abscessus* conversionem [36]). Cujus signa consistunt in febre perpetua, dolore faucium obscuro et pulsante, tumore molli nec non in continuo incremento difficultatum deglutiendi, audiendi [37]) et respirandi. Sedes abscessus plerumque tonsillae, aliquando recondita vicinia [38]). Rumpitur ille fere semper in oris cavum, rarissime extus [39]). Primo

36) Erravit sane R. A. Vogel, ubi, duce Grant, ait (l. c.): „Discussio cum profluvio sanguinis e naribus, diarrhoea, sudoribus et urina critica, die tertio, quinto vel *septimo* contingit."

37) „Per plures dies, dum suppurabatur talis angina, *surditatem* perstitisse novi, rupto abscessu tamen, restitutus iterum auditus." Swieten l. c. §. 805.

38) „Quandoque abscessus non in parte validissime inflammata, *sed in loco latente* formantur, quod ex inquietudine, dolore faucium, horripilationibus, caloribus vagis, pulsu molliori inaequali, sapore et odore ingrato cognoscitur." Quarin l. c. p. 211.

39) Refert Dodonaeus l. c. cap. 26. de inflammatione utriusque tonsillae in filiola quadam duorum annorum, in qua, quum idonea remedia propter aetatem non admitterentur, natura, viam sibi ad salutem quaereus, morbum ad exteriora convertit. Nati sunt itaque utrinque in collo, infra aures singuli tumores quibus scalpello apertis pus effluxit, itaque ab abscessu tonsillarum liberata, sanitati restituta est. Facit huc

Primo in casu punctum album in ejus medietate comparere solet. Caveas autem ne vel lympham coagulabilem, vel pseudomembranas, fauces, saepe erosas [40]), obducentes pro abscessu habeas. Ad abscessus enim praesentiam statuendam ut tumor non solum albus sed et mollis sit requiritur. Ruptura abscessus inter septimum et nonum diem expectanda. Quamvis cuncta mala, eadem ratione ac tale appropinquatur tempus, augeantur, ac necessario jure augeri debeant; securus et imperterritus manere poteris; propria [41]) enim et aliorum [42]) experientia freti, spondemus,

aph. 37. sect. 6: „Ab angina habito, si tumor in collo, bonum."

40) Haec est *suppuratio superficialis* de qua Störck l. c. p. 110. et Chambon de Monteaux *Krankengeschichten und Leichenöffnungen. A. d. Fr.* 1791. p. 282.

41) Sancte affirmare possum, me in praxi triginta octo annorum neminem ex abscessu faucium amisisse, etsi plurimi, interque hos judaea quaedam Vilnensis, morti proximi viderentur.

42) De la Motte (*traité complet de chirurgie T. I.* p. 193) fatetur, se nullum ex faucium abscessu mortuum triginta quinque annorum spatio vidisse. „Neque memini, inquit Swieten (l. c. §. 814), me observasse hactenus lethalem anginae auppuratoriae exitum, licet etiam summia angustiis stipata fuerit." Hoc de argumento disserendo Pater meus historiam, quam ex ore praeceptoris sui, Heidelbergensis professoris Gattenhoff accepit, enarrare solebat. Decubuit graviter Manheimii CAROLUS THEODORUS Elector Palatino-Bavaricus. Res medicis ordinariis

mus, neminem, pus (aliquando ad tres uncias et foetidum prosiliens) rejiciendi potem [43]), inde suffocatum iri. Nisi ruptura abscessus plenum adferat levamen, alterius adhuc rupturam exspecta. — *Exulcerationes* ab abscessibus relictae citissime et sponte sanantur; nisi aut febris (complicationis gastricae nonnunquam culpâ) continuet [44]), aut fistulae locum obtineant [45]), aut labes, scorbutica, syphilitica lateat, autque gravissimi in regimine commissi fuerint errores. Hisce enim ultimis sub rerum positionibus aut ulcera chronica [46]), aut gangraena [47]) accidunt. — Aliàs

conclamata videbatur. Deducto nunc in consilio GATTENHOFFIO, detexit morbum nihil aliud esse, quam apostema faucium. Irrisit itaque desperationi aulae, promisitque principem brevi sanum. Quam declarationem status Administri, ut petulantem, graviter reprehensere. Ast vix horâ una alterave elapsâ, abscessus ruptus est, ac aegrotus serenus cibosque expetens, professoris effatum confirmavit.

43) De apostemate faucium rupto, pure in bronchia delapso suffocato inde aegroto, legitur apud FORESTUM lib. XV. obs. 24.

44) „Fauces autem exulceratae cum febre grave." HIPPOCRATES Prognost. et Coac. praenot. No. 277.

45) COLLOMB's *med. chir. Werke B.* 2. p. 332 (sanatio non nisi post aliquot hebdomadas).

46) ZWINGER theatr. prax. med. P. I. p. 53. — D. FISCHER in BÜCHNER Miscell. P. I. p. 1418.

47) Die 20. Februarii 1820. Vilnae a Dre. *Wróblewski* pro viro quadraginta annorum in consilium vocatus sum, qui anginam inflammatoriam in abscessum ter-

Aliàs vero *gangraena* raro hac nostra observatur in angina [48]). Qui aliter sentiunt *ecchymomata*, quandoque huc illuc, praesertim ad uvulam, evoluta, pro gangraena habent [49]). Haec enim non sola maculà, sed simul febre acutissima, cessatione spontanea dolorum, frigore extremitatum, facie Hippocratica, et foetore cadaveroso prodit.

7. Resolutionis spe innixi mox ad *phlebotomiam* Cura.

minatam feliciter perpessus erat. Vix convalescens mox domum dereliquit, verisimiliter refrixit, et certo liquoribus fermentatis, juxta morem, abusus est. Postridie *faucium gangraena* apparuit. Aegrum in cubiculo deambulantem inveni cum facie livida, halitu foetidissimo, respiratione aibila, glandulae thyreoideae tumore, extremitatibus frigidis, pulsu vix perceptibili et delirio metum designante. Bibebat libere, caeterum hydrophobia laborantibus, similis. Eadem adhuc die obiit.

48) „Angina inflammatoria rarissime, et morbum tantummodo ad summum inflammationis vestigium evecto, ut jam dixi, in gangraenam desinit." Burserius l. c. §. 409. — „Rarissime vero, nisi malignae accesserit febris complicatio, in gangraenam . . . terminatur." J. P. Frank l. c. p. 113.

49) „*Angina tonsillaris . . . . terminates . . . hardly ever by gangraena; although in these diseases some sloughy spots, commonly supposed to be fore-runners of gangraena appear upon the fauces.*" Cullen l. c. §. 303. — Forestus gangraenam ab ecchymomate rite distinxisse videtur (lib. XV. obs. 5), ubi de columella, in gangraenam et *putredinem* transeunte, et de alia, ad *nigredinem* conversa, loquitur.

tomiam devenimus [50]) e jugulari [51]), si fieri possit [52]); vix unquam e venis raninis [53]); maxime e brachio, vel, si peculiaris revulsio indicaretur, e pede [54]), aliquando locum variando. Raro enim

50) Hippocrates de morbis lib. III. cap. 10. — Galenus de curandi ratione per venae sectionem cap. 19. — Aretaeus lib. de curat. morb. acut. cap. 7. — Alex. Trallianus de morbis et febribus lib. IV. cap. I. — Zacutus Lusitanus prax. admirabilis cap. 135. — Riverius prax. med. lib. VIII. cap. 7. — Borelli hist. et obs. rar. cent. IV. obs. 60.

51) Zacut. Lusitanus hist. med. pract. lib. I. hist. 76. — Stoll aph. 105.

52) Morgagni (l. c.) ait: „. . . jugularis, ut voluissent, aegro eum qui requirebatur, positum non ferente, incidi non potuerat.“ Nunquam talem expertus sum difficultatem.

53) Tulpius (obs. med. lib. I. cap. 51. p. 90) testatur, se aliquoties ex sectione venarum raninarum funestos eventus notasse, quod ab observationibus Winklerі (Ephem. acad. nat. curios. dec. II. ann. 4. p. 295) et Hagendornі (obs. et hist. med. Franc. 1698. p. 380) confirmatur. Ipsi illius operationis fautores ei phlebotomiam e brachio praemittere solebant, uti videre est ex Hippocrate de victu in morbis acutis, Galeno l. c. cap. 19, Trallіano l. c. lib. IV. cap. 1. et Sydenhamo sect. VI. cap. 7. — Tandem Huxham (opp. phys. med. T. I. p. 212) fatatur, per venarum raninarum sectionem non satis sanguinis educi posse.

54) „Quando post suppressa catamenia, lochia, aut haemorrhoides malum repente oritur, tutius cum clinicorum plerisque putaverim, in pede primum deinde in

enim singula venae sectio morbum satis infringit. — Quo facto, *hirudines*, adulto in aegroto quindecim, viginti, circa collum; inprimis locis tonsillis respondentibus adplicandae et adplicatio pro re nata repetenda. Hirudines directe tonsillis, ut ut artificiose, applicare [55]), praestigias sapit. Commendantur *scarificationum* loco [56]). Sed et sine istis, saltem intus [57]) ad tonsillas, morbum hactenus feliciter curavimus. Absit tamen ut ideo hanc operationem, a viris conspicuis laudatam [58]),

brachio venam incidi; praesertim iis, sive mares, sive foeminae fuerint, quorum peculiarem corporis constitutionem ejusmodi esse experientia constitit, *ut sanguinis detractionem in superioribus artubus ferre nequeant, quin sibi pectus opprimi, caputque gravari sentiant.*" Burserius l. c. §. 384.

55) Ph. Crampton *von der Ansetzung von Blutegel auf innern Oberflächen.* In *Magazin der ausländ. Litter. der gesammt. Heilk. B.* 4. p. 457. — Bonnafox-de-Mallet *observations sur les sangsues appliquées aux amygdales.* Sedillot *rec. périod. de la soc. de méd. de Paris T.* 28. p. 379.

56) Richter *speciellle Therapie B.* 1. p. 444.

57) Saepe scarificationes *externe* ad anginam inflammatoriam curandam adhibuimus, non quidem circa collum, nimiam timentes irritationem, sed inter scapulas et ad nuchum. Ipse Hippocrates docuit ad primam cervicis vertebram, et capiti prius raso, et ad aurem utraque parte cucurbitulas applicandas esse, et ut post scarificationem quam longissimo tempore adhaereant his locis.

datam [58]), rejiciamus; ut rejicimus methodum, qua *pseudomembranae* fauces obtegentes *causticis inuruntur* [59]).

8. Fracta

58) Caelius Aurelianus (lib. III. cap. 3) externis scarificationibus non contentus „si major fuerit tumor, ipsam quoque linguam scarificabat, atque fauces et palatum tenui et longiori phlebotomo." Et Celsus: „Ultimum est incidere satis altis plagis sub ipsis maxillis supra collum, et in palato circa uvam, vel eas venas, quae sub lingua sunt, ut per ea vulnera morbus erumpat." — Optime Quarin (l. c. p. 208) indicationes pro scarificatione tonsillarum statuit „dum imminuta febre per venae sectionem et apta remedia angina non levatur, nec signa suppurationis adsunt."

59) Methodus haec inter nonnullos medicos Galliae viget. Neglectis venae sectionibus coram oculis solum habent „*la nécessité de détruire les tissus qui se forment, et de changer le mode de la vie de la membrane muqueuse par une excitation forte. L'Alun employé par le docteur* Bretonneau, *le pyrothonite essayé par le docteur* Ranque *et le nitrate d'argent par les docteurs* Girouard (*observations sur les inflammations plastiques de la membrane muqueuse des fosses nasales, de la bouche et de l'arrière bouche*) *et* Authenac (*emploi du nitrate d'argent*) *ne produisent que le même resultat*" (*Journal général de médecine. Juin* 1828). Miserabile „*resultat*"! Si enim perlegis praeter l. c. et *Bulletin des sciences médicales Août* 1828. p. 353. et *Revue médicale Juillet* 1828. p. 135. *et Octobre* p. 43. videbis aegros hisce tentaminibus excruciatos, qui methodo consueta, inprimis venae sectionibus, certe et ipsa in Gallia, sine ambaginibus felicissime curantur. Caeterum fons turbidis-

8. Fracta per evacuationes sanguinis morbi vi (non prius [60]), *alvus ducenda* [61], idque per mitissima pharmaca, mucilaginibus nupta [62], nunquam sub forma pulveris [63] et semper tepida [64] admi- Continuat. argumenti.

simus, ex quo illa tentamina (contra faucium gangraenam reservanda) pullulant, probe notus est. Loquor de doctrina Broussais, juxta quam, ut monui, causa anginae non in febre inflammatoria universum corpus detinente, sed in parte peculiari phlogosi correpta quaeritur. Quid de hortulano diceres, qui aegrotante arbore, peculiaras ejus ramos, utpote maxime laesos, curaret, radices autem et truncum negligeret?

60) Verè Stoll (l. c. sect. VII. p. 473): „Purgans, ut ut mite, ut ut antiphlogisticum, nunquam tamen exhibetur, quin major inde humorum motus raddatur."

61) Hippocrates (de locis in homine cap. 11) In cura anginae laudavit *alvi deductionem* cum sanguinis missione. „Sic affectis a venis, quae in brachiis sunt, sanguis detrahendus est; simul alvus ducenda." Sydenham monet (l. c.) alvum non nisi peractis sanguinis evacuationibus movendam esse; cui consilio standum.

62) R. Fructus tamarindorum. Mellis aa unciam unam. Gummi arabici drachmas tres. Ebull. c. s. q. aquae ad colat. libras. — Vel *simplex lactis serum.*

63) Pulveres nimirum faucibus adhaerent, eas irritant, et graves molestias excitant. — Quid itaque de methodo cogitandum, pulveres, collutoriorum loco, faucibus inflandi, quam methodum consanguineus meus proposuit (*Medic. chirurg. Zeitung* 1815. No. 30. p. 63)?

64) „Ne a frigido potu inflammatae partes alluente augeantur omnia mala." Swieten l. c. §. 809.

administranda. Quodsi ea deglutiri nequirent, ad *clysteres purgantes* [65]) confugiendum. — *Collutoria* et *injectiones* (sed non per nares [66])) ut in reliquis anginis locum obtinent. A *vesicatoriis* [67]), nisi morbo ad conditionem simplicis anginae rheumaticae reducto, abstinendum [68]). Sic a *cataplasmatibus* circa collum. Haec etenim, aliaque similia [69]), pro *suppuratione* reservanda, ad quam, amissa resolutionis spe, properandam, et

65) Additis decocti hordei vel malvae unciis sex, salis amari unciis duabus.

66) Commendantur ab Ehlen (observationes de injectione per nares. Wurceb. 1778); ast primum nares non semper nostro in morbo perviae sunt; dein semper periculum restat, injectionis materiam laryngem adtingere posse.

67) Laudantur in *Schwedischen Abhandl.* B. 2. p. 126. Apud Pouteaus *oeuvres posthumes T.* 3. *obs.* 1 et 8. — Weiz *neue Auszüge B.* 2. p. 193.

68) Perbelle iterum Stoll (l. c. p. 474): „Si sit inflammatio tonsillarum, faucium sola *spuria*, *depositio serosa*, tunc utique conveniet vesicans . . . . probe haec notanda, ne, ut fieri saepe solet, inconsulto, nullo facto mali discrimine, et venae sectionem et simul purgantia et vesicantia, et omnem remediorum sibi contradicentium apparatum adhibeamus."

69) Kieser (enarrationes med. 1771. p. 18) praemissa venae sectione collum fasciâ circumdabat, „quae ex ligamentis laneis, quibus cervix munitur, illito oleo amygdalarum dulcium, aut lini, applicatur" addens: „mirificum inde semper expertus sum effectum . . . tumor extrinsecus magis inde provenire solet."

et partis affectae *irrigatio* inservit [70]). — Quaeritur modo: *num stabilita suppuratione adhuc in phlebotomiae usu continuandum sit, nec ne?* Quum vehemens phlogoseos gradus a suppuratione haud semper alienus sit [71]), quumque apparente strangulationis periculo, ubi *artuum ligaturae* [72]) amplius non juvant, sanguinis imminutio levamen afferre soleat; phlebotomiam sane et hìc non damnamus, immo commendamus. Interea ne quid nimis! Suppuratio enim, ut rite procedat, etiam vires requirit [73]); quae aegrotos venae sectioni-

70) H. Earle (*London med. transactions Vol.* 12. *part* 2) ope lagenae ex gummi elastico, aquam tepidam, instar rivi ad abscessum dirigit, fateturque cum magno levamine.

71) „*Zu Anfang der Eyterung ist zuweilen die Entzündung im Umfange des Abscesses, das Fieber, und der Schmerz sehr heftig, der Puls hart und voll, und der Kranke unruhig und schlaflos; und in diesem Falle sind die antiphlogistischen Mittel, und unter diesen selbst sogar oft das Aderlass, der Eyterung nicht allein nicht hinderlich, sondern sehr beförderlich.*“ Richter *Anfangsgr. der Wundarzneyk. B.* 1. p. 43.

72) Vidi, pluries istiusmodi ligaturas, jam ab Aretaeo (l. c. lib. I. cap. 7) propositas, tam hìc quam in asthmate (verisimiliter cruoris partem, quae aliàs ad caput irruisset, in artubus retinendo) levamen pro tempore adtulisse.

73) „*In den gewöhnlichen Fällen muss der Wundarzt, sobald er sieht, dass die Eyterung nicht verhütet werden kann, von dem Gebrauche aller antiphlogistischen Mittel abstehen; sie sind nun-*

ctionibus, ut magnus vir suadet [74]), consulto exhauriendo, nec obtinentur, nec conservantur. — Celebratur abscessus ruptura venae sectionem mox insecuta [75]), verum conclusio „post hoc, ergo propter hoc" minime valet.

Finis argumenti.

9. Sed aliae adhuc sese obtrudunt quaestiones; videlicet: *num abscessus faucium spontanea ruptura expectanda*, aut *is aperiendus sit*? hocque in casu, *quâ methodo*? — Hactenus nunquam, spontaneam abscessus rupturam expectasse, penituit; quod de praematura sectione certe non valet [76]). Ipsi aegroti patientiae quid, auxiliis violentis et manui chirurgicae anteponere solent; inprimis si medicus, ubi semel resolutionis spem amisit, illos monuerit nunc *abscessum* expectandum esse, cum necessaria sequela, quod maturando increscat, increscendo molestior fiat, donec molestissimus, aerumnis temporis puncto finem imponat. — Licuit interdum, abscessum digito,

mehr zwecklos, und schwächen den Kranken, und verzögern und hemmen die Eyterung." Richter l. c.

74) Swiaten l. c. §. 814.

75) „Illustris *Noig* angina inflammatoria laborans a tumore suppuratorio suffocationis periculum incurrebat, venae sectione larga instituta paulo post abscessus feliciter rumpebatur." Quarin l. c. p. 212.

76) Dreyssig (l. c. p. 312) abscessum quo citius id fieri possit, aperiendum esse docuit, pessimo sane consilio, quum ita indurationibus ansa porrigatur, quod S. G. Vogel (l. c. p. 155) probe intellexit.

digito, quamvis inermi [77]), os exploranti paululum ruditer faucibus admoto, veluti fortuito, perforare. — Sunt qui *emeticum* adhibendum esse doceant, ut abscessus sub vomendi conatibus rumpatur [78]); quod consilium propter difficultatem tale remedium deglutiendi et maxime propter periculum suffocationis [79]) rejicimus. — Si enim necessitas aperturae abscessus revera exstet, deveniatur potius ad ejus incisionem, idque methodo nostro aevo [80]) usititatissima, videlicet ope *lanceolae* [81]),

77) „Utplurimum enim in claustro sub gutture suppuratio fit, et si sponte sua ruptum fuerit, sanus evadit; si vero non rumpatur, *ubi digito contigeris*, an molle fuerit, acuto ferramento ad digitum alligato perforato. His factis multi convalescunt. Is vero morbus nimirum lethalis est." Hippocrates de morbis lib. II. cap. 9.

78) Pringle l. c. — Thilenius *med. chir. Bemerk.* p. 51. — Molin *notice sur le traitement d'un abscès à la gorge au moyen des vomitifs* (*Journ. général de médec. Dec.* 1825. p. 397).

79) Sic periit femina teste Trincavella de vomit. rite adhib. cap. 2.

80) Aetius (lib. VIII. cap. 50) *spongiam* parvam, resina terebinthinae madefactam, aut carunculam recentem exsculptam, una cum filo valido ipsi alligato, deglutire cogebat, et mox comprehensum per alligatum filum rursus extrahere. — Adhibebantur etiam *cultrum ligneum acuminatum*, *scalpellum*, *paristhmiotomum*, *pharyngotomum* („*instrument dangereux en pareil cas, car c'est avec cet instrument qu'un habile chirurgien de Montpellier eut le malheur d'ouvrir une grosse artère*,

lae [81]), ac continuando dein in collutoriis emollientibus, curandoque ne ciborum reliquiae aese in ulcus insinuent. Manifestatio abscessus tonsillarum in collo, alioquin cultri auxilium exposcit [82]). — De *laryngotomia* aut *tracheotomia* [83]) hîc non loquimur, non quod aut instituni neque-

et de voir périr un malade d'une hémorrhagie si violente qu'on ne put jamais parvenir à l'arrêter." Portal *cours d'anat. méd. T.* 4. p. 509) aliaque exactissima a Callisen indicata (*Syst. der neuern Chirurgie B.* 2. p. 784).

81) „*On commence par écarter les mâchoires en plaçant entre les dents molaires un morceau de bois blanc taillé en forme de coin: on abaisse ensuite la base de la langue avec un ou deux doigts, et l'on introduit dans la bouche un bistouri long et étroit, tenu horizontalement, et dont la lame fixée sur la manche est couverte d'une bandelette jusqu'à trois ou quatre lignes de sa pointe; on fait sur la tumeur une incision transversale et l'on retire promptement le bistouri, en ayant soin d'écarter sa pointe des parties qu'elle pourrait blesser dans le moment où la douleur fait faire au malade des mouvemens involontaires.*" Boyer *traité des malad. chirurg. T.* 6. p. 414.

82) Lanfrancus chirurg. majoris doctrina lib. II. tract. 3. cap 5.

83) Jam Hippocrates (de morb. lib. III. cap. 10) in angina conclamata jussit „fistulas in fauces ad maxillas intrudendas esse quo spiritus in pulmonem trahatur." Dum Asclepiadis methodum, qua curabat anginas, enarrat Caelius Aurelianus (lib. III. cap. 4), notat: „quod approbaverit a veteribus probatam arteriae divisuram, ad respirationem faciendam, quam

nequeat, aut quod cum successu instituta non fuerit [84]), sed quia, scenis, quae perterritos juniores medicos ad illam adigunt, longo artis exercitio adsueti, inde non oppugnamur.

§. CXXXI.

Angina gastrica, periodica et arthritica.

1. *Angina*, saburrae, bili, pituitae, vermibus tubum alimentarium infestantibus ortum debens, *gastrica* salutatur. Origo abdominalis anginae (ex nexu faucium cum visceribus abdominalibus facile intelligenda) ARCHIGENEM non latuit [1]); eamque STOLL [2]), TISSOT [3]), LENTIN [4]), THILENIUS [5]) et RAHN [6]) magis magisque patefece- A. gastrica.

laryngotomiam vocant." Damnarunt autem omnino hanc operationem AURELIANUS l. c. et ARETAEUS lib. I. cap. 7. — Cfr. MAILLARD, an in angina tentanda sit laryngotomia? Basil. 1623.

84) REGNOLI in *Repertorio med. chir. di Perugia Fasc.* 2. — MILANI in OMODEI *annali universali di med. Vol.* 36. p. 31. 1825.

1) Dicentem: „occultae anginae causam esse in quibusdam *nervos*, qui ad stomachum deferuntur, dum male afficiuntur, et post inferioribus membris, pulmoni, inquam, et cordi respirandi principium inflammant. — Conveniunt igitur, inquit, ea, quae vomitoriam vim obtinent, velut est elaterium et squama aeris cum melle." AETIUS tetrab. II. serm. IV. de occultae anginae cura.

2) Rat. med. T. III. p. 155. 3) *Avis au peuple.*

4) Mem. circa aërem, vitae genus Clausthal. p. 73.

5) *Med. chir. Bemerk.* (in epidem. a. 1778).

fecerunt. Parum in dijudicanda hac angina valent *signa* gastrica, quum lingua spurca, nausea et vomituritio etiam ex sola lympha coagulabili fauces obducente et vellicante excitari queant [7]). Indoles anginarum gastrica certius prodit ex annua constitutione saburrali, biliosa, pituitosa, verminosa; ex aetate et vivendi ratione aegrotorum; ex exacerbationibus vespertinis febris, nec non ex nexu morbi cum aphthis, urticaria nodosa [8]) et erysipelate. Angina gastrica, rubore faucium universali, dolore majori, quam gradus phlogoseos aliàs portenderet, insignita, vixque, nisi hypochondrii dolor superveniat [9]) periculosa, raro *venae sectionem* exposcit, fere semper *hirudines*, *resolventia*, *coeoprotica* [10]) et *emetica* [11]),

6) Adversaria medica 1779. p. 309.

7) Sapienter Quarin (l. c. p. 208): „Non raro per materiam inflammatoriam, *aut per pituitam fauces irritantem*, vomendi conatus, nausea etc. oriuntur. *Cavendum tunc ab emeticis*, cum hac in angina gravi inflammatoria vix locum habeant, etiamsi signa latentis in ventriculo saburrae adessent."

8) Spectaretne huc aph. 5. sect. II. Hippocratis: „Ubi faucibus aegrotant, vel *tubercula in corpore exoriantur*, excretiones spectare oportet: si namque *biliosae* sint, corpus aegrotat"?

9) Iterum Hippocrates coac. praenot. No. 374: „Ex anginis citra judicationem *hypochondrii dolor*, cum impotentia et torpore obveniens latenter necat, etiamsi valde mansuete se habere putent."

10) Inter haec, latentibus vermibus, grana aliquot *calomel.*

eq [11]), hîc, non in angina inflammatoria, celebranda [12]).

2. *Angina*, febris intermittentis manifestae aut larvatae symptoma, *periodica* dicitur. Ejus exempla, passim perniciosa [13]), BARBETTE [14]), Du- A. periodica.

11) „Post initium Maji complures, praeter dictas tertianas, obvenerunt anginae tumidissimis tonsillis, et meatum sese contingendo intercludentibus. Erant inflammatorio-biliosae, venaesectio, ubi phlogisticus sanguis educebatur, debebat institui, at perparum inde levaminis, *plurimum autem ab emetico serius paullo exhibito.* Deglutitio enim antea abolita, statim a vomitu restituebatur, deinde dabantur eccoprotica, item gargarismata cum sale ammoniaco. Vesicans, ast aliàs in angina rheumatica, non profuit, nec cataplasma ad totum collum applicatum, nec fotus faucium emollientes." STOLL l. c. — „Praeter alias quas anno 1784. sanavi saburrales cynanches per emetica, recentior est illa, quam, sat vehementem, passus est die 19. Aprilis ad 21. ejusdem, vir amicissimus quidam Bruchsaliensis (*Hr. Hofrath Oehl*), fauces erant inflammatae, turgidae, muco puriformi hinc inde obtectae, oculi splendentes, facies rubra, dolor magnus, febris, amaror oris, nausea, vomitus biliosus. *Ab exhibito emetico, bilis plurima supra et infra evacuabatur, aegerque die sequente sanatus fuit.*" Ex schedis J. P. FRANK.

12) GAGNIER *mémoire en reponse de la question de la soc. et acad de médecine:* „*Doit-on toujours dans les maux de gorge inflammatoires, faire succéder l'émétique aux saignées générales, ou locales?*" SEDILLOT *rec. périod. de la soc. de méd. de Paris T.* 57. p. 52.

13) Legitur apud BARBETTE (opp. omn. Genevae 1688.

Dumas [15]), Carron [16]), Puccinotti [17]) aliique [18]) tradiderunt. Anginae ejusmodi neutiquam confundendae sunt cum illis quae febribus intermittentibus conclamatis superveniunt; aut cum syphiliticis, utpote quae horis vespertinis caput attollant. Caeterum diagnosis et cura anginae periodicae legitimae ex praeceptis alibi traditis [19]) desumendae.

3. *An-*

p. 87): „Aesculapii quidam filius, plethoricus, obesus, laborabat synanche, sibique statim jussit venam secare, statimque post poterat deglutire, et ideo assumpsit purgans, a quo bene habuit et per multas horas quievit. — Sequenti die recidivam passus iterum instituit venaesectionem, iterumque habuit melius, et ambulando loquebatur libere. — Altera mane, dum se putaret sanum, intra bihorium suffocatus periit."

14) l. c.

15) *Observation sur une angine gutturale subordonnée à la fièvre remittente et traitée, comme symptome d'une fièvre pernicieuse, par des grandes doses de quinquina en lavement, en boisson, en substance* etc. Sedillot *rec. périod. de la soc. de méd. T.* 19. p. 422.

16) *Observation sur une angine gutturale, subordonnée à la fièvre remittente, guérie par le quinquina, donné à grandes doses.* Sedillot l. c. *T.* 23. p. 20.

17) *Storia delle febbri intermittenti di Roma. Urbino* 1824. *T.* 1. p. 104.

18) Dupey de Belleoarde in *Journ. de médecine T.* 55. p. 223. 494. — G. Ambri in *Giornale della società medica di Parma Vol.* 1. p. 11.

19) Editionis secundae P. I. Vol. I. sect. I. cap. II. §. XXVIII. 7. — §. XXX. 7. 18.

3. *Angina*, podagrae paroxysmi vices agens, *arthritica* nominatur [20]). „Febris antecedit vehemens, fere ardens; sequitur faucium dolor, tumor phlegmonodes; glutiendi spirandique difficultas tanta, ut biduo quandoque impossibile sit quidquam deglutire, saliva affatim emanat, alvus astricta est, sanguis in patella coreaceus est“ [21]). — Morbus magis juniores podagricos quam senes eligere solet, inprimis qui collo brevi, temperamento bilioso, habituque corporis laxo, squamoso praediti sunt [22]). Angina haec distinguenda est ab angina in hominem arthriticum fortuito incedente, quod fieri posset illam *podagricam* hanc *arthriticam* vocando. Generatim anginae arthriticae id gentilitium habent, quod in tempus incidunt aliàs insultibus podagrae aut arthritidis dicatum; quod plerumque larga suppuratione terminantur; quod absoluto morbo in una tonsilla nunc eadem scena in altera renovatur; quod ejusmodi suppurationes faucium vices podagrae explent, unde aegroti ab hujus morbi insultibus diutius immunes vivere solent; quod nisi suppuratio aut evolutio podagrae aut arthritidis ad artus praecipue inferiores contingat, facile peri- A. arthritica.

pneumo-

20) Musgrave de arthritide anomala. Amstelod. 1710. cap. 13. — Petterson diss. de angina arthritica. Upsal. 1793.

21) Sauvages nos. meth. ord. III. class. 3. gen. 20. spec. 12.

22) Musgrave l. c.

pneumonia, vel hemiplegia [21]) sequantur. Intelligitur inde quanto periculo ejusmodi anginae stipentur. Verum aliquando mitius quoque decurrunt ardore et siccitate faucium stipatae, *herpetem aemulantes* et depositione calculosa in tonsillas contentae [24]). — *Cura* gravioris formae consistit in *venae sectione e saphena;* in applicatione *hirudinum* circa collum; in *eccoproticis* (non drasticis [25])); in *pediluviis fervidis*, quantum tolerari possunt; in *sinapismis* ad suras; in *vesicatorio*, sicuti adversus anginam rheumaticam suasimus; in *diapnoicis*, inter quae, si vires deficere incipiant aut nervorum turbae urgeant, *camphora* et *moschus* commendantur [26]); item *vinum rhenanum* [27]). Fomite arthritico anginis habitualibus ansam porrigente *fonticuli* ad brachia indicentur [28]).

§. CXXXII.

23) Acrel apud Patterson l. c.

24) Schenck obs. II. p. 4.

25) Ex hypothesi, e theoria alexipharmaca emergente, Musgrave purgantia acriora suadet.

26) Barthez *traité de maladies goutteuses. Paris* 1802. Versionis Germanicae Berolini 1803. editae T. 2. p. 344.

27) Musgrave l. c. sed iterum hypotheseos gratia.

28) Huc revocarem Baglivii observat. (prax. med.): „mulierem frequenter anginae obnoxiam, irritis aliis, liberavi excitato cauterio in brachio."

§. CXXXII.

Angina maligna.

1. *Angina* indolis erysipelaceae, magna virium jactura stipata, moxque in gangraenam aut foedas exulcerationes transiens, *maligna* proclamatur. Definitio.

2. Categoria anginae malignae analysi submissa, diversos largitur morbos [1 a]), sedulo inter se distinguendos. Limites.

3. Ante omnia huc spectat *angina maligna scarlatinae symptoma* [1 b]). Quamvis enim CULLEN [2]), rite animadvertente MASON GOOD [3]) etc. [4]), omnem A. m. scarlatina.

1 a) Qua de re nominum copia testatur. Nuncupatur enim: Angina pestilentialis; A. ulcerosa, A. putrida, morbus suffocatorius, M. strangulatorius, M. gulae, M. puerorum epidemicus, laqueus gutturis, lues gutturis epidemica, carbunculus anginosus, praefocans pueros abscessus, tonsillae ceu ulcera crustosa et pestilentia, aphthae malignae, passio anginosa, garotillo, paedanchone maligna, tonsillarum gangraena, cynanche maligna, pestilens faucium affectus, ulcera faucium et gutturis anginosa et rebellia, ulcus Aegyptiacum, febris epidemica cum angina ulcusculosa etc.

1 b) Editionis secundae P. I. Vol. III. sect. I. cap. I. §. I. 2. §. II. 3. §. IV. 13. §. VI. 6. tota ejus doctrina exposita est.

2) l. c.

3) *The study of medecine Vol.* 12. ordo 2. class. 3. gen. 5. spec. 4.

4) CRAMER de anginae gangraenosae differentiis. Halae 1783. — PERKIN *essay for a nosological and comparative view of the cynanche maligna or putrida*

omnem anginam malignam a scarlatina derivando erraverit; nihilominus quivis contagiorum et exanthematum expertus scrutator, quid quid dicatur [5]), facile adsentiet, scarlatinam pro uberrimo anginarum ejusmodi fonte proclamandam esse.

A. m. anthrax.

4. Quemadmodum anthrax et carbunculus reliquas partes adtingunt [6]); ita et fauces. *Faucium anthracem*, potius quam aphthas, descripsit ARETAEUS [7]); eum cum lue pecudum nexum habuisse narrat SAUVAGES [8]), atque tacite a gangraena ex inflammatione distinguit SWIETEN [9]).

Morbo

sore throat, and the scarlatina anginosa, or scarlat fever with angina. Lond. 1787. — DENGER diss. in anginae malignae aetiologiam etc. Goett. 1792.

5) C. H. FUCHS *historische Untersuchungen über Angina maligna und ihr Verhältniss zu Scharlach und Croup. Würzb.* 1828.

6) Editionis secundae Part. I. Vol. I. sect. II. cap. XIII.

7) Lib. I. de caus. et sign. morb. acutor. cap. 9. Postquam de mitiori ulcerum faucium specie locutus est addit sequentia: „Pestifera sunt lata, cava, pinguia, quodam concreto humore albo, aut livido, aut nigro sordentia: id genus ulcera aphthae nuncupantur. Quod si concreta illa sordes altius descenderit, affectus ille et est eschara, et vocatur. *In ambitu vero escharae fit rubor vehemens, et inflammatio, et venarum dolor, quemadmodum a carbunculo.*“

8) Nosol. meth. ord. III. class. 3. gen. 20. spec. 3. „Haec species ante triginta annos epidemica fuit circa Nemausum, maxime inter boves; *atque etiam aliquot homines infecit.*“

9) Comment. l. c. §. 816. „Patet ergo, gangraenam fau-

Morbo illi alibi damnata caustica, saltem donec crustae deciderint [10]), applicanda sunt.

5. Sunt tandem anginae, potissimum catarrhales et gastricae, quae, febre eas comitante *nervea* reddita, quin ideo faucium gangraena absoluta requiratur [11]), malignae fiunt. Hujusmodi exempla nobis praecipue in hominibus diathesi scorbutica mulctatis, sporadica visa, et sporadica et epidemica obvenerunt Huxhamo [12]), Fr. Hoffmanno [13]), Quarinio [14]) aliisque. Malignitas

A. m. cum febre nervosa.

cium, quae validam inflammationem sequitur, vix medelam capere; *illam vero, quae, absque praegressa inflammatione, a depositione maligni humoris ad has partes oritur, pericalosam quidem esse, saepe tamen curabilem, si statim efficax medela adhibeatur.*"

10) Aretaeus (lib. I. de curatione morborum acutorum c. 9) crustas gangraenosas *medicamentis igni similibus* illiniri jubet, ut decidant nec proserpat ad vicina malum. Ubi vero crustae deciderunt, et ulcera rubra apparent, caute jubet, *ut mollissima sola applicentur, lac cum amylo, ptisanae succus, lini semen* etc. convulsiones enim metuendas esse tunc monet, dum dolentissimae et crudae partes acribus irritarentur.

11) Mead (monit. et praecept. med. cap. 4. p. 52) de quadam *anginae aquosae* specie apud Wallenses, in locis praesertim mari proximis, epidemica et maligna, narrat, quae oris, palati et vicinarum partium dumtaxat glandulas tumidas referebat; multi tamen intra biduum aut triduum inde anecebantur.

12) Opp. physic. medic.

13) l. c. §. VI. ad anginam (*prunellam* dictam), Germanis *die Herzbräune, die weisse Bräune,*

tas interdum tanta est, ut febris, saltem quoad pulsum,

provocans. Cfr. J. H. Stark de angina alba, seu prunella, vulgo *die weisse Bräune*. *Regensb.* 1690.

14) l. c. p. 219. „Pessimae, inquit, illae febres putridae, quae grassabantur anno 1772 et 1773, non raro anginam mentiebantur, quae vomitoriis neglectis, sed venae sectionibus largioribus ab imperitis tractata, plurimos e medio tollebat. — Morbus, qui interdiu levis adparebat, noctu admodum increscebat; tonsillae, parotides, et glandulae maxillares inflammatae intumescebant, fauces floridissime rubentes maculis albidis, cinereis hinc illinc dispersis obsidebantur; crusta ulcerum nonnunquam satis valide partes exedebat. Ulcerum crustae colorem induebant obscuriorem et partes vicinae in lividum vergebant . . . Aegri circa quartum aut quintum diem magnam copiam purulenti muci, nonnunquam sanguine tincti, quandoque materiam prorsus lividam exscreabant. A materia hac deglutita anus, nares, intestina excoriabantur . . . Crisis vix ante undecimum, aut duodecimum diem, et tunc satis imperfecta sequebatur." — Quoniam morbus saepe „larga cutis desquamatione" terminatus sit, eo magis de latente scarlatina suspicor, quum simul: „*de eruptionibus cutaneis coloris coccinei*" quaestio fiat. Maxime autem memorabilis est historia anginae malignae sporadicae, quam ipse auctor (l. c. p. 225) narrat. „Gravida, inquit, in sextum mensem intolerabili capitis dolore corripiebatur cum levi deglutitionis impedimento, pulsus erat celer, respiratio anxia, appetitus prostratus, alvus adstricta, urina straminea, *facies coloris lateritii* (an et hic scarlatina?), fauces inspectae solito plus rubebant. Apponebantur sinapismi, sanguis ad novem uncias detrahebatur, qui nec in-

pulsum, absentia, securitatem conciliet [15]). Cura juxta praecepta febri nervosae secundariae [16]) et scarlatinae malignae [17]) medendi, ordinanda. *Collutoria* e *radice daphne mezerei* [18]), e *pipere cayen-*

flammatorius nec dissolutus erat; mixtura ex sale mirabili Glauberi, syrupo ribesiorum, alvum foetentem sed sine levamine movebat, brevi symptomata increscebant, fauces profunde rubrae maculas albescentes exhibuerunt, quae brevi gangraenosae fiebant; accedebat strepitus inter loquendum et tussiendum, sitis ingens, ut spatio decem horarum quadraginta libras potulentorum hauriret. Quandoque delirabat aegra, quandoque comatosa decubuit; demum *tussiendo magnas portiones membranaceas* escharis similes, materia puri analoga obductos *eduxit;* ad vesperas augebantur omnia symptomata, calor ad tactum urens, anxietas summa, animi deliquia, *strangulationis sensus circa laryngem* (an complicatio cum *croup?*), pulsus debilis, celerrimus, mirò modo vacillans, et respirationis difficultas mortem omni momento minabantur . . . . In hoc ancipiti statu intra nychthemerum tres uncias cum dimidia corticis peruviani in decocto per plures dies sumpsit; praeterea hausit largiter spiritum vitrioli cum syrupo althaeae aqua dilutum; in maxima debilitate aqua melissae cum spiritu cornu cervi succinato propinabatur. Iis effectum est, ut symptomata successive minuerentur." Aegra convaluit ac feliciter peperit.

15) Thiery *obs. de physique et de méd.* T. 2. p. 160. *Paris* 1791.

16) Editionis secundae P. I. Vol. I. sect. II. cap. V. §. XXVI—XXX.

17) Edit. secund. P. I. Vol. III. sect. I. §. VI. 6.

18) Mason Good l. c. — Acre sane remedium non ali-

cayennensi [19]), e herbâ *polygoni hydropiperis* [20]), et *clematidis erectae* [21]), *ex oxymuriate calcis* [22]), *acido pyro-lignoso* [23]), *acetate plumbi* [24]), parata

ter exhibendum ac decoctis drachmis duabus *integrae radicis* cum aquae fontanae libris tribus ad colaturam librarum duarum (Murray apparat. med. Vol. IV. p. 633).

19) Stephanus in *Edimb. med. comment. dec.* 2. *Vol.* 2. p. 75. — J. Collins *on the subject of a species of angina maligna, and the use of capsicum in that and several other diseases. Medical communications Vol.* 2. p. 363. — H. Hoadly in *med. and physic. journ.* 1801. *May* — (Drachmae duae piperis cayennensis cum drachma una salis culinaris cum unciis tribus aquae fervidae et aceti destillati infunduntur).

20) Mason Good l. c. — „Nimis brevia sunt quae de usu ejus in angina et exulcerationibus .... apud Astrachenses leguntur apud Lerche in Gort. Flor. Ingr. p. 61." Murray op. c. Vol. IV. p. 410.

21) Mason Good l. c.

22) Darling in *medical repository. Febr.* 1826. p. 139.

23) Barth *Natzen der Holzsäure gegen* angina gangraenosa *beim Scharlach* in Rust's *Magazin für die gesammte Heilk. B.* 27. *Heft* 1. p. 175 (adhibebat gargarisma ex uncia semis acidi pyro-lignosi cum unciis quinque aquae et uncia una syrupi).

24) Raulin (*des maladies occasionnées etc. chap.* 13. p. 261) aquam rosarum cum *extracto saturni* ad os colluendum praescribit. — Boucher (*Journ. de méd.* 1758) grana viginti quatuor *sacchari saturni* in unciis duabus aquae plantaginis, faucibus gangraenosis illinivit. — S. G. Vogel (l. c. p. 152) jure monet usum ejusmodi plumbi aleae plenum esse, idque ex aliorum experientia confirmat. Interea hanc methodum repro-

rata laudantur, non neglectis *scarificationibus* [25]).

6. *Anginae malignae aphthosae*, post scarlatinosam communissimae, doctrina infra tradetur [26]). A. m. aphthosa.

7. De *angina nervea* (*convulsiva*, *paralytica*) in tractatu de *dysphagia*. Hic monuisse sufficiet, apud feminas hystericas interdum contingere [27]), ut *spasmus*, anginae (qualiscunque demum indolis) comes fiat, quod ex angustiis phlogoseos in faucibus gradui non respondentibus, neque ab alio recondito morbo repetendis, cognoscitur. Nisi status morbi inflammatorius obstet, tunc ad *opium* confugiendum [28]). Monitum.

§. CXXXIII.

ductam videmus a J. Hamilton (*hints for the treatment of the principal diseases of Infancy and Childhood, adapted to the use of parents. Edinb.* 1825).

25) Mead (l. c. cap. 2) detracto primum sanguine et alvo laxata, *tonsillas* gangraenosa macula correptas tribus vel quatuor vulnusculis satis profunde *incidendas* et deinde melle rosaceo inungendas atque hordei et ficorum decocto eluendas abstergendasque saepius esse, commendat. Addit Burserius (l. c. §. 418): „Testor pluries praescriptas a me felici eventu in quadam epidemica anginae gangraenosae constitutione hujusmodi *incisiones* esse. Utinam licuisset iis semper uti in pueris et infantibus, qui difficillime induci ad eas subeundas solent; nam majorem eorum partem servare potuissem!“

26) Cap. XXXV. §. CXXXVIII.

27) Ob rationes cap. XXXIII. §. CXXIII. No. 5. expositas.

§. CXXXIII.

Angina accessoria.

Definitio. 1. *Angina* morbis provectioribus fortuito superveniens, nobis *accessoria.*

Adparitio. 2. Adparet sub protracto morborum tam acutorum quam chronicorum curriculo, „inprimis post validas et frequenter repetitas evacuationes, per venae sectionem, purgantia, vomitoria“ [1]), sed etiam evacuationibus salutaribus praepostere cohibitis. Stipatur dolore et rubore in faucibus, sed levioribus tantum, et sine tumore, immo partibus affectis collapsis [2]). Deglutitio cum difficultate et molestia absolvitur, supervenientibus deinde raucedine, oculis cavis et facie Hippocratica.

Quibusnam in morbis? 3. Morbi anginam accessoriam agnoscentes sunt:

28) Q. Serenus (medicina) ait:

„Disces etiam mirum ex humili medicāmine curam!
„Actisco melli jungas *agreste papaver*,
„Decoctumque simul mandens, mansumque vorabis.“

Apud G. Ch. Conradi (*Auswahl aus dem Tagebuche eines prakt. Arztes. Chemnitz* 1794. p. 46) casus occurrit anginae summis angustiis stipatae, quae opii granis duobus ori retentis illico sedatae fuere.

1) Swieten comment. §. 785.

2) Aretaeus et hanc anginae speciem (in compendiis omissam) adnotavit, ubi ait (de causs. et signis morb. acut. lib. I. cap. 7): „Synanchem collapsio, gracilitas, pallor comitantur: oculi cavi, intus demersi, fauces et uvulae retractae, tonsillae multo magis subsidentes, vocisque privatio.“

sunt: febres tam intermittentes, quam continuae [3]), peripneumoniae [4]), phthisis pulmonalis [5]), et dysenteria [6]).

4. *Angina accessoria* (saepe cum *aphthis* nexum Prognosis. Cura.

3) „*A pain and inflammation of the tonsils, after continued or intermittent fevers, attended first with a difficulty of deglutition, succeded by a hoarseness, hollow eyes, and hippocratic face, certainly fore-shew imminent death, without any hopes of recovery. And I have generally observed that profuse evacuations, in patients almost worn out by the violence of the disease, together with the long continuance thereof, have conspired to produce there fatal symptoms.*" Sydenham *Works*. *Lond.* 1769. p. 69. Et Frid. Hoffmann (l. c. §. 6): „malignis saepe accedit febribus omine plerumque malo (angina) in qua muco albo tota faucium regio et lingua oblinitur, lingua fissuras dolorificas contrahit et junctus est simul magnus ardor, qui usque ad praecordia pertingit."

4) „Vidimus (a. 1787. in clinico instituto Ticinensi) post peripneumonias hyemales, easque rheumaticas, moderato morbi impetu, ac sede inflammationis sublimiori loco ascendentes, cynanches successisse." J. P. Frank epit. l. c. p. 110. — Quas cynanches, hic potius salutares, in peripneumoniis exitialibus, quae Vilnae a. 1807. inter milites grassabantur, pessimi vidi augurii.

5) P. II. Vol. II. sect. I. cap. X. §. LII.

6) „*Cynanche a dysenteria* . . est species, quae dysenteriae suppressae, male curatae succedit, cum gutturis inflammatione, febre, leipothymia." Sauvages l. c. spec. 15.

nexum habens) ut reliqui morbi accessorii [7]) periculosissima est [8]). Non hirudines, sed *collutoria* ex lacte, decocto malvae, — *linctus* ex gummi arabico, oleo amygdalarum et syrupo violarum, — *succus cucumerum recentium* [9]), — *unctiones* colli ope olei et *fomenta* juguli ex lana. Animam agentibus aliquod afferre possunt levamen.

§. CXXXIV.

Angina scrophulosa et carcinomatica.

A. scrophulosa.

1. Vitium universi systematis lymphatici in corpore juvenili, tonsillarum chronicam indurationem quandoque et exulcerationem, laesa inde deglutitione excitans, *anginam* constituit *scrophulosam*. Morbus hîc Hippocrati [1]) et Aretaeo [2]) probe

7) „In morbis, qui alter alteri superaccedit, plerumque interficit. Quum enim corpori a priori morbo debilitato alter morbus supervenerit, prae imbecillitate prius perit, quam alter, qui posterius accessit, morbus desinat.“ Hippocrates de affection. cap. 6.

8) „Fauces leviter dolentes graciles, cum jactatione strangulantes, acutae perniciosae.“ Hippocrates Prorrhet. lib. I. et Coac. praenot. No. 226.

9) In laminas subtiles scinduntur cucumes et adsperguntur pulvere sacchari, vase oblique posito ut succus depluens cochleatim leniter hauriendus, colligi possit.

1) De dentitione asserit „securiora esse ulcera tonsillarum, quae citra febrem oriuntur; — illa proserpere, inprimis aestivo tempore, periculo vocare, si multo tempore circa incrementum manserint; junioribus inprimis familiarem esse hunc morbum.“

2) l. c. cap. 9. — „Ulcera in tonsillis fiunt aliqua mi-

probe notus fuit. Qui eo laborant, primum screatores fiunt, minima que porrecta occasione anginis catarrhalibus subjiciuntur. Hae autem lente resolvuntur, donec tandem perpetuam relinquant deglutiendi difficultatem, voce haud raro plus minusve nasali redditâ. Inspectis tunc faucibus alterutra tonsilla, aut ambae, tumidae et solito duriores reperiuntur; quod et adtactus externus confirmat. — Angina scrophulosa frequentissime inter annum aetatis septimum et decimum quintum observatur. — Ea probe ab indurationibus tonsillarum, quibus anginae acutae, in corpore alioquin sano ansam porrigunt, distingui debet. Ejusmodi enim indurationes perpetuo exstare possunt, quin praeter mechanicum deglutitionis obstaculum, ulterius malum portendant. Secus illa, ocyus serius praevia phlogosi lenta, in *exulcerationem*, vix dolorem inferentem, et aliquando in *phthisin pulmonalem* [3]) desinens. — *Cura* morbi admodum delicata est ac bifaria. Quae *indurationem* respicit juxta praecepta generalia scrophulis medendi [4]) ordinanda. Caute respectu *mercurii* (nisi extus

tia, familiaria, non laedentia . . . Mitia quidem sunt munda, exigua, non alte descendentia, non inflammata, dolorem non excitantia."

3) Selle (med. olinic. p. m. 72) monet: „a scrophulis praedispositionem nasci ad anginas, quibus succurrendum sit, nisi velimus, ut *phthisis* quondam insanabilis sequatur."

4) P. III. Vol. I. sect. I. cap. de scrophulis.

extus sub forma *emplastri*, una cum eo *conii maculati*, aut *meliloti* adhibiti), incedendum; utpote qui facile tonsillarum praecoces exulcerationes, nec non phlogoses et suppurationes pulmonum atque mesenterii, excitat. Ipsis in eligendis *collutoriis* magna obvenit difficultas, *emollientia* enim tonsillarum tumorem, et *adstringentia* earum duritiem augere solent. Conducunt *collutoria* leniter *narcotica* inprimis ex *herba humuli lupuli* vel ex *opio* [5]). Item *salina* potissimum ex *sale ammoniaco* [6]), *oxymuriate calcis*, et *aqua marina*. Cuncta haec collutoria nec ipsi *tonsillarum exulcerationi* adversantur. Hic praeterea *lapis divinus* tentari mereretur [7]). Nisi conditio universalis morbosa, alioquin *fonticulos* ad brachia exposcat, potius *trochiscos escharraticos ex minio*, magnitudinis capitis acus, ope emplastri diachyli super linteum circuitus oboli extensos, eo colli loco, qui tonsillae affectae respondet, admovemus, ut ulcusculum inde excitatum diu apertum

5) e. c. guttas quindecim laudani liquidi Sydenhami collutorio ex hordeo parato superaddendo.

6) Cum spiritu Mindereri ut supra §. CXXVIII. maxime commendatur a Callisen *System der neuen Chirurgie. Kopenh.* 1824. *B.* 2. p. 788.

7) R. Lapidis divini grana duo. Solve in aquae destillatae uncia dimidia. Laudani liquidi *Sydenhami* guttas decem. Decocti hordei libram unam. M. D. S. ad gargarizandum.

tum servetur. Hisce nihil juvantibus ad *tonsillarum exstirpationem* [8]) deveniendum.

2. Vitium priori simile, at declinante vitae tempore evolutum, *anginam* constituit *carcinomaticam*, SWIETENIO [9]) et W. VAN LILL [10]), *scirrhosam*. — Morbus in alterutra aut utrisque in tonsillis duritie orditur, quae lente increscit et juxta incrementi gradum deglutitionem plus minusve difficilem reddit. Tandem pars indurata hucusque indolens, dolere incipit. Tunc mox, praevio rubore livido, ipsa exulceratur. Talis exulceratio adspectum griseum et lardaceum exhibet. Socii sunt tumores glandularum colli et status varicosus venarum faucium. — Malo huc perducto, pars affecta exeditur ac deglutitio maxime dolorifica evadit. Accedit febricula lenta corpus depascens; clauditque scenam mors. Rarissimum morbum, probe ab insonti *induratione tonsillarum*, phlogoseos reliquia [11]) et a *dysphagia ex* A. carcinomatica.

8) Cap. XXXIII. §. CXXV. No. 4. 9) l. c. §. 797.

10) Diss. de angina scirrhosa. Lugd. Bat. 1760.

11) „*Die Mandeln werden zuweilen widernatürlich gross, ohne entzündet zu seyn. Man nennt diese Anschwellung mit Unrecht den Scirrhus der Mandeln. Sie hat nichts mit einem Scirrhus gemein. Die Mandeln sind bloss widernatürlich gross, nicht hart, sondern von mittler Festigkeit. Man kann sie stückweise abschneiden, und hat nicht zu fürchten, dass das Zurückbleibende bösartig wird. — Diese widernatürliche Geschwulst der Mandeln ist mehrentheils die Folge öfterer Ent-*

ex carcinomate oesophagi [12]) distinguendum, utpote semel nobis visum [13]), minime in dubium vocamus [14]). Ad exulcerationem perductus magna illi est similitudo cum *faucium lepra* [15]), ad quam *ulcera* palati et veli palatini, *aegrotis plicosis familiaria*, revocamus. Contra ea *collutoria* ex *herbis* tam *vincae pervincae* quam *conii maculati* (hujusque *extractum sulphuri* nuptum interne) cum successu adhibuimus. Haec collutoria etiam adversus *anginam carcinomaticam ingruentem* proponimus; item *collutoria* ex *jodio* [16]) et *arsenico*. Provectiori in morbo ad *tonsillae exstirpatio-*

zündungen. Zuweilen entstekt sie ohne irgend eine bekannte Veranlasiung. Immer ist sie unschmerzhaft." Richter *Anfangsgründe der Wundarzneyk. B.* 4. p. 45.

12) Swieten (l. c.) talem dysphagiam ad anginam suam scirrhosam vocat.

13) Vindobonae a. 1800. in nosocomio universali civico.

14) Nec in dubium vocat Richter (l. c. p. 58) monens: „*Obgleich die Geschwulst der Mandeln, wovon bisher gehandelt worden ist, gewöhnlich gutartig ist, so ist dennoch keineswegs zu läugnen, dass an den Mandeln zuweilen auch wirklich scirrhöse Verhärtungen bemerkt werden.*"

15) J. Th. Brandt de leprae in membrana faucium, narium nec non oris mucosa obviae diagnosi. Rigae 1825. — (Doleo me hoc opusculum obtinere haud potuisse. Illius argumentum summopere memorabile!)

16) *Vom Nutzen der Jodine bei apocryphischen Halsgeschwüren* in Rust's *Magazin für die gesammte Heilk. B.* 23. *Heft* 1. p. 180.

pationem et, si *ferro* amplius locus non esset, *ad ignem* confugiendum [17]). Aeger noster prudenter suo fato relinqui maluit.

§. CXXXV.

Angina scorbutica et syphilitica.

A. scorbutica.

1. „Est anginae species palatum, uvulam, tonsillas occupans, quam frequenter observavi, quae facile plerumque curari solet, licet satis acriter saepe doleant partes. *Inprimis in scorbuto laborantibus observatur*, quandoque etiam epidemicorum more plurimos homines occupat [1]), verno praecipue tempore, humidoque et calido aëre. Levis febris praecedit, sed post aliquot horas evanida; tuncque dolent fauces hoc illove loco, et illas inspicienti apparet macula alba, cujus contigui limites rubent admodum et pessime dolent; caeterum non adeo intumescunt partes affectae. Si negligatur hoc malum, proserpunt hae maculae, halitus putridus ore exit, et eroduntur satis saepe profunde partes affectae. *Spiritus*

17) „Cauteria actualia et potentialia talibus tumoribus applicare quidam ausi fuerunt; et quamvis magno cum discrimine hoc fiat, tamen non semper cum funesto successu factum fuisse quaedam observata (Ruysch obs. anat. chirurg. anatom. obs. 48. p. 45) docent." Swieten l. c.

1) Milites praecipue, pauperes et ejusmodi conditionis homines.

ritus sulphuris per campanam [2]), multa dilutus aqua, addito *roob sambuci* et *nitro* [3]), curat felicissime tales anginas, si saepius de die ore continetur. Si jam putridum halitum exspirent aegri, et profundius erodi inceperint partes, *spiritus salis marini* guttae triginta vel quadraginta, unciae uni mellis rosarum mistae, dant remedium, quod illinitum illico sistit serpens malum: prodest tunc si *sempervivi majoris succus cum melle vel syrupo althaeae* mistus ore contineatur; postquam spiritus salis marini applicatus fuerit, sic enim dolor lenitur pulcherrime" [4]). — Magni hic quoque facimus collutorium ex *infuso foliorum salviae* [5]), et ex *seminibus sinapis* albae [6]).

A. syphilitica.

2. *Angina syphilitica* (cujus doctrina, si tota hic tradi deberet, non paragraphi segmentum, sed plenum caput exposceret) *triplici* sub respectu consideranda est:

A. *Ut effectus contagii syphilitici cavitatibus oris, modis jam indicatis* [7]) *directe admoti.*

Hujus

2) Acidum sulphurosum.

3) Decomponitur quidem nitrum, ac jactura acidi sulphurosi per connubium cum potassa, ab acido nitrico inde libero reddito resarcitur.

4) Swieten l. c.

5) Remedium populare inter incolas *cap* sistere refert le Vaillant (*Magaz. von Reisebeschreibungen B.* 13. p. 390).

6) R. Pulveris seminum sinapis albae — gummi arabici aa drachmam semis. Mellis unciam. Infusi florum sambuci libram. D. pro gargarismate.

7) Cap. I. §. VI. 3.

Hujus morbi quaestio fiet disserendo [8]) de *lue insontium*, deque morbis venereis *Canadae* [9]) (*mal des ébarlemens lustracrus*), *Scotiae* [10]) (*Sibbens*, *Siwens*), *Dalmatiae* [11]) (*Scherlievo*), *Fori Julii* (*Cavalchina*) et *Lithuaniae* [12]). Palam fiet: nullo ad partes genitales praeeunte morbi indicio, ruborem ad tonsillas, velum pendulum, uvulam, palatum, una cum partis affectae tumore molli adparere; — deglutitionem inde impeditam et vocem raucam evadere; — brevi post pustulas albas in conspectum venire; — has disruptas in ulcera desinere tandemque luis universalis symptomata, praecipue dolores osteocopos, foedas impe-

8) P. IV. Vol. II. sect. I.

9) Swediaur *practical observations on venereal complaints. Edinb.* 1788.

10) E. Gilchrist *an account of a very infectious distemper prevailing in many places*, in *Essays and observations physic. and literar. read before the philosophical society of Edinburgh Vol.* 3. *art XI.* p. 154. *Edinb.* 1771. — Hill *cases in surgery.* — Bell *on gonorrhoea virulenta and lues venerea Vol.* 1. p. 37. — Heurteloup etc. in *Journ. général de méd. chir. et pharmac. T.* 42. *Novembr.*

11) Cambieri in J. P. Frank *Supplement-Bände zur medicin. Polizei B.* 2. p. 239. *Leipz.* 1825. *et* Jenniker in *med. Jahrbüchern des k. k. Oesterreichischen Staates B.* 5. *St.* 3. p. 104. *St.* 4. p. 43.

12) Acta mea clinica instituti clinici Vilnensis ann. I. p. 25.

impetigines, ulcera ad partes genitales, anum etc. nasci; idque interdum cum levamine anginae.

B. *Ut effectus luis universalis.* Hìc praevio ulcere partium genitalium, aut alterius loci citra os, praeviisque saepe vel sociis symptomatibus aliis infectionis universalis, difficultas apparet deglutiendi, in quam si faucium inspectione inquiris, exulceratio adparebit, modo tonsillarum, modo palati, modo veli penduli, modo uvulae, socio saepe muco spumoso super linguae radice [13]).

C. *Ut effectus anginarum fortuito in corpus a lue contaminatum incidentium.* Tali in casu (frequentissimo si aegrotus sub cura mercuriali frigus suscipiat) angina catarrhalis, rheumatica, inflammatoria etc. non facile ut sano in corpore solvitur, sed, aut directe, aut per abscessum in ulcus transit.

Qualicunque demum pacto ulcera anginam sypbiliticam constituentia nata sunt, in eo conveniunt, quod ad formam potius rotundam inclinant, — margines dentatos et verticales fundumque ex griseo lardaceum exhibent, — ichorem viscosum odore sui generis praeditum, contagiosumque largiuntur, — tumores parotidum et glandularum submaxillarium provocant, — atque, licet magis in latitudinem quam in profunditatem

13) Autenrieth in *Tübingischen Blättern B. 2. Heft 2. No. 1.*

ditatem serpere soleant, attamen, si aut negligantur, aut male curentur, aut scrophulis, arthritidi, et maxime scorbuto jungantur, partibus mollibus faucium aeque ac laryngis [14]) exesis, ossa palati, narium, tubam Eustachianam [15]) et vertebras cervicales [16]) adtingunt, ac carie terribiliter destruunt. Ad quae mala praepedienda, in angina syphilitica *primaria recenti* ulcus mox *causticis* [17]) destruendum, aliàs, et in anginis *secundariis* ad curam radicalem luis, habita *complicationum* ratione, deveniendum. Quibus ultimis maxime tribuendum, si in ulceribus faucium syphiliticis curandis, praeter topicam *mercurii*

14) C. H. Hawkins. Ex *London med and physic. journal* in Froriep's *Notizen aus dem Gebiete der Natur- und Heilk. B. 5. No. 22. Decembr.* 1823. p. 343.

15) „Ubi lue Gallica nata ulcera has partes depascuntur, inquit Swieten (l. c. §. 805), quandoque contingit erodi tubarum orificia, et concrescere postea, unde incurabilis surditas producitur. Quandoque etiam lente proserpentia, ut solent, haec ulcera per totam longitudinem tubae Eustachianae pergunt, auremque internam destruunt penitus; foedo ichore per aurem externam stillante in miseris illis, quibus diro hoc morbo fauces exesae fuerunt." Cfr. Valsalva de aure humana cap. 5. §. 10. p. 90.

16) Part. II. Vol. I. sect. II. cap. II. §. VIII. 2.

17) R. Lapidis infernalis grana viginti. Aquae destillatae unciam semis. Adtingantur ulcera penicilli ex linteis carptis ope. Ch. Bell *surgical observations being a quarterly report of cases in surgery. Part. I. Lond.* 1816.

adplicationem [18]), sibi laudem promeruere *extracta*

18) Solutionem mercurii sublimati corrosivi ad grana duo cum mellis rosarum uncia aut ulceribus penicilli ope illiniendo aut decocto hordei libra pro collutorio addendo; *nunquam sub vaporum forma* ut antiquissimus mos et consilium HAWKINS (l. c.) ferunt. Legi de hoc argumento meretur historia terribilis quam egregius nostri aevi observator, JACOBUS PENADA, retulit (*Nuovi saggi della Cesareo-Regia Accademia delle scienze, lettere ed arti di Padova Vol.* 2). — Non quidem agitur de *cinnabare*, quem HAWKINS a drachma semis ad drachmam unam pro quovis *subfumigio* suadet, sed de alio pharmaco ex mercurio sublimato corrosivo aliisque haud notis substantiis composito, quod empiricus viro triginta annorum, ulceribus venereis faucium laboranti, commendavit. „*Sotto l'uso di cosi fatte profumazioni, determinate con apposito tubo alle parti esulcerate, l'ammalato nel settimo giorno di cura fu preso da gagliardissima febbre; si rigonfiò enormemente tutta la testa, e le labbra singolarmente; si rigonfiarono del pari anco le interne parti della bocca, con vertigini e deliqui, poi fu preso da fortissima cardialgia, con terribili conati al vomito, e dopo tanti mali e ambasce sofferte gli sopravenne un profusissimo ptialismo con bava a sangue framischiata, ed esalante un fetido ed insoffribile odore. Mediante opportuni rimedi riavutosi poco a poco, l'infermo comminciò sentirsi vacillare quasi tutti i denti di modo ch'egli stesso con pochissima forza se li andava estraendo; se non che una mattina risvegliatosi dal leggero suo sonno, e sentendosi vacillare un dente molare della mandibola inferiore, se lo prese colle dita per estirparlo alla foggia con cui se*

tracta conii maculati [19]), *gratiolae officinalis* [20]), et *murias ferri* [21]).

CAPUT

ne aveva estratto molti altri nelle antecedenti giornate. Ma, quale fu la sua sorpresa, quando, dietro al dente che ei voleva estrarre, si avvide che avea levata la stessa ossea mascella inferiore tutta in un pezzo, fornita di molti altri denti ancora esistente, ed incuneati ne' loro alveoli! . . . . L'infermo non guarì mai perfettamente, visse parecchi anni dappoi masticando sebbene a stento pell' indurimento e incallimento a cui erano ridotte le gingive dal continuo attrito."

19) W. H. S. BUCHHOLTZ de cicutae efficacia in ulceribus faucium et veli palatini venereis. Nov. act. acad. nat. curios. T. IV. p. 261. — Cfr. G. A. DE VISQURDAS cura gravium in faucibus ulcerum. Ephem. acad. nat. curios. cent. 3 et 4. p. 862.

20) KOSTRZEWSKI diss. de gratiola. Viennae 1775. — Pulcherrimos ab extracto gratiolae vidi effectus in anginis syphiliticis arthriticorum, et generatim in labe venerea faucium. Dosis a granis tribus ad sex. Aliàs extractum gratiolae mercurio sic jungo: R. Extracti gratiolae drachmam unam. Mercurii sublimati corrosivi s. q. aquae destillatae soluti grana duo. Misce assidue, fiant inde pilulae viginti. Cap. adultus semel bisve de die unam.

21) E. HORN *Versuche über die Wirksamkeit des Eisens in veralteten venerischen und mit Mercurialcachexie verbundenen Geschwüren. Archiv für med. Erfahrung B. 1. Heft 1. No. 6.*

Caput XXXV.

De aphthis.

§. CXXXVI.

Definitio. Literatura. Divisio.

Definitio.

1. Cavitatum oris (et aliquando vaginae) papulae subalbae, cinereae, glutinoso ac puriformi liquore repletae, nunc solitariae, nunc coalescentes, mox in crustas deciduae, moxque renovandae, cum dolore, *aphthas* [1]) constituunt.

Literatura.

2. Hippocratis et Galeni temporibus aphtharum nomen in genere proprium fuit ulcusculis toto ambitu rubris, in medio macula alba notatis, qualicunque demum in loco comparuerint [2]). Sed jam Celsus aphtharum Graecum nomen in ulcera serpentia, quatenus *os* afficiunt, vertit. Sic et Julius Pollux [3]), Aetius [4]), Aretaeus [5]), Pau-

1) A Graeco ἅπτω, accendo (Mason Good *study of med. T.* 2. p. 585). *Synon.* Lactumina, lactucimina. Gall. *Aphthes*, *le muguet*, *le millet*, *le blanchet*. Angl. *The thrush*. Germ. *Schwämmchen*, *Mehlhund*, *Mundsöhr*. Ital. *Afte*.

2) Hippocrates aphor. 24. sect. III. De morbis lib. II. cap. 18. — Galenus commentar. III. lib. 13. epidem. III.

3) Onomast. lib. IV. c. 24. sect. 200. p. 470.

4) Tetrabibl. II. serm. I. 39.

5) De causis et signis morbor. acutor. lib. I. cap. 9.

Paulus Aegineta [6]). Nec aliter Amatus Lusitanus [7]), Sennertus [8]), Riverius [9]), Wedelius [10]) et Ettmüllerus [11]), praecipui de hoc morbo scriptores, quibus praeterea adnumerandi V. Ketelaer [12]), Boerhaave et Swieten [13]), Lorry [14]), J. Ch. Stark [15]) et Double [16]) (certe non Vernon [17]), Lélut [18]) et Heyfelder [19])). Maxime autem inclaruit aphtharum doctrina *operâ Illu-*

6) De re medic. lib. I. cap. 19.

7) Curat. medicinal. cent. V. p. 326.

8) Prax. med. lib. II. cap. 18. Tract. de curat. infantum cap. 13.

9) Praxis med. lib. VI. cap. 5.

10) De morbis infantum p. 18. Exercitat. patholog. therapeuticae p. 118.

11) Prax. med. Part. II. p. 216.

12) De aphthis nostratibus, vulgo *de sprouw*. Leid. 1672.

13) Comment. in Boerhaave T. III. §. 978—992.

14) De morbis cutaneis p. 34.

15) *Abhandlung von den Schwämmchen. Jena* 1784.

16) *Observations et reflexions pratiques sur la maladie des enfans connue sous le nom de Muguet. Journ. général de méd. T.* 18. p. 64.

17) *Note sur le muguet des nouveaux nés. Bulletin des sciences médicales. Juillet* 1825. p. 222.

18) In *Répertoire général d'anatomie et phys. pathol. Vol.* 3. p. 145. *Vol.* 4. p. 16. et Omodei *annali universali di medicina. Fasc.* 143. *Novembre* 1828.

19) *Die Schwämmchen oder Aphthen der neugebornen Kinder im Findelhause zu Paris beobachtet.* in Harless *rhein. westph. Jahrbücher B.* 1. *St.* 3. p. 141.

Illustris Regiae Societatis Medicae Parisiensis anno MDCCLXXXVII pro optimo de hoc morbo tractatu *praemium* proponente [20]); cujus participes facti fuere SANPONTS, AUVITY, VAN WIMPERSSEN, COOPMAN [21]), J. ARNEMANN [22]) et L. F. B. LENTIN [23]). Nec inefficaces habendae *dissertationes inaugurales* [24]) et opera de morbis infantum [25]).

3. Aph-

20) *Recherches, qu'elles sont les causes de la maladie aphtheuse, connue sous le nom de Muguet, Millet, Blanchet, à la quelle les enfants sont sujèts, surtout lorsqu'ils sont réunis dans les hôpitaux, depuis le premier jusqu'au troisième mois de leur naissance; quels en sont les symptômes, quelle en est la nature; et quel doit en être le traitement soit préservatif, soit curatif?*

21) Eorum, ARNEMANNI et LENTINII tractatus exstant in *Histoire et mémoire de la soc. R. de Paris années* 1787 *et* 1788.

22) Commentatio de aphthis. Goett. 1787. Continetur in J. P. FRANK delectu opusc. med. Vol. V. p. 319.

23) *Abhandlung über die Schwämmchenkrankheit der Kinder.* in LENTIN's *Beyträge zur ausübenden Arzneywissenschaft. Leipz.* 1789. p. 240. Et in *Samml. auserl. Abhandl. für pr. Aerzte B.* 15. *St.* 3. p. 335. (qua utor) nec non in Delect. opusc. citat. Vol. IX. p. 273.

24) Prae omnibus illae SLEVOGT diss. de aphthis. Jenae 1706. et DIEZ diss. de aphthis. Erford. 1771. Accedunt ROLFINCIUS diss. de aphthis. Jen. 1672. — VAN MUYEN diss. de aphthis. Leid. 1685. — RING diss. de aphthis. Lugd. Bat. 1686. — BORSELAAR diss.

3. Aphthae prout vel *morbum per se* aut aliorum morborum *symptoma* constituunt, dividuntur in *primarias s. idiopathicas* et in *secundarias s. symptomaticas.* Illae quum primis vitae mensibus addictae sint, etiam *morbus aphthosus recens natorum;* hae, quatenus aliis aegritudinibus superveniunt, simpliciter *aphthae* dici solent. Divisio.

§. CXXXVII.

de aphthis. Lugd. Bat. 1690. — Hegner diss. de aphthis. Basil. 1704. — De Pré diss. de aphthis. Erf. 1727. — A Bergen diss. de aphthis. Francf. 1733. — Isebree diss. de aphthis. Lugd. Bat. 1743. — Hodenpyl diss. de aphthis. Lugd. Bat. 1759. — Rosen diss. de aphthis, singillatim febrium continuarum. Lund. 1762. — Zander diss. de aphthis. Duisb. 1774. — Van der Belen diss. de aphthis. Lovan. 1783. — Brodhag diss. de aphthis. Argent. 1787. — Leonhardi diss. de aphthis infantum. Viteb. 1790. — Posewiz diss. semiologia aphtharum idiopathicarum et symptomaticarum. Viteb. 1790. — Woost diss. de aphthis infantum. Vitemb. 1790. — Eikendahl diss. de aphthis. Leid. 1796. — Caspari diss. de aphthis. Goett. 1797. — Mayerhauser diss. de aphthis infantum. Francf. 1797. — Steinhäuser diss. de aphthis. Viteb. 1802. — L. Tamassy diss. de aphthis neonatorum. Pest. 1820. — F. A. Colussi de neonatorum aphthis. Patav. 1826.

25) Editionis secundae P. I. Vol. I. Sect. I. Consp. hist. et literat. §. IX. 5. — §. X. 8. — §. XI. 13.

§. CXXXVII.

Morbus aphthosus recens natorum.

Symptomata.

1. Neonati, adspectu sani, immo solito quietiores, somnolenti fiunt, necque alimenti desiderium manifestant. Sunt tamen qui etiam inquieti et insomnes reddantur. Ut ut sit arreptam vix labiis calentibus papillam eam jam fastidiunt atque ploratu dolorem difficilemque lactis suctum et deglutitionem significant. Interea copiosior in multis urinae excretio contingit, linteis fasciisque pluries de die in integrum madidis redditis. Alvus vero solito rarius deponitur. Nutrix de sensu caloris ad mammae papillam, cui pusionis os admovet, conqueri solet. Oris cavum digito exploratum siccitatem exhibet. Plurimis vomitus nunc lactis coagulati nuncque bilis flavae supervenit. Tertio quartove die *papulae* subalbae, cinereae, sub oris epidermide elevatae, subrotundae, lenticulares, ad labia, gingivas, linguam, palatum, ac, senescente morbo ad anum, adque partes sexuales femineas, erumpunt. Papulae ejusmodi citissime in *pustulas* transeunt, quae, solitariae primum, mox sese mutuo tangunt, ac gravi in malo, sub forma quasi chartae pergamenae oris cava, praecipue palati fornicem obducunt. Mox pustulae, in *crustas* desinentes, colorem, antea album ac margaritarum fere nitorem referentem, cum flavo, bruneo, ac interdum livido aut atro commutant. Jam urina pauca, lixivii instar deponitur. Contra alvus copiose

piose movetur fluida, viridescens. Leviori in malo loca affecta desquamantur, quo facto pristino colori restituuntur. Aliàs repetitae aphtharum eruptiones contingunt et nonnunquam exulcerationes accedunt cruentae, foetentes.

2. Quo ultimo in casu aphthae quoque superficiei internae oesophagi et intestinorum, praecipue crassorum, adhaesisse sunt visae [1]). Necroscopia.

3. Aphthae primum homini familiarem morbum sistunt. A Rossia usque ad Italiam magni viri [2]) observationem confirmatam habuimus: „raro occurrere infantes primis a nativitate septimanis ab iis immunes.“ Connatas [3]) tamen non vidimus, nec post tertium aetatis mensem incidentes [4]). Utriusque sexus recens nati aphthis aequa subjiciuntur ratione. Urget praecipue morbus tempore aestivo et autumnali. Repeti solet a *meconio*, tenui ac blando matris colostro, aut medicamento opportuno *non satis expulso;* — num jure [5])? Saltem aphthas non rarius conspexi- Causae.

1) Vernon l. c. 2) Swieten l. c. §. 982.

3) Vernon (l. c.) de aphthis in utero materno testatur.

4) Cfr. §. CXXXVIII. No. 5.

5) J. P. Frank (epit. de cur. hom. morbis Vol. III. p. 273), quem in hoc tractatu aliquando ad literam secutus sum, textui hic sequentem achedam addidit: „Quare *solus homo*, dum utero exclusus est, evacuante alvum medicina egeret? . . . nonne abutimur et hac in tenera aetate evacuantibus? . . . nonne per haec ipsa debilitas augeri et aphthae adeo produci pos-

speximus in infantibus a matribus, quam a nutricibus lactatis [6]). Ad morbum excitandum praeterea valent lac pingue, nimium, stomacho grave, aut mala qualitate infensum; tenacia, teneroque puerorum ventriculo non subigenda alimenta; lactis in ore pueri ad ubera obdormientia coagulum; neglecta oris, totius corpusculi, velamentorum, linteorum, atmosphaerae, puerperalis inprimis, mundities; et transpiratio, maxime a pedum refrigerio, auppressa. *Forentne aphthae contagiosae?* — Centenia observationibus nobis constat, eas a nutriçis uberibus ad fauces lactantis, et vicissim ab his ad illa transiviase. Nec desideramus exempla, ubi recens nati cunis traditi, in quibus antea aphthosi decubuerunt,

sunt? . . . Rure certe rarius evacuant pueros, vivunt tamen et vegetsnt. — Si matris colostro privatus est infans, et lacte adultiore nutricis alitur, an ideo purgandus? et si purgetur, an sic lactis corrigitur vitium?"

6) Sic et Lentin (l. c. p. 336) ubi ait: „*Kinder von beyderley Geschlecht, sie mögen von der Mutter oder von Ammen gesäugt werden, sind dieser Krankheit unterworfen, und können in jeder Jahrszeit von derselben befallen werden.*" An *crebra nutricis mutatio* in generationem aphtharum influit? — Riedlin (linear. med. ann. 1697. mens. August. obs. 17. p. 544) de civis filiolo narrat, cui id infortunii contigit, quod brevi temporis spatio tribus diversis nutricibus concreditus fuerit; quoties vero nova accessit, toties aphthae, quae antea evanuerant, rediere.

buerunt, in eundem inciderunt morbum. Credimus itaque *aphthas saltem per contactum communicationi idoneas esse* [7]). Nec ipsa atmosphaera cubiculi, in quo degit aphthosus, ab omni contagio immunis habetur [8]).

4. Aphthae *exanthema* sistunt, maxime cavitati oris, et quodammodo illi oppositae ani, aut simili vulvae, addictum. Exanthema ejusmodi, variolarum instar, modo discretum est modo confluens. Qui, ibi nisum ad pseudomembranas [9]), hic effectivam pseudomembranam admittunt [10]); aut anginam inflammatoriam cum aphthis confundunt, aut a more diei, omnia phaenomena morbosa ex phlogosi repetendi, obcoecantur [11]). Denegatâ aphthis pseudomembranâ, eo Diagnosis.

7) Sic Auvity, Double etc.

8) „*Ja ich möchte selbst die Luft eines Zimmers, in welchem sich ein mit den Schwämmchen behaftetes Kind befindet, oder doch kurz vorher befunden hat, von aller Ansteckungskraft nicht frey sprechen.*“ Lentin l. c. p. 432.

9) Puncta enim conica alba, ut elementa pseudomembranae habent.

10) Lélut in citata memoria prolixa, confusa, et ita erroribus scaturiente, ut observationes huc illuc intrusas in usum deducere haud ausus sim. — Brevius, vix melius, idem argumentum passim pertractavit Ratier in *Archives générales de médecine T.* 17. *Mai* 1828. p. 37. — Illorum auctorum somnia imaginibus pictis exponuntur in *klinischen Kupfertafeln. Weimar* 1828. *Taf.* 2. 3.

11) Formatio pseudomembranae inflammationem aut va-

eo ipso somniata earum affinitas cum *croup* [12]) corruit. Medicis affinitates aphtharum cum aliis morbis quaerentibus, idea potius *cruitae* sic *dictae lacteae* sese obtrudere debuisset. Sed quorsum ejusmodi affinitatum mania? Agitur hîc de morbo sui generis (pro fungis habito! [13])), cujus caeterum varii sunt *gradus*, longe minus ab extensione morbi [14]), quam ab *aegrotulorum conditione* repetendi. *Aphthis mitibus* seu *benignis* laborare solent infantes rite curati, caeterum sani; contra *aphthis gravibus* seu *malignis* obnoxii sunt infantes a matribus animi pathematibus vexatis, remediis abortivis indulgentibus, in lucem editi indeque mox atmosphaerae intemperiei expositi; ac postea, male nutriti, aëri inquinato traditi, ab aliis morbis, ut induratione textus cellulosi, erysipelate, ophthalmiis [15]), ictero [16]), exhau-

lidam, aut diuturnam exposcit. Nec unam nec alteram in aphthis utpote morbo febre experte et acute decurrente invenies.

12) Heyfelder l. c.

13) G. H. Jahn *Beleuchtung der bisherigen Meinung von den animalischen Schwämmchen* (aphthae). — Hufeland's *Journ. für die pr. Heilk.* 1826. *Junius* p. 3. *Julius* p. 4 (Suspicatur aphthas revera esse parasitos ex fungorum genere, ope humiditatis, caloris et impuritatis evolutos!)

14) Juxta Vernon (l. c.) differentia inter aphthas benignas et malignas dumtaxat a minori majorive aphtharum extensione pendet!

15) De hoc morborum connubio testatur Heyfelder

exhausti, maxime vero syphilide mulctati, quales potissimum in hospitiis infantum expositorum obveniunt. Tali sub rerum positione non amplius de simplici exanthemate quaestio est, sed de morbo admodum complicato, haudque facile a quolibet medico definiendo; quem, quatenus gangraena et exulcerationibus stipatur, in capite sequenti de *stomacace*, dilucidabimus. Pro *meris aphthis* enim affectus noster dumtaxat eousque considerandus erit, quousque *partes, quibus adhaesit, integras relinquit* [17]). Quum ejusmodi integritas partium quoque in *aphthis circa anum* et ad *pudenda muliebria* (quarum jam HIPPOCRATES meminit [18]), quocumque centena observavimus exempla [19]) obveniat; jam per se patet, eas probe ab *exulcerationibus syphiliticis*, malo diuturno, distinguendas esse [20]). Postremo non ignorandum, sub

(l. c.), eorum affinitatem (!) extollit CHR. E. FISCHER in HUFELAND's *Journ. der pr. Heilk. B.* 33. *St.* 1. p. 80. *St.* 2. p. 54.

16) WIMPERSSEN l. c.

17) Agitur de charactere essentiali aphtharum jam a KETELAER (l. c. p. 13) exarato, ubi ait: „*integram enim partem, cui adhaeserunt, relinquunt.*"

18) Epidem. III. 19) Praesertim Vilnae inter pauperes.

20) Minus recte quoad selectum vocabuli *ulcusculis*, sed perbelle respectu ad rem ipsam monet SWIETEN (l. c. §. 978): „Vidi aliquoties haec pudendorum ulcuscula, absque ullo symptomate, quod luis venereae suspicionem facere posset, primum molesta ob pruritum vix tolerabilem, dein acerbissimum dolorem facientia cum

sub aphthis, aut inter eas, quandoque *effusionem sanguinis* locum obtinere [21]), et haud raro aphtharum crustas, antequam decidant, nigrescere [22]); unde non mox ex *colore aphtharum* sive *coeruleo*, sive *nigro* [23]) ad gangraenae periculum aut praesentiam concludendum est.

Prognosis. 5. *Prognosis* aphtharum sporadice in domibus privatis obvenientium generatim bona. Totus enim morbus hic spatio duarum triumve hebdomadum sub debito regimine fauste terminari solet. Secus in hospitiis infantum, quorum verum sistit flagellum. Generatim gravius affligunt aphthae quo junior quoque tenerior aegrotulus, quo magis extensae [24]), quo propius invicem junctae, quo saepius reversae, quo siccior oris conditio, quoque evidentior ad exulcerationes proclivitas.

6. Vix

tumore labiorum vulvae, et inveni esse similia illis ulcusculis, quae in ore interno reperiuntur, et sub nomine aphtharum a veteribus medicis fuerunt descripta."

21) *Ecchymoma* forte a partium distensione et aliquando ex vitio scorbutico uti apud Pechlinum obs. lib. I. obs. 17.

22) Double l. c.

23) Lorry (l. c. p. 32) asserit aphthas nigras apud Africanos prodire. Inter nos certe nunquam ab initio nigrae cernuntur aphthae.

24) Jure monet Wintringham (de morbis quibusdam Comment. p. 27) aphthas, labia dumtaxat obsidentes, omnium mitissimas esse.

6. Vix praepediri, sed mitiores reddi queunt aphthae, selectu nutricis non adultae, sanae, sobriae, nec iracundae nec libidinosae; mundatione uberum et oris puerorum [25]); alimento non ad plenam satietatem et continuo porrecto; atque puritate primarum viarum — per *syrupum cichorei cum rheo;* superficiei externae corporis — per *balnea;* ac atmosphaerae — per remotionem maturam linteorum a lochiis, urina et faecibus conspurcatorum debitamque ventilationem. Prophylaxis.

7. Morbo aphthoso comparente, ante omnia nutrix curanda, eique, ut ut sanae [26]), Rosensteinii egregius *pulvis* [27]) porrigendus. Ad pusionem quod spectat levissimo in malo sufficit, dum Cura.

25) „Liquoris amnii guttulae ori inhaerentes in putredinem temere abeunt, hinc statim a partu collutio oris minime negligenda." Arnemann l. c. §. 10. not. — Haec ope *infusi salviae*, aqua facti, vel hujus cum pauxillo vini Gallici albi mixti, cui additur post colationem tantillum mellis (Murray Appar. med. Vol. II. p. 169).

26) Displicet me Patris opinionem amplecti haud posse, ubi ait (l. c. p. 282): „A medicamentis nutrici, nisi haec ipsa aegrotet, porrectis, pro pusione nil boni expectamus." Secus enim me edocuit experientia.

27) R. Magnesiae albae unciam unam. Flavedinis corticis fructus aurantiorum. Seminum foeniculi. Sacchari albi ää, drachmas duas. Fiat pulvis. Cap. nutrix jejuno ventriculo a scrupulo usque ad drachmam semis semel de die. Quae si alvi tarditate laboraret, massae allatae drachma una radicis rhei addi posset.

dum custos linteo subtili aqua saccharata intincto, aut bysso, cui sacchari pulvis committitur [28]), digitum obvolvit, et hocce os ter quaterve de die *leniter* perfricat. Ubi vero vel malum gravius affligit, vel parentes aegrotuli pharmacum exposcunt, aut *syrupus violarum* cum *mucilagine gummi arabici*, aut *linctus* ex *eadem mucilagine*, *oleo amygdalarum dulcium et syrupo althaeae* confectus, aut, si alvus movenda foret (praeter *clysteres emollientes*) *syrupus mannae* exhiberi possent. *Emeticorum* usum [29]) hic nunquam necessarium reperimus. Quodsi morbus invalesceret, ad *boracem*, veluti ad specificum remedium confugiendum [30]). Nec opus est hoc medicamine [31]) loca affecta illinire; sufficit enim illud papillis mammarum et linguae aegrotuli admovere. Simili pacto sibi laudem promeruerunt *succus sedi majoris* [32]), *vitellum ovi cremore*

28) Methodus Petropoli usitatissima. Ex schedis paternis (*Byssum* Gallice *crêpe* — Germanice *Flohr* vertit).

29) Inprimis vino antimoniato (a guttis decem ad quindecim) ad emesin provocandam apud infantes utuntur Angli. Interea fatetur ipse Underwood se tantos abhinc effectus non obtinuisse in aphthis.

30) Invictas esse boracis adversus aphthas vires edixit Tode *med. chir. Biblioth. B.* 1. *St.* 2. p. 88.

31) R. Boracis scrupulum unum. Mellis rosarum unciam unam. Solve triturando in mortario.

32) Lentinius (l. c.) eximias laudes tradit sequenti remedio: R. Succi sedi sempervivi majoris tectorum recenter expressi drachmas duas. Aquae plantaginis

more lactis subactum [33]), *solutio sulphatis zinci* [34]), aliaque infra recensenda. *Opium* [35]) nequidem pro usu externo commendare hîc audemus [36]). *Mercurium* adhibere velle [37]), insanum. Aphthis senescentibus pulcherrimos effectus ab *infuso violae tricoloris* [38]) obtinuimus.

uncias duas. Boracis venetae scrupulum unum. M. ope penicilli ex linteis carptis parati os pueri et mammae nutricis papilla saepius illiniatur.

33) Buecking in Baldinger's *neuem Magaz. für Aerzte B.* 6. *St.* 3. p. 193.

34) R. Vitrioli albi grana decem. Solve in aquae destillatae unciis quatuor. M. D. S. Linteo hac solutione madido abluetur oris cavum quarta quavis hora, at caute ne quid deglutiatur.

35) Laudatur sub forma laudani liquidi Sydenhami oris cavo illinitum a Bracher (*de l'emploi de l'opium dans les phlegmasies des membranes muqueuses, séreuses et fibreuses. Paris* 1828).

36) Quis spondet guttam unam alteramve solutionis opiatae a recens nato deglutiri posse? Sed etiamsi non deglutiatur, ipsa jam adplicatio laudani ad partem epidermide orbatam, in tenello corpusculo omni periculo non est expers.

37) Bretanneau juxta Heyfelderi (l. c.) testimonium *calomelano* ita in aphthis, uti in croup utitur.

38) R. Herbae jaceae officinalis drachmam unam. Ebulliat per horae momentum c. s. q. aquae ad colaturam unciae semis, cui adde aequalem portionem syrupi violarum. M. D. S. Cap. cochlearium coffeanum secunda quaque hora. — Lentinius (l. c.) *syrupo jaceae* utebatur.

§. CXXXVIII.

Aphthae symptomaticae.

Notio. 1. *Aphthae symptomaticae* obvenire possunt in *morbis* tam *acutis* quam *chronicis*. *Morbi acuti* aphthis stipari soliti sunt *febres* (intermittentes [1]), inprimis subcontinuae [2]), catarrhales [3]), gastricae [4]), pituitosae [5]), nervosae lentae [6])), *exanthemata* (scarlatina inprimis, morbilli et variolae [7])), *peripneumoniae* [8]), *ptyalismus* mercurialis [9]), *diarrhoeae* et *dysenteriae* [10]). *Morbi chronici*

1) Van den Bosch hist. constitut. epidemicae verminosae. Lugd. Bat. 1769. p. 80. — Grant *Beobachtung. über die Fieber* p. 323.

2) „Praecipue in febribus autumnalibus, quae frequenter sunt intermittentes in continuas degenerantes; vel licet in initio statim continuae appareant, postea mitescente morbo intermittentem typum induunt." Swieten l. c. §. 983.

3) Double l. c.

4) Grant l. c. p. 326. — Stoll rat. med. T. II. p. 211 („Aphthas in adultis (sub epidemia biliosa), impura ventriculi illuvies produxit, easque nullibi offendi absque stomachi cruditate"). — Kloeckhoff opusc. medic. Jen. 1772. p. 487. De febre Culemburgensi.

5) Editionis secundae P. I. Vol. I. sect. II. cap. IV. §. XXIV. 3.

6) Huxham opp. T. I. p. 175.

7) Editionis secundae P. I. Vol. III. sect. I. Tractatus respondentes.

8) Praecipue in bronchitide.

9) Cap. VI. §. XXVIII. Aphthae mercuriales Sauvagesii.

nici praecipue aphthas agnoscentes sunt *phthisis pulmonalis* [11]), *hypochondriasis*, *scorbutus* et *syphilis*.

2. *In morbis acutis* aphtharum apparitio annuntiari solet stupore et hebetudine [12]), screatione frequenti [13]), ac peculiari epigastrii oppressione cum sensu corporis cujusdam in oesophago haerentis. Plurimis singultus supervenit. Omnes de faucium dolore ac impedimento deglutitionis conqueruntur, nonnullique de gustu deleto. Compressâ tunc linguâ, *ascendens* aphtharum (descriptae quidem ast oblongae magis formae) ex profunda pharynge cohors conspicitur; ac imae primum fauces, linguae radix, mox velum pendulum, uvula, palati fornix, gingivae, ac totum oris antrum crusta alba splendente, subjectis partibus nunc laxe, nunc tenaciter adhaerente obducuntur. Aliàs *in ipso oris cavo* principium aphtharum manifestatur, ac ipsae primum discretae, sensim sensimque confluere, ad fauces dilatari, Symptomata.

10) Hillary *diseases of Barbadoes* p. 86.

11) Layont diss. de aphthis phthisicorum. Hafn. 1768.

12) Ketelaer (l. c. p. 28. — Swieten l. c. §. 983 („Rarissime hoc signum fallit: ita ut aegrotorum custodes in illis locis, ubi aphthae familiares occurrunt, illico aphthas praesagiant, dum somnolentum et torpidum aegrum decumbere observant").

13) Cur auctores de aphthis hoc sat constans morbi symptoma non extollant, haud intelligo. Memoratur ab Oosterdyck in Praecept. med. pract. Lugd. Bat. 1773. p. 113.

tari, ac, docentibus id partium sensu molesto, ardore, deglutitionis difficultate, dein nausea, epigastrii oppressione, singultu per oesophagum ad ventriculum descendere videntur [14]). Interdum ani quoque orificium obsident, et, si diarrhoea adsit, alvo quoque excernuntur. Cavitatis oris aphthae post breve tempus, vel laminarum sub forma exspuuntur [15]), vel linteolo abstersae, copiosa accedente salivatione evanescunt, lingua rubra nitidissima relicta. Ast breve plerumque gaudium! Paucis nimirum elapsis horis graviori in malo redeunt, sicque vicissim, bis terve, immo sexies, septies [16]), donec illarum colore ex albo in cinereum, obscurum vel atrum converso, ac orta siccissima nigraque oris cavum obtegente crusta, sub voce deleta, tussi sicca, interdum sub tenacissimae pituitae vomitu, meteorismo, ac foetidissima diarrhoea, facie pallida, cadaverica, mors superveniat. Quoad *morbos chronicos*, aphthae in conspectum veniunt in *phthisi* (cum omnium symptomatum augmento praevia raucedine, accedente angina et subsequente interdum linguae destructione [17])), in *hypochondriasi* (paucae

14) J. P. Frank l. c p. 277.

15) Ketelaer (l. c. p. 15) tanta copia per aliquot dies ore et ano rejici aphthas viderat, ut aliquot pelves illas congestas vix caperent.

16) Ketelaer l. c. p. 18.

17) Letocha *Beobachtung einer Eiterschwindsucht, wo-*

cae ad linguae plerumque latus sinistrum, dolentes, salivae secretionem provocantes), in *scorbuto* (sub forma phlyctaenarum, ad gingivas aliasque oris partes, quae phlyctaenae disruptae, in ulcuscula rodentia, foeda transeunt) et in *syphilide* (mox sub adspectu exulcerationum, muco albo vel griseo obductorum, ad labiorum commissuras, velum palatinum, uvulam partemque posticam faucium).

3. Cadavera hominum febribus aphthosis defunctorum aphthas per universum tubum intestinalem continuatas, ac ad narium cavum et tracheam extensas, non tamen sine exceptionibus [18]), exhibere solent. Necroscopia.

4. Aphthae febrium et dysenteriarum symptoma, maxime in regionibus septentrionalibus humidis [19]), in senibus [20]), obveniunt. Derivantur praeterea a neglecta saburrarum evacuatione Causae.

bey dem Kranken die Zunge wegeiterte. In Hufeland's *Journ. B.* 26. *St.* 4. p. 54.

18) W. Heberden (commentar. de morbor. histor. et curat. p. 26) monet: „Haec non semper ita fieri, constitit incisis cadaveribus duorum lentis febribus peremptorum, quorum ora diu contecta fuerant aphthis, licet nullum earum vestigium infra fauces deprehendi posset."

19) Ketelaer l. c. p. 30. — Swieten l. c. §. 982. — De aphthis interea Indiae occidentalis testatur Thomas in *Medical practice of physic.* p. 528.

20) „*Senibus* in febribus continuis satis frequenter aphthae oriuntur." Swieten l. c. §. 982.

tione et praepostera remediorum adstringentium exhibitione [21]), nec non a sudore, non ut par est, manante [22]).

Diagnosis.

5. Sisterentque itaque aphthae febriles speciem *exanthematis miliaris*, propter cutis languentem secretionem, externae superficiei loco, in madidis oris cavitatibus evoluti? Ad hanc opinionem inclinat Swieten [23]), eamque amplexi sunt

21) Sydenham opp. sect. IV. cap. 3.

22) „Simul et hoc notandum, quod in eadem illa febre (de qua Sydenham l. c. cap. 4) sudores fuerint rari et parci, cum in epidemica constitutione, quae hano praecesserat, copiosissimi sudores profluerent. Haeo observatio Sydenhami videtur confirmare illam opinionem . . . *aphthas tunc inprimis sequi*, *quando* vel ex morbi peculiari indole, vel ex corporum constitutione singulari, *sudores minus copiosi et faciles prodirent.*" Swieten l. c. §. 983.

23) l. e. §. 982 („Forte et notari meretur, quod quandoque in illis lócis, ubi aphthae non occurrunt, observentur frequentissime exanthemata miliaria dieta, alba et rubra, in externa corporis superficie. An tunc ad externam cutem deponitur simile quid, ac in illis loeis per primarum viarum corporis superficiem dispergitur? Certe exanthemata illa miliaria acutos morbos quoseumque, uti et febres continuas comitantur frequenter: odor peculiaris ingratus, vapidum aectum uteunque referens, per loca dispergitur, in quibus tales aegri deeumbunt, qualem odorem qnandoque et apud aphthosos observavi. Miliaria alba pustulas minimas, pellucido liquore plenas, exhibent, ultra epidermidis superficiem eminentes pro parte; dein

sunt Stoll [24]) et Hamilton [25]). Nos a disquisitionibus hujus generis alieni, potius necessitatem *aphthas* a *linguae albedine* [26]), ab *hydroa febrili* [27]), et ab *ulceribus oris* [28]) distinguendi, incul-

quasi turbidior fit liquor contentus his pustulis, exsiccantur, decidunt, renascuntur similes satis frequenter. Sed et in aphthis observantur plura his sat similia. Anxietas circa praecordia, debilitas, somnolentia levia, inaequalis, perpetua, praecedunt aphthas; et similia symptomata ante eruptionem miliarium observantur, et post eruptionem factam minuuntur. Subito quandoque disparent miliaria exanthemata summo cum periculo aegrotantis; sed et observatur, intra paucas horas quandoque disparere aphthas, illico recrudescente febre, cum molestae oppressionis sensu circa praecordia, quae non levantur, nisi denuo aphthae prodierint. Omnia tamen haec dubii tantum instar propono . . .").

24) Rat. medend. T. II. p. 149 („materiem aphthosam et miliarem eandem esse judicabam").

25) De febre miliari p. 71.

26) „Quum aphthae non solum linguam, sed universum oris cavum obducant, facile a sordibus illis, quae linguam quandoque in morbis acutis crassa satis crusta obtegunt, distinguuntur." Swieten l. c. §. 981.

27) Suspicor pluries *hydroa*, pro *aphthis* ab iis habitum fuisse, qui de hoc exanthemate, utpote febribus intermittentibus addicto, loquuntur. Distinctio tamen non ardua, quum hydroa pustulas majores, magis stabiles, et maxime labiis infensas exhibeat.

28) Melius sane foret exanthemata venerea in integrum ex aphtharum categoria eliminare; quousque autem id

inculcabimus. Nec satis *morbum quoque aphthosum recens natorum* ab *aphthis symptomaticis febrilibus* aliisque distinctum vellemus.

Aphthae.

Primariae.	*Secundariae.*
a. Morbus infantilis.	a. Rarissimae in infantibus [29]).
b. Oris cavitatibus, ano, vulvae addictae.	b. Ad cavitates narium et tracheae interdum extensae.
c. Rarus singultus.	c. Frequens singultus.
d. Forma rotunda.	d. Forma oblonga.
e. Nulli regioni alienae.	e. Paludum septentrionalium incolae.
f. Proficua alvi evacuatio.	f. Adversa diarrhoea [30]).
g. Borax veluti specificum.	g. Circumscriptae boracis vires.

Prognosis. 6. Quamvis symptomata prodroma aphtharum non contingat, regula saltem esto, *pustulas* ab *exulcerationibus* distinguere.

29) Aphthae ut symptoma aliorum morborum vix inter infantes obveniunt, si illae, quae dentitionis sunt prodromae, excipiantur.

30) Mirabatur Ketelaer (l. c. p. 47) puerulos, negligentius habitos, totas quandoque dies ac noctes in aphthis summa cum alacritate et vigore alvum dejicere, cum in adultis purgantium usum adeo suspectum habuerit; et ideo monuit, *haec non tam exempla, quam monstra esse.*

rum in febribus, perturbationem criticam indicare videantur; attamen aphthae raro *criticae* dici possunt; nec ex illis, sed ex morbo primario *prognosis* desumenda est [31]). Generatim pejoris sunt notae aphthae, quae in senibus [32]), gravidis [33]), et aegrotis neglectis [34]), locum obtinent; quae ante septimum diem [35]), aut *praevio* singultu [36]) in conspectum veniunt; quae mox ab

31) „Febrilium aphtharum, ex illa morborum, quibus istae accedunt, petenda est prognosis; et cum raro, sin unquam, hae *crisin* efforment, quae in febribus aphthae comparent, majora sane istarum pericula significant." J. P. Frank l. c. p. 280. — Exemplum tamen aphtharum criticarum habetur in morbo doctoris Herz Berolinensis (*Erfahrungsseelenkunde B.* 1. *St.* 2. p. 70).

32) „Senibus in febribus continuis satis frequenter aphthae oriuntur, sed, ob vires effoetas, *semper admodum periculosae*." Swieten l. c.

33) „Ora aphthosa uterum gerentibus alvos humectant." Hippocrates coac. praenotion. No. 544. — „Mulieri utero gerenti, si alvus multoties profluat, abortus periculum est." Hippocrates aphorism. sect. V. aphor. 34.

34) Observavit Ketelaer (l. c. p. 40) periculosiores et graviores aphthas prodiisse, ubi in initio morborum negligentes aegri nullum medicum advocassent, antequam attritae penitus vires forent; tuncque nullae poterant tuto fieri evacuationes, quae in initio morbi administrari debuissent.

35) Ketelaer l. c. p. 25. 29.

36) Swieten (l. c. §. 991) ait: „Duplici aphtharum

ab initio colore cinereo notantur [37]), partibus profundius inhaerent, quarumque numerus visibilibus molestiis non respondet [38]); quae diarrhoeam vires exhaurientes sociam agnoscunt [39]); quae-

tempore singultus occurrit, vel in *initio* . . . vel et saepe in *fine morbi* . . . . Singultus autem ille, in aphtharum initio observatus, pejoris ominis . . . ille autem singultus, qui deciduis jam aphthis fit, molestus quidem est, sed raro parniciosus." Similia jam SYDENHAMUS (schedula monitoria de novae febris ingressu p. 656) edixerat, medicos monendo, ex singultu sub finem febris aphthosae accedenta, nihil aegro periculi esse, „nisi officiose nimis et inutiliter multa ingerantur remedia: quod si fiat mors pro medico est." — R. VOGEL (de cognosc. et cur. corp. hum. affectibus §. 169) dicit: „Singultus molestus sub finem accedens, plerumque post aliquot dies, redintegratis viribus, sponte evanescit, et vix unquam perniciosus est." — *Patris schedae* sic legitur: „Vidi certe pertinacem singultum, antequam aphthae prorumperent, ac sub ipsis aphthis, sine tanto periculo incessisse; sed multos, ac sane plurimos mori vidi, quibus aphthae et singultus accesserant."

37) KETELAER l. c. p. 14.

38) „Quandoque contingit, licet rarius, ut pauco numero et sparsim prodeant in oris internis partibus, dum densae haerent in interioribus. Verum morbi praegressi vehementia, nausea perpetua, singultus, uti et dolor et pondus circa stomachum satis docent attentum medicum, non fidendum esse talibus aphthis, licet sparsae sint." SWIETEN §. 984.

39) „Refugiente animo virium praecipitatio." KETELAER l. c. p. 37.

quaeque repetitia vicibus evanescunt redeuntque [40]); inprimis si diu adhaeserint [41]). Oris siccitas et albedo talem praeeagire solent reditum [42]).

7. Quocunque in morbo aphthae aociia rubore, dolore et siccitate compareant, a pharmacia irritantibus, a purgantibus validioribus [43]) et a potu frigido [44]) abstinendum est. Maximum levamen hac aub rerum positione a *decocto amyli* [45]) Cura.

40) „Quo aliquoties evanescendo repetitis vicibus naturae negotium facessunt" Ketelaer l. c. p. 39.

41) „Bonae (aphthae) quae cito cadunt, etsi renascantur." Swieten l. c. §. 986.

42) „Progenies nova aphtharum expectanda est, inquit R. Vogel (l. c. §. 165), si, deciduis illis, locus siccus conspicitur, aut tela alba is obtectus est. Ubi autem humidus est, et ruber, tum vel nullae, vel paucae admodum renascuntur."

43) Perstante adhuc indicatione alvum movendi in febribus aphthosis sequentem commendo formulam. R. Radicis rhei scrupulum unum. Gummi arabici drachmas duas. Ebulliant per horae momentum c. s. q. aquae fontis. Colaturae unciarum sex adde, syrupi seminum papaveris albi unciam unam. M. D. S. cap. ab uncia semis ad unciam secuuda quoque horâ.

44) „Constat, inquit Ketelaer (l. c. p. 49), quantum ori et faucibus per frigida illa spatii ac laxitatis, tantum cordi et vitalibus angustiae, anxietatisque parari." Additque Swieten (l. c. §. 990): „Simulac enim impeditur aphtharum aruptio, febris augetur, anxietas summa fit, ac pessima multa symptomata sequuntur, non sedanda, nisi denuo aphthae prodierint."

amyli [45]) obtinuimus; decoctis tenuibus ex radicibus aut *salep* aut *althaeae* rebusque similibus [46]) paratis, pro potu reservatis. Quodsi virium lapsus aut diarrhoea validiora pharmaca absolute exposcerent; *cinchonae extractum* [47]), *clysteres* leniter *opiati* [48]), *remedia externa* [49]) et maxime *juscula nutrientia* ex oryza, rapa, cerevisia, vino [50]) (in quantum deglutiendi facultas concedit),

45) R. Amyli purissimi unciam unam. Affunde sub continua triturstione aquae fontis frigidae q. s. — Ebulliant per quartam horae partem. Colaturae adde syrupi violarum unciam. M.

46) Formula Boerhaavii (Swieten T. V. mat. med. p. 64. ad aphthas). R. Amygdalarum dulcium decorticatarum, contusarum uncias duas. Pistachiorum unciam unam. Seminum quatuor frigidorum majorum minorum contusor. ää drachmas duas. Avenae excorticatae drachmas tres. Cum aqua vase clauso decoque spatio horae unius, tum adde Radicis excorticatae Glycyrrhizae unciam unam. Ebulliant adhuc parum, tum decocti accurate contriti libras duas exhibe. Hoc bibat, fauces eo colluat etc.

47) R. Extracti corticis peruviani drachmas duas. Subige in unciis sex decocti salep, adde syrupi corticis ejusdem unciam unam. M.

48) R. Vitellum ovorum duorum. Affunde sub triturstione decocti malvae calidi unciis sex. Adde (si diarrhoea revera cohibenda sit) laudani liquidi Sydenhami guttas decem (pro adulto).

49) *Frictiones* trunci, extremitatumque ope vini calidi aut aceti aquâ tepida diluti — maniluvia et pediluvia ex aqua tepida et lacte.

50) Usu didicerat Ketelaer (l. c. p. 52) adeo profi-

dit), administranda forent. Miserias aegrotorum etiam leniunt *collutoria* ex *decoctis raparum* [51]), aut *carotae* [52]), parata. Nec *boraceni* omnino hic excludimus. Aphthis febrilibus tenacibus *tinctura mastichis* [53]) aut solutio sulphatis *zinci* [54]) oppo-

cuum esse in hoc morbo cibum talem tenuem et vinosum, ut dixerit: „Ille potus puerperarum, ex vino rhenano, ovis, cinnamomo, saccharo et croco confectus, saepe omnibus intentionibus solus satisfacit, et nisi calidior, sitim, siccitatemque augeret, omnium, quae promovendis aphthis sunt, magnum instar foret." Subjungit autem prudentissime Swieten (l. c. §. 990): „Si autem demtis illis aromatibus, vel parcissima manu additis, dilutum decoctum panis detur, tunc nihil inde mali metuendum est; inprimis si prudens medicus copiam vini augeat vel minuat, prout major minorve est febrilis impetus."

51) Primum commendavit Ettmüller. De eo dicit Swieten (l. c. §. 990): „Raparum decoctum, vel et succus expressus leviter coctus et melle edulcoratus, remedium dat in illis locis, in quibus aphthae grassantur frequentius, longo usu probatum." Laudat illud etiam Stark l. c. p. 204.

52) Grant l. c. p. 157.

53) „In aphthis gravissimis apud dominum *Cesar* Regis Borussiae legationis secretarium, et apud dominum *Blumauer* vidi profuisse admodum sequens remedium a doctore Hunczowski praescriptum: R. Mucilaginis seminum cydoniorum unciam unam. Mellis rosarum drachmas duas. Tincturae mastichis drachmam semis. M. D. S. ad aphthas illiniendas." Ex schedis Patris.

54) Caeteris non proficuis, utilissimum in aphthis reme-

opponendae. Nisi scorbutici quid lateat, vix ad localem *acidorum* adplicationem deveniendum, tunc autem *muriaticum* omni alio anteponendum [55]).

Caput XXXVI.

De stomacace et cancro aquatico.

§. CXXXIX.

Argumentum generatim.

Confusio. 1. Chaos ingredimur, doctrinam videlicet ubi multifarii morbi, respectu pathologiae non minus quam therapiae diversi, nominibus indeterminatis, *stomacaces*, *caneri aquatici*, *nomae*, *ulceris scorbutici gangraenosi oris* etc., ac si peculiarem constituerent morbum, comprehenduntur.

Confusionis origo. 2. Confusionis ejusmodi origo multiplex; quaeri enim debet in mira re, morbos aliàs notissi-

dium adhibuit M. Henz: R. Vitrioli albi drachmam semis. Solve in aquae unciis sex. Adde mellis rosarum unciam unam. Linteo, hac solutione madido, oris cavum omni quadrihorio abluatur (Selle *Beyträge zur Natur- und Arzneywissensch. Th.* 1. p. 135).

55) R. Mellis rosarum unciam. Acidi muriatici diluti q. s. ad gratum saporem. D. S. ad illiniendas aphthas.

tissimos, quo primum in infantes intdunt, non amplius agnoscendi ac pro morbis sui generis habendi; — in perpetua mania ex singulis observationibus mox generalem doctrinam constituendi; — in peculiari proclivitate nomina morborum aliena, nova et mira, temere accipiendi; — ac in infausta separatione medicinae, chirurgiae et odontoiatriae.

3. Ordinem fore speramus, per universae doctrinae analysin, qua unicuique morbo, quod suum est, nullius partis studio, tribuitur. Caeterum probe retinendum, naturam nosologorum cancellos respuere, interque morbos etsi diversos dari minima rerum discrimina nullo artificio definienda. Ordinis spes.

§. CXL.

Aphthae malignae et dentitio laboriosa.

1. In morbis a GALENO [1]), SENNERTO [2]), LEVRETO [3]), RAULIN [4]), COLOMBIER [5]), THOMASSEN Aphthae malignae.

1) De compositione pharmacorum („Quandoque tamen diuturnae fiunt ac negre solubiles (scilicet aphthae seu exulcerationes oris) et progressu temporis putredinosum quid acquirunt, quod a medicis *noma*, id est, ulcus depascens vocatur").

2) Opp. omnia Vol. II. p. 271.

3) *Observations sur l'allaitement des enfans. Journal de médecine T.* 37. p. 46.

4) *Traité de la conservation des enfans T.* 2. p. 276.

5) *Observations* in *histoire de la soc. R. de médec. a.* 1779. *Paris* 1782. p. 18.

sen a Thijssink [6]), M. H. Cliet [7]) etc. pro stomacace et cancro aquatico descriptis, imaginem *aphtharum malignarum* invenimus. Ingruunt illi morbi plerumque paucis a partu diebus. Primo os neonatorum internum sensim sensimque palescit, diu noctuque vagitus edunt tenelli et querimonias, contabescit totus corporis habitus, flaccescit cutis. Siti misere excruciantur, tormina oriuntur, vomituritiones et ructus acidum redolentes. Adsunt diarrhoeae continuae, aquosae, interdum autem virides, odorem acidum vel foetidum spargentes. Interea calor intenditur, pulsus frequens est, motus interdum convulsivi superveniunt, atque nunc a labiis incipiunt papulae albicantes, inaequales in pustulas luteas, confluentes, transeuntes; quae tandem in crustas duras, ulcera serpentia, gingivas, buccas, linguam, palatum exedentia, cooperientes, desinunt. Si tandem decidant crustae illae, mox novae renascuntur. Reliqua mala remanent, immo invalescunt omnia, donec macies corporis, facies hippocratica, meteorismus, extremitatum frigus, mortem, maximae aegrotulorum partis, annuntient. Multum enim est si sextus aegrotulus,

6) *Geneeskondige Magazyn Deel* 3. *St.* 3. *No.* 13.

7) *Compte-rendu médico-chirurgical des observations recueillies dans la salle des filles-mères de l'hôpital général de la charité à Lyon, depuis le* 1. *Septembre* 1817. *jusqu'à la fin de Décembre. Lyon* 1823.

lus, in magnis hospitiis [8]), salvus fiat. Quales caussae hic mitissimum aliàs et sporadicum morbum in pestiferum atque epidemicum immutent, jam diximus [9]). Sunt illae inexpugnabiles, unde nihil restat, quam ad hospitia delatos pusiones, quo citius id fieri potest, nutricibus ruri-degentibus tradere. Interea apparente morbo mox *emesis* celebranda [10]); alvus si inde clauderetur, aperta servanda [11]); vires sustinendae [12]), osque, ut monuimus, curandum. *Boraci* et hic vis neganda non est [13]); verum tutius existimamus, in *sulphate zinci* [14]) opem quaerere.

Dentitio laborioaa.

2. Recordabimini dentitionem primam laboriosam aliquando gingivarum gangraenâ terminari; immo nullius corporis humani partis phlogosin adeo ad sphacelum proclivem esse, ac illa cavitatum oris [15]). Recordabimini quoque stragum, quas secunda eaque impedita dentitio in os

8) Heyfelder *die Schwämmchen oder Aphthen der neugebohrnen Kinder im Findelhause zu Paris.* Harless *Rheinisch - Westphäl. Jahrb. B.* 1. *St.* 3. p. 141. (Sexcenti infantes quoque anno hoc morbo laborant, moriuntur quingenti).

9) Cap. XXXV. §. CXXXVII. No. 4.

10) Grano uno alterove pulveris *radicis ipecacuanhae.*

11) *Syrupo rhei* additis granis duobus pulveris *magnesiae.*

12) *Syrupo cinchonae.*

13) Borax syrupo rhei, vel eo cinchonae ratione scrupuli unius ad unciam unam, addi potest.

14) Formula capite praecedenti ad calcem tradita est.

15) Cap. IX. §. XL. No. 3.

et faucea edunt [16]). Quoties hinc corruptio cavitatum oris in infantibus et pueris obvenit, *stomacace*, *noma*, *cancer aquaticus* etc. prius proclamari minime debent, quam decisum sit, morbum non a dentitione proficisci. Hanc, non illos morbos, in observationibus J. VAN LIL [17]) et O. ACREL [18]), et odontitidem metastaticam in casu SYMMONDS [19]), reperimus. Quantum dentium vitia in morbis sese sub forma stomacaces et cancri aquatici exhibentibus valeant, pulcherrime, praeeunte CELSO [20]), B. H. COATES [21]) et TH. CUMING [22]) explanarunt.

§. CXLI.

16) Cap. X. §. XLIV. No. 2.

17) *Beobachtungen vom schnellen Fortgange der Mundfäule* (stomacace *bei Kindern*. Ex *Harlemer Abhandlungen Th.* 8. *St.* 1. p. 291. in *Samml. auserless. Abhandl. für prakt. Aerzte B.* 1. *St.* 1. p. 121).

18) *Chirurgische Vorfälle in dem k. Lazareth und ausserhalb desselben. A. d. Schwed. Götting.* 1777. p. 192.

19) *Medical observations and inquiries Vol.* 3. p. 178. *Lond.* 1769.

20) Lib. V. cap. 28 („Quodsi *puer* est, cui id (cancer oris) accidit . . . . et si dolor in gingivis est, moventurque aliqui dentes, rejici eos oportet, nam curationes vehementer impediunt").

21) *Beschreibung des gangränösen Geschwürs im Munde bei Kindern.* Ex *The North American medical and surgical journ. Vol.* 2. 1826. p. 1. in *Samml. auserl. Abhandl. für pr. Aerzte B.* 36. *St.* 1. p. 76 („*Aus Erfahrung kann ich versichern, dass die Beinhaut des Zahnes es ist, die ganz besonders von dieser Krankheit ergriffen, und zum Absterben gebracht wird, und*

§. CXLI.

Ulcera oris scorbutica, gastrica et gangraenosa.

1. Vim scorbuti in oris cavum repetitis vicibus patefecimus [1]). Si symptomata tunc allata, cum observationibus de morbis oris puerorum a SAVIARD [2]), DOLAEO [3]), POUPART [4]), WEPFERO [5]) aliisque descriptis, compares, videbis, eas non de specifico quodam malo, sed de solita *stomacace scorbutica* testari. Nec mehercle miraberis aut orphanotrophiorum male ordinatorum, aut tuguriorum humidorum famelicos incolas, cujuscunque demum aetatis [6]), scorbuto obnoxios esse! Ulc. oris scorbutica.

2. At

ich bezweifle durchaus nicht, dass hier nicht häufig der Anfang der Krankheit sey").

22) *Beobachtungen über ein Leiden des Mundes bei Kindern.* Ex *The Dublin hospital reports and communications in med. and surgery Vol.* 4. 1827. p. 330. in *Samml. auserl. Abhandl. für pr. Aerzte B.* 35. *St.* 2. p. 191 („*Diese Krankheit macht am häufigsten ihre Anfälle während der Periode des Zahnens*").

1) Cap. XIX. §. LXXVIII. No. 1. Cap. XXIII. §. XCIV. No. 4.

2) *Nouveau recueil d'observations chirurgicales. Paris* 1702. *obs.* 128. p. 556.

3) Opp. omn. Frcf. ad M. 1703. T. 2. lib. VI. cap. 3. p. 661.

4) *Histoire de l'acadèm. R. des sciences. Année* 1699. *Amsterdam* 1704. p. 237.

5) Observat. med. pract. de affectib. capitis internis et externis. Scaphusii 1727. obs. 207. p. 947.

6) C. FUCHS (diss. de morbis incolarum montium Ura-

Ulc. oris gastrica.

2. At ex observationibus Boot [7]), Lund [8]), Isnard-Cevoule [9]), Klaatsch [10]), Coates [11]) et Cuming [12]) prodit; affectionem oris puerorum, de qua agitur, haud raro *si omni*, praeter oris illam, *scorbuti indicio* obvenire [13]). Quid tunc? — Ex doctrina supra exposita [14]) *stomacacen gastricam* erues.

3. Sto-

lensium, Casani 1824) testatur stomacacen *scorbuticam* a. 1817. adeo in districtu Bogoslowsk saevitsse, ut immensua rusticorum numerus inde trucidaretur.

7) Observationes medicae de affectibus omissis. Lond. 1649. cap. 10.

8) *Kongl. Vetenskaps Academiens Handlinger for Ar* 1765. *Vol.* 26. p. 86. *Stockholm.*

9) *Journ. complémentaire du dict. des sc. méd.* 1819. *cahier* 16.

10) *Einige Bemerkungen über den Wasserkrebs und den ausgezeichneten Nutzen der Holzsäure gegen denselben.* Hufeland's *Journ. der pr. Heilk. B.* 56. *Jan.* p. 100. *Febr.* p. 48.

11) l. c. 12) l. c.

13) „*Niemals bemerkte ich Ecchymosen, oder solche rothe Flecke . . . die Kranken waren nie zu Ohnmachten geneigt: das Zahnfleisch war wie schwammicht, oder es blutete mehr, als irgend ein anderes, unter einem gleichen Grad von Gewalt, geblutet haben würde. Mein Freund Dr. Harris, der viele Gelegenheit hatte, scorbutische Kranken zu sehen . . . versicherte, dass die Krankheit durchaus keine Aehnlichkeit mit dem Scorbute habe.*" Coates l. c. p. 105.

14) Cap. XIX. §. LXXVI. cap. XXIII. §. XCII. No. 2. §. XCIV. No. 7.

3. Stomacace, tam scorbutica, quam gastrica, sub iisdem infaustis rerum positionibus, quae evolutioni gangraenae nosocomialis et putrescentiae uteri [15]) favent [16]), in *sphacelum* transit. Ecce terribilem morbum a SWIETEN [17]), BERTHE [18]), JOURDAIN [19]), SAUVAGES [20]), HIBREAT [21]), BOYER [22]), BARON [23]) aliisque descriptum. Is sepa- Ulc. oris gangraenosa.

15) Comparatio auctore KLAATSCH l. c.

16) Spectant huc, praeter aëris impuritatem, victum tenuem etc.; 1° *confectio virium a praevits morbis*, inprimis exanthematicis et speciatim a morbillis; de quo argumento MARSHALL HALL pulchre disseruit (*The Edinburgh medic. and surgical journ. Vol.* 15) et 2° *abusus remediorum antiphlogisticorum*, *narcoticorum* et inprimis *mercurii*. Cujus pharmaci vim stomacacen gangraenosam producendi idem HALL atque laudatus CUMING suspicati sunt. Clare ea ex secundo aegroto, puero octo annos nato, cujus A. L. RICHTER (oper. citando p. 77) meminit, elucet, utpote qui contra anasarca scarlatinae effectum, a die 14. Octobris, usque ad diem 22. ejusdem mensis, tertia quaque hora granum calomel assumsit!

17) Comment. in aph. Boerhaave T. I. §. 432.

18) *Sur la gangrène scorbutique des gencives des enfans. Mémoire de l'acad. R. de chirurgie T.* 5. p. 381. *Paris* 1774.

19) *Traité des maladies et des opérations réellement chirurgicales de la bouche. Paris* 1778. *T.* 2. p. 380.

20) Nosolog. methodica. Ed. DANIELI T. 5. operis ult. Lips. 1797. p. 303.

21) *Diction. des sciences médicales T. XVII.* p. 325. *Paris* 1816.

22) *Traité des maladies chirurgicales T.* 6. p. 367.

separatione gingivarum a dentibus, horumque vacillatione et lapsu haud contentus est. Praevia enim et socia salivatione ichorosa foetidissima [24]), sub forma macularum grisearum ad labia et genas serpit, easque, *gangraenâ*, nunc *siccâ* nunc *humidâ*, erodit. Sequitur necrosis tum alveolorum tum maxillarum, donec (sicuti et aliàs fieri solet [25])) partes mortuae a vivis (succumbente plerumque aegrotulo prius monstruoso reddito) separentur. — Quibus aerumnis obviam ibis, initia stomacaces juxta indolem variam curando, et, quo primum alveoli serio afficiuntur, dentes vacillantes eximendo [26]), ac pharmaca cor-

23) *Journal de médecine par* Leroux etc. *T.* 36. 1816. *Bulletin de la faculté No.* 6 *et* 7.

24) Jure foetor iste cum carne ferinae putridae comparatur ab Isnard-Cevoule (l. c.).

25) Cap. XXII. §. LXXXVIII.

26) „*Dr. Fox, mein Mitarzt an der Anstalt, hat mir den Rath gegeben die Zähne frühzeitig auszuziehen. Die Wichtigkeit dieser Regel leuchtete mir aber nicht eher ein, als bis ich einige Wurzeln der ausgezogenen Zähne untersucht hatte. Die Abtrennung eines Theils der Beinhaut von der Wurzel in der Zahnhöhle, die jedesmal angetroffen ward, sobald der Zahn lose geworden war, zeigte deutlich an, dass die Krankheit ihren Sitz in einer engen tiefen Spalte, in die das Waschwasser unmöglich eindringen konnte, habe. So wie diese Höhle durch das Ausziehen des Zahns offen gelegt worden war, und das Mittel in dieselbe eindringen konnte, erfolgte die Heilung ungewöhnlich*

corruptelae obstandi idonea, ast *acidum* vel *muriaticum* [27]), vel *pyroligneosum* [28]), *sulphatem sive zinci*, *sive cupri* [29]), *oxymuriatem calcis*, partibus affectis admovendo; non neglectis pro usu interno *pulvere carbonum vegetabilium* [30]), *cinchonâ*, *ammoniâ* [31]) et *regimine tonico* [32]).

§. CXLII.

schnell. Von dieser Zeit ward es eine allgemeine Regel: alle lose gewordene Zähne sofort auszuziehen." Coates l. c. p. 111.

27) R. Mellis rosarum unciam. Spiritus salis diluti guttas quadraginta. M. (Formula Swietenii).

28) Klaatsch (l. c.) id directe ut in commercio obvenit, adhibuit. Hanc methodum confirmat Romberg in Hufeland's *Journal* 1829. *Januar* p. 137.

29) R. Sulphatis cupri drachmas duas. Pulveris cinchonae unciam semis. Aquae uncias quatuor. M. Adplicetur bis de die super universam superficiem ulcerum et excoriationum (Formula Coates).

30) Expertus chirurgus Bush valde commendat: R. Pulveris subtilissimi carbonum vegetabilium, mellis puri ää unciam. Exhibeatur ter quater de die cochlearculum coffeanum (*Gazette of health Novemb.* 1827. *No.* 143).

31) „*Herr Wallace, der mich zuerst auf dieses Mittel brachte, theilte mir mit, dass er in den schlimmsten Fällen dieser Krankheit guten Erfolg von der innern Verordnung des kohlensauern Ammoniaks und der äussern Anwendung von Salpetersäure auf den Schorf gesehen habe. Er fing gewöhnlich mit fünf Gran des kohlensauern Ammonium an, und stieg bis zehn, ja zwanzig Gran in kürzern oder längern Zwischenräumen, nach den Umständen.*" Cuming l. c. p. 211. not.

§. CXLII.

Carbunculus labiorum et genarum.

Notio. 1. Scriptores hucusque allati [1]) passim, — J. Muys [2]), Bidloo [3]), Capdeville [4]), Stelwagen [5]), Dease [6]), Lentin [7]), Bernstein [8]), Sie-

82) „*Während des ganzen Verlaufes der Krankheit war eine nährende Diät, bestehend in Fleischbrühe, Pfeilwurz u. dergl. befolgt worden, und das Kind hatte übrigens auch eine mässige Portion Wein bekommen. — Das Resultat dieses und anderer Fälle beweisen hinlänglich die Richtigkeit der stärkenden und tonischen Heilmethode in dieser Krankheitsform; aber ich muss es wiederholen, dass, wo die Schwärung sich über die ganze Substanz der Lippen oder Wangen ausgebreitet hat, der Ausgang, was man auch beginnen mag, immer ungünstig seyn wird.*“

1) §. CXL. — §. CXLI.

2) Praxis chirurgica rationalis. Lugd. Bat. 1685. decas. II. obs. 10. p. 122.

3) Exercitationum anatomico-chirurgicarum decas. Lugd. Bat. 1704. Exercit. II. p. 19.

4) In *Mémoires de l'acad. R. de chirurgie T.* 5. *Paris* 1774. p. 396.

5) *Einige Beobachtungen von Geschwüren an der Oberlippe, oder den sogenannten Wasserkrebs.* Ex *Handelingen van het geneeskundig Genootschap onder de Zinspreuk: Servandis civibus, Deel* 6. p. 199. in *Samml. auserl. Abhandl. für prakt. Aerzte B.* 9. p. 412.

6) Ejus observationes ex opere de morbis puerperarum a Coates (l. c. p. 90) citantur („*Dease bemerkt, dass die Krankheit, besonders bei ungesunden und mit*

Siebert [9]), Howship [10]), Rey [11]), Wiegand [12]), A. L. Richter [13]) aliique [14]), veluti ex professo, — de morbo loquuntur, qui, ad fastigium perductus, cum gangraena a dentitione, stomacace scorbutica, gastrica et inprimis gangraenosa, magnam quidem similitudinem alit, caeterum autem toto

Würmern behafteten Kindern vorkomme. Der ganze Körper liess sich beim Ausbruche der Krankheit oft kalt anfühlen. Dann entstand ohne ein Zeichen einer Entzündung, an einer Wange oder Lippe ein schwarzer Fleck. Manchmal ward die ganze Wange zerstört, und die untere Kinnlade fiel auf die Brust herab").

7) *Beyträge zur ausübenden Arzneiwissenschaft. Augsb.* 1797. *B.* 1. p. 309.

8) *Praktisch. Handbuch für Wundärzte.* 5. *Aufl. Leipz.* 1818. *B.* 1. p. 533.

9) *Der Wasserkrebs der Lippen.* Hufeland's *Journ. der pr. Heilk. B.* 33. *Decemb.* p. 74 (Dr. Siebert adeo doctus est, ut commentaria ad H. Boerhaave Sydenhamo tribuat!)

10) *Praktische Beobachtungen aus der Wundarzneyk. A. d. E. Halberstadt* 1819. p. 14.

11) *Sur une affection gangréneuse de la joue. Revue médicale T.* 11. *Paris* 1823. p. 184.

12) De cancro quem aquaticum vocant, adnexa hujus morbi historia. Marburg. 1827.

13) *Der Wasserkrebs der Kinder. Eine Monographie. Berlin* 1828.

14) *Beobachtungen über den Wasserkrebs. Von einem praktischen Arzte.* Vide C. Hecker *litterärische Annalen der gesammten Heilk. April* 1829. p. 428.

toto coelo ab illis differt, ut ex ejus descriptione, a tribus nobis visis exemplis desumta, apparebit.

Descriptio. 2. Morbus bis ad angulum labii superioris lateris sinistri, semelque ad genam ejusdem lateris, cum *pustula* incepit; qua disrupta serum effundebatur, relicto mox *ulcusculo livido*. Hoc ulcusculum tales faciebat progressus, ut post tria quatuorve nychthemera non solum magnitudinem pollicis et ultra adtigerit, sed simul partes affectas ita eroserit, ut gingivae (sanae) et dentes (firmi) maxillae superioris, inter fibras musculares adhuc intactas, translucescerent. Margines ulceris erant carbonis instar nigri, inaequales, serrati, duri. Ejus fundus parum seri fusci vix foetentis largiebatur. Circa ulcus halo ruber, splendens, animadvertebatur, cum quodam partium contiguarum oedemate. Quinto circiter morbi die ulcus nasum adtingebat, cujus pinnas octavo jam consumtas vidimus. Tunc ulceris fundus atro notatus erat colore, et margines a fibris muscularibus, utpote quoque consumptis, liberi conspiciebantur, nullo adhuc obveniente foetore. Attamen febris ab initio morbi vix perceptibilis, jam ad summum, inter continuos ejulatus, pervenerat gradum. Circa diem decimum quintum et vigesimum, morbo latus affectum usque ad palpebras devastante, respiratio stertorosa et extremitates frigidae proximam annuntiabant mortem.

3. Dic

3. Dic modo candide: si talis morbus tibi praeter faciem ad aliam corporis partem (puta ad nucham aut dorsum) obvenisset, quodnam illi imposuisses nomen? — Certe *carbunculi* illud. Atque sic respectu morbi vix descripti, fecimus ac inceptum dissertatione inaugurali [15]) justificare curavimus. Ignorabamus tunc *carbunculi* nomen, ad morbum nostrum designandum, quibusdam in locis vulgarem esse [16]). Verisimiliter nimia ei concessa extensio effecit, ut medici vulgi sermonem dedignaverint. Absit enim ut morbos, quot quot sunt, qui nominibus *cancri aquatici* aut *nomae* insigniuntur, indiscriminatim ad *carbunculum nostrum faciei* revocandos esse contendamus. Morbus hic, DEO gratias, rarus est [17]). Incidere is solet in infantes vitae annum tertium et octavum numerantes [18]), graciles, scrophulosos [19]), a praeviis morbis, Diagnosis.

15) V. J. Woyniewicz diss. de carbunculo faciei. Cum tabula aenea. Wilnae 1812.

16) „*La maladie qui fait l'objet de ce mémoire siège à la bouche . . . . elle est connue dans les hôpitaux . . . sous le nom de Charbon.*“ Isnard-Czvoule l. c.

17) Quod jam ex eo elucet, quod etiamsi maxime infantum curae addictus sim, tria dumtaxat illius exempla observaverim.

18) Duo aegrotulorum meorum tertium annum, unus quintum adtigerat. — Solus Richter (l. c. p. 15) adulti exemplum A. Benevoli (sine loci indicatione) citat, utpote qui de monacho narrat, cui morbus,

bis, praesertim exanthematicis, exhaustos [20]), maleque nutritos [21]). Evolvitur ad labia et genas [22]), sub forma pustulae etc. Distingui is debet

pro carbunculo maligno habitus, spatio septem dierum, labium superius et faciem destruxit.

19) Lentin et Bernstein (ll. cc.) scrophulas adeo pro caussa proxima morbi habent. Jam Bidloo (l. c) eum a hydatide, pro nucleo vas lymphaticum habente, derivavit.

20) Unus inter meos aegrotulos, trium annorum puer, vix lucem adspexerat, quum jam a variolis corriperetur. Secundo aetatis anno versus finem vergente morbillis correptus est, irregulariter decurrentibus. Brevi ante ultimum morbum videbatur varicellâ laborasse.

21) Morbum nonnisi inter pauperes observavi.

22) Quamvis casus a me observati omnes in *externâ* labiorum et genarum superficie observati sint; nihilominus non video cur carbunculus etiam ad *interiora* obvenire haud possis, partes exteriora versus erodendo. Pertineret huc observatio J. Wolfii (Miscell. acad. nat. cur. dec. II. ann. 7. p. 363) *de anthrace oris e vacca?* „Rustica quaepiam, inquit, suas vaccas tres aegrotare invenit, atque eas doloribus vehementibus laborare ex observato tremore pedum subitaneo, retractione sive motu variarum partium collegit, dentesque vacillare et excidere ex ore, nec non vaccas omnino perire observavit. Inter alia vero media curationis vel rite adhibitae veterinariae villica ista os cujusdam vaccae aperiens, exploratura communis istius morbi conditionem, hinc ingratum halitum prorumpentem ore et vultu suo excepit, unde fere in momento illo

debet non solum a *variis stomacaces speciebus* [23]) etc. sed etiam ab *ulceribus labiorum et genarum scrophulosis carcinomaticisque.* Distinctio utroque in casu haud ardua; ibi enim agitur de morbis plerumque endemicis et epidemicis, a nativitate usque ad annum aetatis decimum saevientibus; hic de labe chronica juvenibus et senibus familiari, ac plerumque labio *inferiori* addicta [24]).

4. Confusio carbunculi faciei cum aliis morbis impedit quominus ex alienis observationi- Prognosis. Curs.

eadem mulier arthritidem vagam atque *stomacacen diu posthaec affligentem et perseverantem contraxit.*"

23) Richter (l. c.) morbos omnes hucusque enarratos nomine generali *cancri aquatici* comprehendit, hunc-que morbum ac si sui esset generis considerat, stomacacen pro ejus habendo effectu. Porro cancrum aquaticum in tres species dividit, in *scorbuticum*, *gastricum* et *metastaticum*. Haec ultima species casus carbunculorum passim includit. Sic carbunculo, procul dubio, aeger primus Richteri laboravit. Effigies nimirum aegroti in tabula I. exarata, omnino morbis a me visis similis est. Meretur comparari cum tabula aenea diss. cit. Woyniewicz annexa.

24) In observatione J. Bruinemanni (*von einem Wasserkrebs oder scorbutischem Krebsgeschwüre an der Unterlippe*, ex *Verhandelingen van het bataafsch Genootschap der proefondervindelyke Wysbegeerte te Rotterdam. Deel* 1. p. 582. in *Samml. auserl. Abhandl. für pr. Aerzte B.* 5. *St.* 3. p. 477) nil nisi solutum ulcus scrophulosum video.

tionibus mortalitatis ratio deduci possit. Terribilis sane illa quae ex propriis prodit! Attamen fere omnia hìc commendata in usum duximus auxilia, quae sunt, inter *externa: unguentum aegyptiacum* [25]), *acidum sulphuricum* [26]), *muriaticum* [27]), *pyroligunosum* [28]), *oxymurias calcis* [29]),

25) Battus (*Handboeck der Chirurgyen. Amsterd.* 1620. p. 315) praemissa lavatione partis affectae ope solutionis aluminis et vini Gallicani, *unguenti aegyptiaci* et syrupi mororum partes aequales, locis gangraenosis illiniendas suadet. — Van de Voorde (*nieuw lichtende Fakkel der chirurgie of hedendaagze Heel-Konst; Middelb.* 1680. *Deel* 3. p. 538) *unguentum aegyptiacum* commendat, una cum decocto *herbae Scordii, Absinthii, Scabiosae, Agrimoniae, florum centaurei minoris, hyperici* et *vino;* additis praeterea *spiritu vini* et sale *culinari.* — Muys (l. c.) *unguentum aegyptiacum* cum *theriaca, gummi laccae, spiritus salis ammoniaci* (*carbonas ammoniae liquidus*) et *cochleareae*, nec non pauxillo *spiritus vini* adhibebat.

26) Van de Voorde (l. c.) oleum vitrioli melli nuptum parti gangraena detentae illiniebat. Acidum sulphuricum dilutum ope filamentorum illi applicui.

27) Poupartii, Swietenii, Stelwagii aliorumque consilio larga hoc auxilio usus sum manu, at incassum, ut etiam Wiegandio (l. c.) accidit.

28) Necdum acidum pyroligunosum in usu erat tempore praedictorum aegrotorum; caeterum laus illi a Klaatsch (l. c.) impertita valde a Wiegandii observatione diluitur.

cis [29]), *murias zinci* [30]), *balsamus peruvianus* [31]), *scarificatio* [32]), *excisio* [33]), *cauterium actuale* [34]), —

29) Ad sidera usque extollitur a Rey l. c.; — in *Annales de médecine et physique T.* 3. p. 807. — a Kopp in Hufeland's *Journ. der pr. Heilk.* 1827. *April* p. 90. — Tardius in praxin introductus est oxymurias calcis quam eo meis in aegrotis uti potuissem. Exopto meliores effectus quam ex *acido muriatico oxygenato*, bis incassum adhibito, obtinueram.

30) W. Hanke *med. prakt. Bemerkungen über die äussere und innere Anwendung des salzsauren Zinks* (Rust *Magazin für die gesammte Heilk. B.* 22. *Heft* 2. p. 378).

31) Thompson in *London medical and physical journal Vol.* 57. p. 533. Cfr. *Gazette of health* 1827. *Novembr. No.* 143. p. 1202.

32) Etsi observationes Boot, Bidloo, Saviard etc. potius scarificationem gingivarum *in stomacace* respiciant, nihilominus et quid ea in carbunculo genarum valere posset, experiri volui. Eheu! loca heri scarificata, postridie jam gangraenosa conspiciebantur.

33) Qui hanc methodum commendant van de Voorde, Berthe, Jourdain, Achel, Boyer, potius de excisione gingivarum, quam de ea labii aut genae loquuntur. Interea, observatione Stelwagen ductus, hanc ultimam operationem in uno aegrotulorum meorum proposui, at obstitit mater.

34) Capdeville, Chopart et Desault (*Anleitung zur Kenntniss aller chirurg. Krankheiten und dazu erforderlichen Operationen. A. d. Fr. Leipz.* 1783. *B.* 1. p. 326) hanc operationem perfecerunt, eamque extollit Isnard-Cevoule. Verum dubitat Lund (l. c.) morbum universi corporis inde emendari posse. Hoc

et quoad *interna* eadem illa *acida*, *cinchona*, *camphora*, *vinum* et *victus nutriens*. Hìc itaque finis *non* coronat opus!

dubium nihil adversus experientiam valet. Huic methodum submitto, quam, si mihi nunc aegrotulus cum carbunculo faciei obveniret, tentarem. Exhiberem ante omnia *emeticum;* deinde loco gangraenoso, *cataplasma ex mica panis albi*, *pulvere cinchonae* et *lacte* tepide imponerem, atque circum circa *fotum frigidum* ex *aqua*, cum *acetatis plumbi* paucis guttis, continuo renovandum, admoverem.

VITTORIO EMANUELE BIBLIOTECA IN ROMA

457193